ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

Ἐθνικὰ κατ' Ἐπιτομὴν,

STEPHANI BYZANTINI

Gentilia per epitomen,

ANTEHAC

ΠΕΡΙ ΠΟΛΕΩΝ DE URBIBUS

INSCRIPTA,

Quæ ex MSS. Codicibus Palatinis ab CL. SALMASIO quondam collatis & MS. VOSSIANO restituit, supplevit, ac Latina versione & integro commentario illustravit

ABRAHAMUS BERKELIUS.

Accedunt collectæ ab JACOBO GRONOVIO *variæ lectiones ex codice MS. Perusino, & admixtæ ejusdem notæ.*

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud DANIELEM à GAESBEECK.

cIↃ IↃc LXXXVIII.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

SPLENDIDISSIMIS AC PRIMARIIS REIPVBLICÆ DELPHENSIS TVENDÆ QVATVORVIRIS,

D. ARNOLDO VANDER BURCH, ANTEHAC AD POTENTISSIMORUM FOEDERATÆ BELGICÆ ORDINUM CONSESSUM DELEGATO, CONSULUM PRÆSIDI.

D. ADRIANO BOOGAERT JC. TOPARCHÆ IN BELOIS ET NATTAIRS, OLIM ILL. DEPUTATORUM HOLLANDIÆ ORDINUM COLLEGÆ, CONSULI, REBUS ORIENTALIS INDIÆ CURANDIS PRÆFECTO, IN SUPREMA DELPHENSIS AGRI AGGERUM CURIA ADSESSORI, SCHOLÆQUE ET COLLEGII LITERARII IN EA URBE CURATORI.

D. ARNOLDO SLACHTOE, CONSULI.

D. ADRIANO VANDER HOEFF, CONSULI.

ET CONSVLTISSIMIS ERVDITISSIMISQVE VIRIS,

D. NICOLAO VAN ASSENDELFT JC. IBIDEMQUE SENATORI, NUPER SCABINORUM PRÆSIDI.

D. ANTONIO HEINSIO JC. NUPER AD SERENISSIMUM GALLIÆ REGEM LUDOVICUM XIV FOEDERATÆ BELGICÆ LEGATO, SYNDICO.

D. DAVIDI CLINQUANTIO ECCLESIÆ DOCTORI,

GYMNASII ET COLLEGII LITERARII IN EA VRBE CVRATORIBVS GRAVISSIMIS ET SAPIENTISSIMIS, DOMINIS MEIS HONORANDIS.

Dum undiquaque circumspicio, ut non modo quantum vidua possum, singulas imperfectæ domus partes fulciam & consoler; sed etiam in omnibus obsequar postremo desiderio ac judicio ejus,

quem

quem habui dilectissimum; ista quoque tristissimi fulminis ac damni mei nota se nunc patefacit, ut STEPHANI ΕΘΝΙΚΑ. *gratissimum defuncti mariti ludicrum, adjuvem. In quo quum moriens supra voluntatem ac destinationem suam declaraverit quoque consilium, non potuit in me ulla esse mora, quin fidei & sedulitati conjugali satisfacerem; nec ullas habui causas, cur ab prudentia ejus vel minimum deflecterem. Unde est, ut ad expertam toties non viventi tantum sed & mortuo jam marito pietatem prolixitatemque nunc quoque confugiam, & hunc* STEPHANUM *Vestræ, Amplissimi Viri, tutelæ ac fidei exponere sustineam. Vos enim estis, apud quos tum manus, quę scripsit ista omnia, tum reliquę exuviæ, quæ mentis ejus, cujus receptaculo & partu concepta sunt singula, domicilium per suos annos fuere, jam vita cassæ requiem exceperunt; ut sane per me non stet, quin, quam cadaver ejus ex terræ vestræ gremio sentit benignitatem, ad eandem in Possessoribus istius ac Dominis suspiciendam & adorandam concedat hęc non minima reliquiarum mariti pars, atque adeo*

STE-

STEPHANUM quoque, ut debitam fatigato coronam, Secum habeat servetque sepulchro.

Sed quæ propius hunc auctorem tangunt, Vos estis, in quorum urbe vel maximo cum studio ac successu labor hic promotus fuit; quum diu jactato marito & tantum non defesso portum aperuistis, & in solido spem non domus modo sed musarum ejus quoque locantes, renovavistis eum ad profligandam rem ut inceptu maximam, sic factu molestam & sane prægravem. Sed neque contigisset ut defetisceret ullo modo, antequam tota fuisset exhausta, & penitus effectam fide bona dedisset, nisi placuisset Sapientissimo Numini, harum etiam lucubrationum conscio, misereri humanarum sollicitudinum; & dum medio adhuc in cursu est, receptui signum dare. Hinc, quod reverentiæ erga Vos suæ indicium edere proposuerat, in aliorum superstitum curas transscribere compulsus, eam tamen in Vobis gratissime expertus est lenitatem, ut satisfactum Vobis esse putaveritis ea tenui testatione, quam ex ferali & funesto cubili in morte jam natans enunciare potuit. Nihilominus ut sciatis hoc unum in summa, qua decessit,

sit, tranquillitate dolori illi fuisse, quod plenius ampliusque explanare cultum suum nequierit; simul etiam beneficiorum Vestrorum, quæ enumeravi, parte pro societate conjugali me exhilaratam obstrictamque & nunc quoque eorum sentientem intelligatis; jussa mariti mei cum animo meo convenientia exsequens, hunc tanta ejus adsiduitate tractatum STEPHANUM *Vestris, Illustrissimi Viri, nominibus exorno inscriboque, & in eo simul me & quos ex eodem peperi liberos, benevolentiæ Vestræ commendo, Deum orans, ut tum universam Vestram rempublicam, tum istam hujus partem, quæ marito nuper meo a Vobis commissa fuit, sub Vestra providentia vigere ac florere diu concedat,*

Ill. Virtutibus ac Dignitatibus Vestris

Ex castro Ossenberg calendis Majis anni cIↃ IↃC LXXXIIX.

Addictissima

JOHANNA VAN BAERSENBURGH.

ABRAH.

ABRAH. BERKELIVS

LECTORI MEO

S. D.

Tandem hoc opus exit, quod quanto mihi labore steterit, nec lingua exprimi nec calamo delineari posset. Academicis medicinæ studiis emensis, quum animum ad praxin applicare nunquam possem; imo sæpissime subterfugerem, humaniores quas vocant literas de integro impensius colere atque iisdem incumbere incipiens, in hunc miserum, mutilum & depravatum scriptorem incidi, quem restituere, emendare, pristino habitu induere tentabam. Sed postquam multum ei operis & olei insumpseram, aliquot elapsis annis fando audivi Stephanum sub prælo sudare, & Romæ ab Holstenio esse restitutum. Quare ab amicis admonebar, ut huic labori parcerem, non immemor veteris adagii, non oportere μάζαν μάζαν ἢ τὸν ἄλλων μιμᾶσθαι. Cumque jam omnem curam aliquamdiu & cogitationem de restituendo edendoque Stephano abjecissem, docebat eventus mihi ficta pro veris ab amicis esse tradita. Quare pensum in manus resumpsi, & latercula observationum inspexi; & quod jam a Casaubono, Salmasio aliisque præstantissimis rei literariæ luminibus tentatum & deploratum, animo fortiter obfirmato aggressus sum. In quo quidem ita egi, ut maluissem

Cum Leone, cum Excetra, cum Corvo, cum Apro Æolico,
Cum Avibus Stymphalibus, cum Antæo deluctari,

quam cum monstris Geographicis, &, ut quondam dixi, portentis Mythologicis aliisque ad Grammatica spectantibus perquam intricatis. Erat etiam mihi ante oculos labes & macula hujus sæculi, quæ virtuti invidens videtur velle ipsum florem omnis elegantiæ infringere; plena talibus, qui vix unquam promenda sua, (si modo præstare aliqua sua possunt) sed usque cavillando aliena, sibi laudem quærunt, & quoscunque conatus ingrate traducunt. Tanto autem amariorem operam hanc prævidebam, quod præter multa mancа, corrupta, quæ in omni & nulla excepta pagina occurrunt, quæ emendatu erant difficillima, multa quoque levia erant corrigenda, adeo ut aliquando me ipsum pigeret istas λεπτολογίας persequi. Sed tamen & hoc fuit mihi exsolvendum, quia, pace omnium, ita sum animatus, ut opiner nihil tam tenue esse & sordidum & in hisce literis exiguum, quod meo labore & cura indignum existimarem, dummodo bonum auctorem reddat nitidiorem & a mendis vindicet. Præterea quum ex Plinio didicissem esse rem arduam dare quidcunque vetustis novitatem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem; tum experientia me docuerat negotium esse inprimis arduum atque difficile veterum scripta injuriâ temporum aut hominum imperitiâ deturpata in aliquam dignitatem restituere, præsertim ei, qui veteribus libris destitutus est. His autem ut hoc tempore & in hoc auctore uterer, vix videbam fieri posse, etsi ab aliis adjumentis plane inopes non essemus aut imparati. Sed ante omnia quum blandâ mentis atque animi inclinatione studia gignantur,

& otio

& otio inter lætæ fortunæ bona nutriantur; me injuriarum & iniquitatis moles & infortuniorum calamitas oppressit. Et quis ego eram homo obscuro loco natus, cui nulla ex atavorum majorumve nobilitate & eruditione gloria, qui post tantorum virorum lucubrationes prodeam, iisque meas conjecturas & cogitationes commiscem & publici juris faciam?

Quid enim contendat hirundo
Cygnis? aut quidnam tremulis facere artubus hædi
Consimile in cursu possint, ut fortis equi vis?

Verum enimvero liceat mihi, benigne lector, quod res est, ingenue profiteri. Multa summi viri in reip. literariæ bonum præstitere, sed plura adhuc intacta & medicâ manu indigentia reliquerunt. Itaque tantum scias; hîc Stephanus fuit delicium nostrum merum; & quicquid sit, quantum inter hanc atque alias editiones intersit, facile apparebit ei, qui priores cum postrema hac contulerit, & quid distent æra lupinis, noverit. Præfationis igitur vice aliquid loquamur tam de auctore hujus operis, quam de opere ipso; quod quum utrumque obscurum sit, tum vel maxime prius; aliis vitam ejus ad sæcula citeriora deprimentibus, aliis ad nimis altiora elevantibus, ac præcipue Tristano Sanctamantio, qui ad nummum Perinthiorum sub Severo signatum pag. 81 tom. 11 ab priore sententia se alienum ostendit, & saltem ante Heracleæ cognomen Perintho datum, quod etsi apud Ptolemæum, tamen in nummis non nisi post Gallienum cusis exstare observat, vixisse credit. Nec possum hîc præterire Cluverii ἀνισορησίαν existimantem ætatem Stephani Eustathio inferiorem fuisse. Ita enim scribit ad vocem Τάρας pag. 1234 Ital. Antiq. Itaque ut quam certissime agam, sequar exemplum Cl. Jonsii in scrutatione vitæ Diogenis Laërtii, ut & quantum fieri potest, sciamus, ante quos vixerit Stephanus, nec minore diligentia inquiramus, post quos vixerit, sic arctissimis cancellis ætatem ejus includuri, argumentis ex hac epitome petitis. Præmitto igitur me putare hunc Stephanum inter Constantini & Justiniani tempora vixisse: nam refert Βυζάντιον Constantinopolin & Novam Romam translata eò imperii sede denominatam esse. Vixit & post Eusebium, cujus historia Ecclesiastica citatur in voce Βίεννος. Vixit post Decentium & Magnentium Imperatores; recenset enim Decentios gentem ab altero sic denominatam. Tum præterea conjici potest vixisse post Julianum. Nam historicus ille Capito, cujus Isaurica citat in Αλίμαλα, & Lycius fuit historicus, & Eutropii rerum Romanarum compendium ex Livio aliisque concinnatum in Græcam linguam transtulit, tum post Juliani imperatoris tempora demum innotuit, cujus mentio fit in hujus editionis pagina 74 com. 57. Quin etiam de ejus ætate conjectura potest fieri ex voce Σάλωνα, ubi meminit Prisci cujusdam, qui vixit tempore Theodosii junioris. Quin etiam Stephanum Justiniani tempora non vidisse, sed ante illa vixisse præclare mihi videretur confirmari ex eo, quod Xylander ex vocabulo Ανακλόρεια produxit. Ibi enim Epitomator hunc in modum scripsit. Καὶ Ευγλίος ὁ περὶ ἡμῶν τῆς ἐν τῇ βασιλίδι σχολῆς διακοσμήσας, ἐν συλλογῇ λέξεων διὰ διφθόγγου φησίν· ἔοικε ὁ ἀγλυνεῖ ἐνδεκαχηκέναι βιβλίῳ. ἡμεῖς δὲ διὰ δ ι γράμμασιν. Sed hæc verba non esse ipsius Stephani luce meridiana clarius apparet ex recta temporum serie. Hermolaus Epitomator de suo hæc adjecit. Ergo aliud argumentum nobis suppeditaretur in voce Ανάνα; sed ibi rursum non Stephani, verum Epitomatoris verba occurrunt. Οὕτω γάρ τις νῆσος διαφέρουσα μὲν τῷ πανδήμῳ Πατρικίῳ ἐν τῷ πέμπτῳ σφωδάτῳ Μαγίστρῳ Πέτρῳ, κάμνῃ ὁ κατανύκτου ἡ εὐδαίμονος πόλεως Χαλκηδόνος. Petrus hic Patricius & Magister, cujus legationum Eclogas reipublicæ literariæ bono divulgavit Hoeschelius Augustæ Vindelicor. anno 1603, etiam Justiniani temporibus vixit, cujus profecto Stephanus nequa-

quaquam potuit meminisse, si ante Justinianum supremum vitæ diem obiit. Sed non est minimæ notæ conjectura, quam ex Tzetza de ætate Stephani colligimus. Hic enim Stephanum citat Chiliade III Hist. centesima. Est autem illud Tzetzæ opus, quod ipse nonnunquam epistolam, nonnunquam πίνακας, sæpe historiam appellat, ab eo scriptum anno a C. N. MCLXXVI, uti docet Nicolaus Gerbelius in præfatione Tzetzæ præfixa.

Etiam Christianum fuisse indicat luculentissimus locus desumptus ex octavo capite Geneseos de Ammanitis, in voce Αμανον. Similiter in Σόδομα, Ἰουδαῖοι, Ἑβραῖοι. Sed evidenti argumento id ipsum demonstrari potest, quum optime de D. Christo confessionem exhibet in voce Βήτλεεμ, in qua urbe non tantum natum D. Christum profitetur, sed secundum carnem ibi genitum, attamen etiam Servatorem & Deum nostrum esse. Non est igitur audiendus Septimius Florens Christianus, quem non puduit Stephanum Auctorem Ethnicum appellare in commentariis suis ad Aristoph. Irenam pag. 77; ipsique tamen sacras literas veteris testamenti non incognitas fuisse liquet ex voce Esau de primogenitura ejus.

Hic Stephanus scripsit librum, quo ego non fuisse unquam limatius scriptum in tota sequioris ævi scriptorum turba ullum puto, tam egregiis diverisque exemplis & tanta geographiæ peritia constatum. Ad cujus materiam quod attinet; in ea ob oculos ponit Stephanus in tribus habitabilis orbis partibus præcipuas regiones, provincias, gentes, urbes, oppida, castella, colonias, demos, montes, colles, valles, saltus, silvas, lucos, fana, maria, sinus, promontoria, insulas, peninsulas, portus, freta, litora, scopulos, flumina, fontes, lacus & paludes. Hisce præterea ex antiquissimis Historicis, Mythologis & Geographis adjiciuntur historiæ, fabulæ, locorum situs, mores aliquando gentium, regnorum conditores, regionum & urbium nomenclaturæ, multarum coloniarum origines, antiquitates, etymologiæ, & plurima ad Grammaticam spectantia. Itaque tam necessaria & utilis opera hæc est venerandæ antiquitatis scrinia perscrutanti, ut ille prorsus numerus sit & in literatorum censum vix veniat, qui se hac in Criticæ parte non sedulo exercuerit. Miratus sum profecto sæpissime, atque etiam nunc miror commentatores & doctissimos interpretes toties in versione gentilium & tam turpiter fuisse hallucinatos, nihil omnino nitori & elegantiæ relinquentes. Utinam interea Stephanus mansisset ille, qualem se in publicum emiserat. Sed ut nunc denuo, sic ipsius etiam & sequenti tempore stulti & bonarum artium profani se oblectarunt breviariis & compendiis colligandis, ita ut quidam ipsos auctores in epitomen redegerint ipsis auctorum verbis servatis aut paulum immutatis; alii breviaria proprio stylo confecerint ex variis scriptoribus excerpendo, quod in rem videretur; ut Salmasii verbis utar in præfatione ad Lucium Ampelium; eo successu, ut postea ipsi veri auctores fuerint aut ignorati, aut neglecti, ac tandem mersi & æternis tenebris damnati. Quod quum queramur in multis, etiam Stephanus hanc deplorationem meretur. Non enim vere Stephanum hodie tractari, sed hactenus tantum Stephani epitomen exstitisse, licet argumenta infallibilia & minime in dubium revocanda ex v. Ἀσφάλεια, Φρίξος & aliis possem producere, satis clare nunc liquet constatque ex genuino fragmento edito. Unde etiam dilucide apparet, qualem scopum in hoc auctore ad eam redigendo tenuitatem habuerit Hermolaus ille. Nam sic vocabatur, qui gangrænam istam Stephano attulit. Multis in locis vanum & nugax fecit hoc opus, nisi interpretatione subleves. Loca ex antiquorum scriptorum scriniis deprompta a Stephano, omnia vel negligit prorsus, vel de auctoris nomine duntaxat mentionem facit ipsissima verba prætermittens. Et hæc ratio est, quare existimem

mem noſtrum ſcriptorem in literis Φ X Ψ & Ω tantam injuriam non fuiſſe paſſum, quam in præcedentibus: nam iſtis in ſectionibus quæcunque ex veterum ſcriptis citantur, omnia ferme invenies. Præterea alterutrum horum, quæ modo ex Salmaſio dicebamus, in Stephani luxatione etiam contigiſſe, & Hermolaum non tantum Stephani verbis hanc epitomen confeciſſe, non immerito quis ſuſpicetur. Sed quis tanto acumine præditus, qui additamenta illa probe a Stephani verbis dignoſceret? Non quemadmodum haud ita facile eſt, ſpuria ſcripta a genuinis diſtinguere, quam ſit nativas gemmas dignoſcere ab adulterinis; eodem modo tam facili negotio dignoſcuntur verba, quibus auctor uſus eſt, & quæ epitomator de ſuo addidit. Immo quam mutaverit Stephani verba, ex genuino fragmento id manifeſte diſcerè poſſumus. Quo autem tempore hoc Stephani opus in compendium ſit redactum, nequeo dicere, neque fortaſſis quiſpiam alius: ſi diſcedat ab Suida, qui Hermolai epitomen Juſtiniano Imperatori dedicatam teſtatur. Porro quo tempore propter ſubjectam epitomen in tenebras abierit, non facile commemorari, multo minus argumentis probabilibus evinci poſſet. Tempore tamen Conſtantini Imperatoris Porphyrogeneti integer fuit, uti liquet ex libellis de adminiſtrando imperio & thematibus ad Romanum filium, ubi totos ex noſtro deſumpſit locos, uti annotavimus in voce Γ῾Ηρία, Καππαδοκία, Πελοπόννησος, Βυζάντιον, Βόσπορον & innumeris aliis locis. Immo ipſum Stephanum alibi nominat Grammaticum, ut in Siciliæ Themate. Diu certi dubitavi, an Euſtathius ex omnibus locis, quibus hujus libri meminit, ſive in Homeri ſive in Dionyſii commentariis, appareret aliud quam ipſum tantum hac epitome & nihil ex ipſo Stephani opere uſum fuiſſe aut tranſcripſiſſe. Nam certe & auctorem epitomatoris titulo inſigniit. Donec tandem diligentiſſime a capite ad calcem immenſa illa in Homerum volumina perlegendo, atque etiam in Dionyſium commentaria, invenire potui, ex quo mihi liceret hanc conjecturam facere, Euſtathium aliud quid in uſu habuiſſe, quam quod videtis & legitis.

Omnino enim reperiuntur apud illum, quæ hodie non conſpiciuntur in nobis familiari Stephano: unde dubitandum non eſt ipſum integriores habuiſſe ſua ætate codices, quam nunc circumferuntur. Hujus rei inſigne argumentum depromam ex comment. ad Iliados β′, ubi ſic ſcribit. Γ῾ιστέον δὲ ὅτι Λίνδος, ἡ μόνον Ῥοδία πόλις, ἀλλὰ καὶ τῆ ἀρωμαϊκὴν εἴδος, ὡς δῆλον ἐκ τῆ ὁσμὴ λιβάνε σμύρνης καλάμε φοίνικος Λίνδε, ὡς φησιν Ἀθηναῖος. Τῶν δὲ Γ῾όδον τὴν πόλιν ὕστερόν φησι κληθῆναι καὶ τὰ Πελοποννησιακὰ ὑπὸ ἀρχαϊκόν, ὑφ᾽ ἓ Ἕλλην ὁ Ἀθηνὸς λιμὼ ὁ Πειραιεύς. Ο᾽ δὲ τὰ ἐθνικὰ συλλέξας, καὶ Σικελικὴν πόλιν Λίνδον ἱστορεῖ. ὃς δὲ τὸ παρ᾽ Ὁμήρῳ Γ῾ηλυσὸν Γ῾αλυσὸν γράφει· λέγων εἶναι δὲ ἐν Σκυθίᾳ, καὶ ἐν τῷ Ἀ῾δρίᾳ δὲ κόλπῳ Γ῾αλυσόν. Τῶν δὲ Κάμιρον Ἀλὸς ἓν, ἃ αὐτὸς γράφει πρὸς Ἀμφελῶν ἓν κυρίᾳ. Τὸ δὲ κύμελον ὁ Καμιρεὺς Ἀλὸς διφθόγγῳ γράφει). Verum ſi cui hæc Lindi deſcriptio levis & minimi ponderis videatur, addam majoris efficaciæ argumentum ex eodem Archiepiſcopo ad Iliad. β, ubi ex Stephano Ornearum deſcriptionem abſolvit, de quibus hodie in Ethnicographo nihil circumfertur. Ὀρνειαὶ δὲ ἡ δίχα ἓν ε Ὀρνιαὶ, τῆς δὲ μάλιστα ἐν κοινῇ χρήσει κῶμη, κώμη ἐστὶν Ἀργείας καὶ τὸ γεωγράφον. ἔτι δὲ ἑτέρα μεταξὺ Κορίνθε καὶ Σικυῶνος. ταύτῃ δὲ τὰ ἐθνικὰ γράψας πόλιν λέγει, ἃ κώμην. Sed de his Orneis ne gry quidem apud noſtrum: unde non temere conjicitur Euſtathium integriori ſua ætate epitome uſum fuiſſe. Quin etiam ubi loquitur περὶ Λυκάστε, in notis ad Iliad. β pag. 237 inſigne & præſtantiſſimum ibi incrementum legitur: Λύκαστος δὲ ἀπὸ Λυκάστε Φασὶν ἀνηψηκότος ἢ παιδὸς ἓ Μίνωος. ἔτι δὲ Πανλικὴ Λύκαστος καὶ τὸ γραφέα τῶν ἐθνικῶν. ὃς λέγει δὲ ὅτι τῶν Κρητικῶν Λύκαστον ἐξωικίζειν οἱ ἐγχώριοι. ὅτε ὁπλιτεύειν δέ φησιν ἡ ἐθνικὴ πραγίδοσις. τελεῖν δὲ πρὸς ἄλλοις ὅτε ἐξωικεῖ). Η᾽ δὲ Φαιστὸς ἐξωικεῖ πρὸς

σὺν Ἀρταλὼ ἔ βαρβίνῳ Φαίστῳ ἔ κυρίῳ ὀνόματος, ὃς ἐ ἔκλεισεν αὐτὴν ὑφ' ὧν Ῥω-μαῖοι ὑπ' Ἀχαιῶν, ὡς ὁ ἐθνογράφος λέγει, ὃς ἐ Πελοποννησίων Φαιῶν ἱστορεῖ. Propterea credimus Eustathio sane ad manum fuisse ipsum integrum Stephanum, quum postera sæcula, certe nostra, his minutiis contenta esse debuerint; utique quantum nos ex aliorum scriptis animadvertere possumus. Et enim epitome jam confecta potuisse adhuc alibi latere & latuisse, nec minus ipsum, quàm hanc epitomen, facile persuadeor vel ex particula voluminis Seguieriani, vel legens verba illa, quæ Illustris Scaliger scripsit epistol. lib. IV. 431 ad Isaacum Gruterum. *Jam video illum codicem eundem esse, quem Nicolaus Sophianus habebat. nam præter alios codices inerat & integer Stephanus ἐθνογράφος cum toto* K *&* Λ, *quæ hodie imperfecta circumferri haud ignorat.*

Hæc igitur epitome, quum in avorum nostrorum venisset manus, ter prodire jussa, etsi valde mutilata & manca, per Aldum & Juntam, tandem & ab Xylandro in lucem venit multis in locis mediocriter emendata & restaurata. Ab omnibus quidem ea grate salutata est & usurpata, & interdum nimis. Nam Ferrarius in dictionario Geograph. & pag. 59 in Ἀρέθνεα Suidæ verba adscribit Stephano; & pag. 447 in Mangresia ait Hic Antiochus "Rex a Scipione victus, magna clade affectus est, unde Scipio Asiaticus cog-"nominatus Stephano libro de urbibus; quæ si inquiras, vix invenias. Sed primus omnium videtur usum ejus optime noviſse Carol. Sigonius in scholiis ad Livium, quem illic passim eximit ab dubitatione, nonnisi una hujus bre-viarii ope. Post Xylandrum, qui præstitit multa, quoque alii viri docti miserati fuerunt ejus conditionem, ut eam mollire sedulo conarentur; hinc Petro Lambecio libro 1 comment. de Bibliotheca Cæsarea vidisse testante præter Strabonem & poëmatia vetera Latina Stephanum de Urbibus a Xylandro Gr. editum A. 1568 manu Scaligeri notatum ab Seb. Tegnagelio emptum & in bibliothecam Cæsaream translatum; hinc Casaubono scribente nunc in Thecocriticis pag. 15 *Docebimus illud cum illum auctorem* (Stephanum dicit) *fœcundi mendis quibus scatet liberatum olim Deo volente edemus*: nunc in epistola secunda ad Theodorum Canterum testante se habere *in Stephanum paratas notas, quæ miserum illum scriptorem ab infinitis mendis aliquando, si Deo visum fuerit, vindicabunt*; quæ in cujuscunque manus inciderunt. Post hunc Cluverius de antiqua Geographia optime meritus ejusque scientissimus, in operibus de Italia, Sicilia & Germania antiqua feliciſſime aliquando nostrum auctorem restituit & emendavit. Post eum Salmasius ope & auxilio MSS. Palatinorum aliorumque, (nam uti ex codice ejus liquet, antiquos & recentiores consuluit) innumeris locis Epitomatorem supplevit, auxit, restituit, & genuinum nitorem reddidit, uti omnibus patet Plinianas exercitationes evolventibus; ipso etiam in notis ad Florum progressum anno 1609 scribente pag. 93. *Stephanum ante annum recensuimus & castigavimus*; & pag. 197 ubi titulum Stephani formare videtur; & pag. 209 appellante Stephanum meum. Vide etiam ad Trebell. Pollionem pag. 197. Sed quid plura de notis, quas Salmasius ad oram sui codicis annotavit? tantopere hoc doctis viris fuit notum, ut omnino & in publicis dedicationibus dixerint & existimaverint Salmasium edidisse Stephanum. Colligimus hoc præsertim ex appendice notarum ad Harpocrationem, quem Mauslacus post observationes suas in Plutarchum de fluminibus Salmasio dicabat, ubi ita scripsit: *Tibi vellem hæc dedicare libuit, Salmazi, quia & me amas, & neminem melius te in Harpocrationem noviſse sciunt omnes eruditi, qui a te jam diu spectant tot præclara & illustria opera, ut Stephanum de Urbibus, Epigrammata Græca veterum, Geoponica, Solinum, Historiæ Augustæ scriptores, & alia innume-*

ra, quorum dominus ac possessor es. Salmasius sane pluribus codicibus usus fuit, ut ex margine ejus Stephani colligere fuit facillimum, vetustioribus & recentioribus: sed non eodem modo erant divisi. Nam recentior ille in libros erat distributus: post finem literæ Δ testatur ibi incipere librum decimum tertium: & ad initium literæ Z dicit incipere librum decimum quintum in MS. recentiore Palatino. Non ubique tamen invenit hanc distributionem in libros; vel tanquam rem non necessariam ubique addidit. In fine ad fragmenta hæc leguntur, βιβλίον ἱα. ὀγδοήκοντα κεφάλαια, πάντα ταῦτα, sed non convenit cum Palatini codicis numero. Nam Salmasius testatur ibi incipere librum decimum tertium. Quid dicam de nostri ævi miraculo Is. Vossio, qui exquisitissimis annotationibus in Pomponium Melam publicatis, præterea nobiscum communicavit ipsum Salmasii codicem, longo eum usu tantopere detritum & deturpatum, ut multis in locis sensum elicere non potuerim, sed interim collatum cum Palatinis aliisque codicibus. Immo ex bibliotheca sua rarissimorum codicum MSS. refertissima usum nobis concessit alterius cujusdam manu exarati codicis, ex quo totos locos, qui in aliis non reperiuntur, Stephano nostro addidimus. Repente enim, mi Lector, dico tibi, quid acciderit. Quum sic esset laboratum in Stephano, fata voluerunt, ut is incideret post Xylandrum in curam nostram, & id quod modo dixi, in optimo hoc auctore præstiti. Quantum enim inter hanc atque alias editiones intersit, facile tibi apparebit, si priores cum hac postrema contuleris, & respexeris vocabula Ἀγγῖδες, Ἀκυλητία, Ἀμφίλοχοι, Ἀνδρος πάγος, Ἀραδία, Ἀρκαδία, Ἀσεβησταὶ, Ἀφροδιτόπολις, Βαγίσανα, Βῆρα, Γάζα, & passim, ubi ex MSS. hanc epitomen auximus. Multi enim in hac epitome erant hiatus. Sed nullibi major, quam in litera Κ: nam vocabula ultima literarum ΚΕ & sequentium, & prima literarum ΚΟ desiderantur. Et in Palatinis codicibus nihil ad has pertinens observavit Salmasius, earumque nullum vestigium nobis suppeditavit cod. Vossianus: sed neque ex seria Eustathii lectione in his aliquid apud eum deprehendi, nec quod sciam ullum locum ἐκ τῶν ἐθνικῶν scriptore allegat, qui ad hoc fragmentum referri possit. Putat tamen vir doctus Nicolaus Lloydius Parrhasium integro Stephani codice usum fuisse, qui nos monet ab ipso fabulam de Arginno recitari in voce Κήφισος, de qua voce in hodiernis editionibus & scriptis codd. quos videre licuit, ne gry quidem occurrit, cum omnes isthac parte mutili circumferantur. Verum vix puto Parrhasium vera loqui: nam pars hujus fabulæ apud Stephanum in voce Ἄργυνος exstat, & quia hic puer frequentius in fluvio Cephisso nataverit, ibique perierit & sepultus sit, fortassis locum non diligenter inquirens, existimavit Stephanum hac de re in Κήφισος loqui, cum tamen tota historia ab eo loco supra nominato commemoraretur. Solebant enim primi rei literariæ restauratores aliquando partem ex Artemidoro, ex Hellanico, ex Eratosthene, a Strabone, Athenæo aliisque antiquis scriptoribus allegata, ita in medium producere, quasi ex ipsis scriptoribus hausissent, & ipsi in eorum bibliothecis laterent, uti vana hac eruditionis ostentatione in sedula antiquitatis investigatione tanto doctiores viderentur, & admirationem apud imperitos excitarent. Sed sæpissime frustra ex MSS. codd. opem emendicavimus, qui vulgato contextu interdum corruptiores erant. Quare aliquando solis conjecturis nobis standum & res peragenda fuit; quæ si non semper certæ sint & veræ, quid mirum? Homines sumus; & humanitatis suæ indicia in rebus maxima sagacitate, cura & indefessa diligentia elaboratis relinquere humano generi est innatum. Neque tamen omnibus in locis, quibus licitum fuit conjectare, nobis Sufferi fuimus: φιλαυτίαν enim ac αὐθάδειαν cane pejus & angue odimus, nec nimis nostri juris ac nostræ sententiæ

rentiæ esse amamus, sed in his solum, ubi veritas se exserit tam coruscis radiis, ut non alio lumine indigeat. Inter alia adminicula, quæ nobis laborantibus profuere, jure meritoque Eustathii Archiepiscopi in Homerum & Dionysium Alexandrinum de situ orbis commentaria recensenda existimo. Hujus enim doctissimi Viri opera si ad nostram ætatem non pervenissent, sæpenumero in luto hæsitassemus, & nulla nobis cognita fuisset via, qua nos commode extricare potuissemus: nihil ipsi in Homero occurrit ad Geographiam spectans, quod nostri Epitomatoris testimonio non confirmat, tantum ipsius quantum Strabonis atque aliorum Geographorum auctoritati attribuens. Præter usum horum, quos dixi, operum librorumque nihil magis nostrum opus promovit, quam diligens nummorum antiquorum perscrutatio, ex quibus tanquam incorruptis testibus vera aliquando nomina urbium & ab iis deducta gentilia non frustra petivimus. Qua in re Lucas Holstenius vir doctissimus & Germaniæ decus, cum multa utilitate versatus primo fuit. Quanto nummorum prodierit major copia, tanto major etiam τῶ ἐθνικῶν evidentia & claritudo enituit. Neque interim frustrandus est sua laude Amicus noster Lusitanus, vir eruditissimus, cujus nomen, quanquam dignum nostra commemoratione, hic reticeo, ut nimis modestæ ejus petitioni satisfacerem. Totum epitomatoris opus in Latinum transtulit, magnoque commentariorum volumine auxit atque illustravit, quæ omnia post inceptum nostrum opus videnda nobis exhibuit.

Quod ad inscriptionem attinet, de ea dixi principio notarum, & quanquam ea recensentur in hoc Stephani opere, non tamen ab Heinsio in notis ad Hesiodum pag. 98 appellandus erat *urbium auctor*; & recte Delrio in Claudianum non credit hunc librum esse Stephani περὶ πόλεων, sed potius epitomen τῶ ἐθνικῶν Στεφάνε ab Hermolao Grammatico Constantinopoli concinnatam: ut solebant veteres librorum indices una tantum voce insignire, ut Χειρικά, Δυσιακά, Λιβυκά, quæ indicabant res & origines Cretæ, Lyciæ, Atticæ aliarumque: ut de chirurgia dixerunt χειρουργικά, de medicina ἰατρικά, de harmonia ἁρμονικά, & sic de aliis artibus ac scientiis. Ita Stephano ἐθνικά, nihil aliud denotant, quam libros de gentilibus nominibus consignatos, materiam non Stephano primum, sed ante eum pluribus tractatam. Sic enim legitur Ζωσίδοτος ἐν τῶ ἐθνικαῖς λέξεσι apud Vossium de Hist. Græc. pag. 72 ex Galeno citatus; Sic Ori liber secundus de gentilibus citatur ab ipso Stephano in v. Ταῦα, quod fuit opus Grammaticum, non Historicum, ut Stephani quoque nostri opus fuit, quemadmodum etiam ex Suida probari posset. Hellanicus Athenæo in ὀνομασίαις ἐθνῶν & πόλεων. Ωρίων περὶ ἐθνικῶν apud Etymologici M. auctorem in Ἄ̓ργυ. Hippias Delius idem argumentum tractavit teste Scholiasta doctissimo in Apollon. Rhod. Argon. pag. 365. Etiam, si id huc facit, Demetrius Magnes scripsit de urbibus synonymis, de quo constat ex Harpocratione pag. 240 & Suida in Μεθώνη. Etiam Auctores Arabici hanc materiam tractarunt, & in bibliotheca Lugduno-Batava inter Werneriana duo auctores reperiuntur. Scilicet quum vox ἔθνος non duntaxat simpliciter gentem denotet, sed omnes urbes, omnes vicos, omnes insulas totius orbis terræ, quo significatu occurrit apud Pollucem pag. 425, sed & aliquando non nationem, sed cœtum vel genus quoddam hominum, ut docet Valesius ad Harpocrationem, ut etiam gentes aliquando non pro integris populorum nationibus, sed singularum provinciarum incolis seu provincialibus eodem jure utentibus sumi notaverat Seldenus ad Marmora Arundel. pag. 123. Hinc Stephanus operis sui titulum finxit ἐθνικά, id est, gentilia, non ab unica gente, sed omnibus terrarum orbem passim incolentibus. De quibus gentilibus Stephanus agere non poterat, nisi habita urbium,

regionum & locorum mentione, de quibus illa erant formanda & deducenda. Nam quanquam Etymologici auctor statuat quadrifariam gentilia formari, nos tamen scimus & ab pagis, ab aliis item locis gentilia formari. Verba Etymologici sunt in voce Ἀχαιός. Ποσαχῶς λαμβάνονται τὰ ἐθνικά; πραχῶς· ἀπὸ πόλεως, ἐξ ἔθνους, ἀπὸ χώρας, ἀπὸ βασιλέως. Fateor unam vocem sæpissime pro gentili, pro heroë, pro urbe & fluvio sumi, sed gentilia etiam deducuntur ab aliis nominibus, scilicet fluminibus, maribus, paludibus. In fluviis enim occurrunt Γλῶοι accolæ Rheni, Λυκορμαῖος est ab Λυκόρμας, & Μελανιππίδης vel Μελανίππιος ab loco Μελανίππιον, etsi πόλις male hic perhibeatur. Sic etiam gentilitia nomina deducuntur a familiis, ut Julius, Æmilius, quæ sunt gentilia nomina, de quo consule auctores linguæ Latin. pag. 1398 & 1402. Ita per ista ἐθνικὰ vehementer innotuit Stephanus, ut per hanc descriptionem eum præcipue indigetarent, Eustathius præsertim, apud quem Scholiis in Dionysium pag. 9 & 15 & 77 & 93, in Homerum vero ad Bœotiam pag. 265 & Odyss. A initium invenies ὁ δὲ vel μὲν τὰ ἐθνικὰ γράψας. Item ad Dionysium pag. 73 ᾧ τὰ γράψαντα τὰ ἐθνικά. 55 ἐν τῇ καταγραφῇ τῶν ἐθνικῶν. 88 οἱ δὲ τὰ ἐθνικὰ γράψαντες numero plurativo circumscribens nomen. 122 ὁ δὲ τῶν ἐθνικῶν ἀναγραφεύς. Sed præcipue luxuriat hujus citationibus ad Iliad β vel Bœotiam, ut pag. 229 ἐθνικῶν γραφεύς. 313 ἐθνικὴ ᾠδαίοσις. 335 ἀναγραφὴ τῶν ἐθνικῶν. ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ καταγραψάμενος. ὁ δὲ καταγράψας τὰ ἐθνικά. 266 ὁ τῶν ἐθνικῶν συγγραφεύς. ὁ τὰ ἐθνικὰ ἐπιλεξάμενος. ἐπιλέκτης τῶν ἐθνικῶν. 305 ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ ἐκθείς. 304 ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ ἀναθέμενος. ὁ δὲ τῶν ἐθνικῶν ἀναθέτης. 335 ὁ τῶν ἐθνικῶν καταγραφεύς. ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ συλλέξας. 333 ᾧ δὲ τὰ ἐθνικὰ ἀναλεξάμενον. ὁ τῶν ἐθνικῶν συναγωγεύς. 233 ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ ἐπιλθών. 338 & 308 ὁ ἐθνογεάφος. 320 ὁ ἐκδιαλεξάμενος τοῖς ἐθνικοῖς. 329 ὁ τῶν ἐθνικῶν συλλέκτης. 368 ἐθνολόγος. Interdum simpliciter sine ullo auctoris nomine libri titulum ἐθνικὰ fecit, ut pag. 201, ἐν τοῖς ἐθνικοῖς φέρει. Qua in re prorsus Græcorum Magistrorum exemplum imitatur, citantium incertos & innominatos auctores, eorum operibus duntaxat indicatis, ut patet apud Mausfacum in appendice notarum ad Harpocrationem post Plutarchum de fluviis. Suidas, quum in v. Νακώνη eum appellasset ἐθνικογεάφον, in v. Νάξης ait ὁ γεάψας τὰ ἐθνικά. Sic enim ibi supplendus, ut facile cuivis patebit. Imo & epitomes meminit Eustathius pag. 332. τῷ δὲ γεάψαντι τὰ τῶν ἐθνικῶν ἐπιτομὴν δυσχερὶς πεσόντα. & ὁ τὰ ἐθνικὰ ἐπιτέμνων. Quin & ipsum Stephani nomen illic coruscat pag. 15. Ἰστέον ὅτι διαφόρως γεγραφὰς ἀποφέρεται τὸ ῥηθὲν Ἀδραμύττιον, καθὰ ὁ Στέφανος ᾠδοίδωσιν ἐν τοῖς ἐθνικοῖς. Quod quanquam existimabam a me primo in Eustathio fuisse inventum, postea tamen aliter didici: nam istius loci meminit Casaubonus in notis ad Diogenem Laërtium pag. 10 & 11. Etiam Stephani meminit Scholiastes ad Epigrammata Græca pag. 302 Brod. edit. & 239. Etiam ejus meminit nominatim Scholiastes Lycophronis pag. 10. αἳ αἱ. ἐπάρρημα θελγηλικὸν, ὃ πάντες οἱ νῦν βαρύνουσι. Στέφανος δὲ ὁ Μελάμπους θεατὰς ἀξιοῖ, λέγοντες τελοῦντα τὰ κανόνα &c. Sic quoque Etymologici Magni auctor. Σφήκια, ἡ Κύπρος, πρότερον δὲ Σφήκια ἐκαλεῖτο, ὡς φησι Στέφανος ἐν τῷ περὶ Κύπρου. Sic illi. Qua igitur occasione & quo fato noster nomen illud περὶ πόλεων fuerit indeptus, dixerim difficulter; utrum ex MSS (in quorum nonnullis id exstare novimus) primi editores hauserint, an vero ei magis congruum censuerint, non duntaxat de gentilibus sed etiam de urbibus gentilium primitivis agenti. Hoc interim evidentissimum, plures ex nuperis eum cognoscere indice περὶ πόλεων, quam περὶ ἐθνικῶν; & sic eum citaverunt, ut Bisetus ad Aristophanis Lysistratam pag. 901 & 908.

Hæc ipsa expolire magis vellem, & his prolegomenis inserere omnes canones, quos Stephanus sparsim per totum opus dispersit. Sic possem ostendere,

dere, quot modis Siculi sua formarint gentilia, quibus terminationibus utan-
tur Itali, quibus Orientales populi, quibus Libyes, quibus Cares, quibus
Lydi, quibus Ægyptii &c. Nam & in v. Αξωι Cares solitos ait gentilia in
ις formare, Aliæ incolas alio modo quam Europæos in v. Αξασλωοὶ, Italos
per αι in v. Βελίλεγ, alios aliquando periphrasi uti in v. Βάτη, Ακόναι, Ερύ-
θρα, Μεσήχιον. Præter quæ omnia agnoscit κοινὸν χαρακτῆρα, cujus duas facit
terminationes; alteram in ις, ut in voce Βῆλις, & in ων, ut in voce Τελχὶς.
In v. Αξώτιον duo vel tres canones inveniuntur. Gentilia alia difficilia in-
ventu & secundum artem formanda habet in v. Αγαθῆ δαίμονων. Aliquando
etiam formatur gentile ex similitudine aliarum urbium, ut necesse habeat re-
spondere terminationi gentilium a vicinis oppidis deductorum, in v. Αξυδων,
Χαρὰ. Aliquando recedit plane a solita regioni forma; ut in v. Μαχάνη,
unde non debebat formari Μαχανὶς, sed juxta τὸν ἀπὸ χώρας Μαχανιώς.
In qua parte non satis accurate de Stephano ejusque gentilibus judicant, qui
censent eum plurima sæpe fingere suo captu & arbitrio, cum ego contrarium
statuendum arbitrer, Stephanum nunquam ea formare nisi observatis in hanc
rem canonibus, nempe solita regioni forma; imo si ab ea recedat, hoc non
facit nisi auctoritate aliorum scriptorum, qui iis gentilibus fuere usi. Hoc
manifeste liquet ex fragmentis integris, in quibus nullum gentile producitur,
quod non veterum auctoritate stabiliat. Si igitur alibi gentile occurrat in hoc
opere, cujus usus nobis non satis arridet, non ilico istud obelo confodien-
dum expungendumque, sed judicandum potius Stephanum in genuino ope-
re auctores habuisse, quos neglexit Epitomator, quique cum ipso Stephano
hodie desiderantur. Hæc inquam & alia similia Stephanum tangentia polire
& exornare cupiebam, quum intelligo me a fatis vocari ad illud munus, a
quo nec tu, mi Lector, nec quisquam viventium hominum erunt immunes.
Quod momentum sicut in majore potestate est; ita tibi dico, nec credentibus
me persuasurum, quam fœdissimis mendis conspurcatum susceperim, & vere
ex subverbusto, ut antiqui loquebantur, non deditician, sed in fraudem legis
Ælix Sentiæ civem Romanum fecerim, hoc est, ope ingenii omni squallore
liberarim. Quod fortassis non ita manifesto legentium oculis sese offeret; nam
de singulis cum illis deliberare supervacuum arbitrabar, quod rectius facient,
qui otii sui ephemeridem a se non exigunt. Non nego tamen multa residua &
latentia & aperta errata, quæ oculos meos effugerunt. Istiusmodi aliorum acu-
mini reliqui, ut ille olim, qui Veneris effigiem inchoatam aliis perficiendam
exposuerat. Exstabunt spicilegi, qui hujus messis reliquias persequentur. Non
ut apud Philostratum queritur Agation, fortunam se magno præmio privasse,
quod Acarnania non amplius nutriret leones, ita docti viri habent deplorare,
nihil superesse in rep. literaria, in quo ingenium exercere liceat. Quod si ali-
quando non tetigi, quod destinabam; cogita neminem esse mortalium, qui
non aliquo ignorantiæ calore infucatur. Hanc contagionem a rerum primor-
dio mortalitas ex ipsa natura contraxit, & homo cum errat, humanitus errat;
quod in me ne calumnieris: alioquin toti mortalitati convitium facies. At tu si
quid humanitatem colis, æquus & benevolus ades; neque tum in commentariis,
quæ hac etiam Stephani versione Latina (de qua agit Scaliger, & eam sibi non
placere scribit in epist. pag. 528 & seq.) quam multa peccaverim, aut quid non sim
consequutus, sed quantum tua causa & voluerim & tentarim, & immenso labore,
quod potui, ad umbilicum perduxerim, dispice. Hoc sperans, finem facio cum
Venusinoris ingenii vate, qui fulgore carminum suorum solus appellari poëta me-
reri, sermone Ulyssis utens ad regem Alcinoum;

Θεὸς δ' ἀρετὴν ὀπίσσω
Παντὶλιν, ᾧ μή τι κακὸν δεδημένον εἴη.

GUILIELMI XYLANDRI AUGUSTANI,
IN
STEPHANI DE VRBIBVS
editionem suam, ad candidum Lectorem Præfatio.

Iampridem hunc Geographicorum propriorum nominum Indicem in Latinam linguam convertere ita sum aggressus, ut urbium, regionum, montium, fluviorum, aliaque id genus nomina vel ab autore omissa adiicerem ex aliis Geographis, Strabone puta, Plinio, Mela, Ptolemæo, nec non Historicis Poëtisque, Græcis juxta Latinisque: vel quæ hic brevius aut confusius proponuntur, ex iisdem scriptoribus plenius atque distinctius exponerem. Quod nostrum opus aliquandiu intermissum, hoc tempore persequimur: & spes est confore, ut Græci hujus libri editionem confestim subsequatur ipsius quoque in publicum emissio. Nunc explicandum mihi est paucis, & cur Græcum hoc opus seorsum, & quale id edam, ac quid in eo à nobis sit elaboratum. Simul de autore ipso, Indice libri, & utilitate, aliquid afferemus.

De iis quæ Latinè non reddantur.

Qui librum hunc perlegerit, nisi valde sit ineruditus, nullo negocio intelliget permulta esse, quæ cùm propriè pertineant ad Grammaticam Græcam, & vocabulorum Græcorum etymologiam, neque possint Latinè verti aut exprimi: neque si possent, à me debuerint, qui Geographicis duntaxat operam destinaverim. Illa ipsa autem quæ Grammatica diximus, præclara sunt, multisque modis cognitu digna, atque etiam ad multa menda de bonis libris tollenda plurimum conducunt: ut supprimere ea velle, aut prorsus omittere, hominis sit ingrati, ac fastidiosi. Itaque hæc quidem græcè sunt & edenda, & legenda: quod video à doctissimis & rectissimè & diligentissimè factitatum. Præterea in meo Commentario, utpote quem Latinè (mirum enim ni debebam Græcè?) scriberem, secutus sum Latinarum litterarum seriem atque ordinem: ne malè mererer de iis qui Græca non didicerunt, quod minimè interpretem ac collectorem decuit: quomodo autem huic ordini cum Græco alphabetico conveniat, obscurum non est. Proinde totum potius opus Græcum seorsum edendum duxi, quàm discerptum hinc inde Latinis non ubique respondentibus conjungendum, & quasi intercalandum. Legent ergo Stephanum Græcè, qui sunt gnari sermonis Græci: & si volent, suo tempore cum nostris comparabunt. Interim autem invenient, nisi me omnia fallunt, quorum nomine gratias nobis agent:

Editio hæc quid aliis præstet.

modò comparare nostram cum prioribus editionibus non graventur. Primò enim, multas mendorum centurias sublatas, locaque permulta fœdè corrupta prius, à nobis suæ integritati restituta deprehendes: quæ res quanto nobis labore, quibusque molestiis steterit, nemo rectius judicabit iis, qui in simili ipsi quoque aliquando re laborarunt. Emendationum rationes in Commentarios, quò maximè pertinent, conjecimus. ubi etiam de aliis admonuimus, quæ, ne nimium juris nobis sumere videremur, loco movere non sumus ausi, quanquam vitiosa certis de causis suspicaremur.

Indices, & eorum ratio.

Deinde quia & multi boni scriptores, eorumque etiam nominatim libri adducuntur, partim superstites, plerique jampridem aboliti: quia hæc ipsa commemoratio non jucunda duntaxat est, sed & ad aliorum autorum scripta vel intelligenda, vel etiam corrigenda facit: indicem accuratum secundum seriem Latinarum (in rudiorum gratiam) litterarum composui, in quo scriptor, ac (ubi requirebatur, & res ferebat) liber ejus ponuntur: tum ubi allegetur, non numeris hoc, sed (ut & errandi minus occasionum relinqueretur, neque huic soli editioni index conduceret) ipsis vocabulis adscriptis, in quorum expositione Stephanus eorum meminit. Verbi gratia. Æschyli tragœdi Prometheus solutus, λυόμενος, citatur in ἄδεσι: Sophoclis captivæ, αἰχμαλωτίδες, in βωμοῖ, & in χρύσῃ, &c. Denique cùm passim multa verba explicentur, multæ res commemorentur, adeoque in tam exiguo libro permulta sint erudita, rara, memorabilia: ea itidem in Indicem eodem modo conjeci. In quo id observandum tibi est, ea, ad quæ ipsa litterarum series

te

ge docet, me non posuisse. quorsum enim profuisset scribere (verbi gratia) Abydus
ἡ Ἄβυδος? Litteram quoque Ha aliquando omisi: & quæ in ea quæres, ubi non
erabunt, in vocali aspirationem sequente investiga: ut, Halicarna, ἁλι. &c. Ejus
genera sunt etiam, quòd, cum litera e, eodem ordine Latinitatem secutus, po-
sui: & ε cum ι, ἡ incipientia, in ch collocavi. & pro β, u consonantem interdum
fumi. ο, in œ: ω. in æ alicubi mutavi: & si qua sunt alia, quæ elementorum
Græcorum cum Latinis comparatio non difficulter explicabit. Ita ergo & corre-
ctius multo hoc Opusculum, & ad usum accommodatius, in præsentia emittimus:
cujus illustratio in nostro Commentario brevi (Deo volente) subsequetur. De uti- *Utilitas li-*
bri.
litate dicerem, nisi res hoc non postularet. Qui enim inutilem eum putabit esse li-
brum studiis liberalibus, cujus autoritate doctissimos quòsque scriptores manifestum
est vel su confirmare, vel aliena explicare; is quid utile censeat, non facilè dixe-
rim. Omnino autem, qui historiarum lectionem nesciunt esse maximè & utilem,
& eruditionis veræ cupido necessariam, à nobis hoc loco doceri non debent: qui
sciunt, & sine Geographiæ cognitione eam expediri posse sibi persuadent, fatui sunt.
Et cùm in aliis generibus Onomastica tanti fiant, cur in hac parte, quæ vocabu-
lorum multitudine nulli cedit, ordinata nominum consignatio, eaque fidelis & cer-
ta, non in summo habeatur precio?

Titulum hujus Onomastici, Στέφανος περὶ πόλεων, nolui immutare, quan- *De titulo,*
& autore.
quam genuinum esse minimè credam. Quis fuerit Stephanus, nondum comperi, &
quoque tempore vixerit. Eustathio quidem prior fuerit, & magni nominis gramma-
ticus, oportet. ab eo enim passim ad testimonium, atque etiam sententiam feren-
dam adducitur: præsertim in Commentariis in Bœotiam Homeri, & in Dionysii
periegetin. Appellatur autem non Stephanus, sed ὁ παρ' ἐθνικὰ συγχαίρας, ὁ τῶν
ἐθνικῶν συλλέκτης, ἐθνικά. Zezes in capite sui Alpha centesimo, Stephanum
Byzantium vocat. Cæterùm ἐθνικὰ citari hoc ipsum opus, cujus nos Epitomen
nunc edimus, in promptu est videre, conferenti Eustathii loca cum nostris. Exem-
plo sit pro plurimis unum Θέσπια: de qua planissimè ea hic reperies, quæ initio
Bœotiæ ex Ethnicis, hoc est gentilibus, citat Eustathius. Apparet autem, Indi-
cem operi à Stephano factum ἐθνικὰ: quia non tam propria locorum nomina è Geo-
graphis interpretaretur, quàm de nominibus gentiliciis, aliisque id genus inde deri-
vandis disputaret, re inter grammaticos sic satis controversa: cujus extant etiam in
nostro hoc Opere illustria documenta. Atque hoc nomen ἐθνικῶν extat etiam, ut
mox dicemus, apud Suidam. Byzantinam quoque historiam à Stephano fuisse scri-
ptam, apparet ex Τόπῳ, in nostra editione. Fieri potest ut verba ista non Ste-
phani sint, sed Hermolai: ut & quæ de Eugenio in ἀνακτόρῳ. atque huc magis
inclinat animus, motus eorum quæ subjiciemus comparatione. Utrum sua ἐθνικὰ
Stephanus secundum elementorum ordinem Stephanus, nihilo magis possum pronun-
ciare, quàm de ipsius autoris vita. nisi si quis putat ex Epitomæ ordine, quicquam
de ipso eruam opere certò posse statui. Apud Suidam (quod ante nos Aldus mo-
nuit) legitur, Hermolaum quendam qui Constantinopoli fuerit grammaticus, scri-
psisse Epitomen ἐθνικῶν Stephani, & eam Iustiniano imperatori inscripsisse. Id ego
non ad Rhinotmetum illum, sed magnum Iustinianum, qui ante annos circiter CIↃ
Dccclii, cur referam, paulo pòst intelligetur. Dicet contentiosus aliquis, inde
non consequi, ipso Stephani opere amisso, nos nunc Epitomen habere (nam nihil
obstare, quin amissa Epitoma, ipsum ad nos perlatum sit Opus) & ut sit Epitome,
alterius potuisse esse autoris quàm Hermolai. Ego meam conjecturam dissimulare
nolo. Opus Stephani nos non habere, sed compendium, quod vocant, magno *De ipso O-*
pere.
brariarum rerum dispendio nobis substitutum, res ipsa vociferatur. Non instituam
aliorum cum hoc libro comparationem: ipsum si secum conferas, illicò de pleno
illos de plurimis utar. Neque nunc persequar, quòd multis in vocibus explicandis
aliquando verbosus: nonnunquam, cum res maximè poscebat verba, concisus est
nimis: magno argumento, esse optimi scripti hoc non optimam Epitomen, qua
de re alicubi in Commentario meo monui. Id unum sufficiat, quòd compluribus
locis alio lectorem rejiciens, ubi sit ejus de quo agitur inventurus explicationem,
non frustratur, inanemque dimittit. Verbi gratia, in Ἀχαΐα ἐπὶ τῷ, ad

Σαλμύκλω (sic enim correxi) te amandat: in ἀκμονία, ad ὕαλ@ πεδίον: in παλάντιον, ad ἐπαΐαν. quò si te convertas, nihil prorsum eorum quæ promittuntur, ac ne umbram quidem rei invenies: fitque hoc, quàm expediat, crebrius. Quid quòd mendosa occurrunt permulta, quæ Stephano attribuere perinde verear: ut, cum Tmolo, præterito quo debuit eum indicare loco, τύμωλον deinde figura poetica pro eo ponit. cum τίμωλον & Eustathius in Iliad. β. 866 agnoscat: & Latinus poeta,

Deserunt sui Nymphæ vineta Timoli.

Quod genus est etiam Τάβιοι pro Gabiis, ubi Remus fuerit educatus, Τ pro Γ supposito: & alia. de quibus suo loco disputatur. Jam cum κ᾽ στοιχεῖον instituerit vocum explicationem, ita sæpe is confunditur, ut magnam conditoris aut conscriptoris Epitomæ hujus oscitantiam nemo non sentiat. Mihi quidem ex ea subiit aliquando suspicari, librum, quem is in compendium redigeret, non fuisse alphabetico ordine descriptum: sed vel Hermolaum, vel librarium, ex eo excerpta voluisse eum in ordinem digerere, atque ob incuriam alicubi propositum non tenuisse. Vide ἀλίμαλα, ἄμολ@, ἀνλιόνεια, ἀρίνδηλα, βαπάρας, βερενικίδαι, γάδαρα, νισώπη, & multa alia. Sed de ipsius Stephani opere, & ejus ordine, sum, ut dixi, incertus. Hujus autem, quod edimus, Onomastici autorem esse Hermolaum, non Aldo jam assentior: sed rationi temporum, & iis quæ in Ἀναπτύξει noster, Suidas in Εὐγένι@ habent. Noster sic: Vocem hanc per diphthongum Eugenius scribit in Collectione vocabulorum, seu Dictionario, is qui ante nos Constantinopoli scholam rexit, & cætera. Hæc verba non Stephani esse, sed Hermolai, liquet ex ratione temporum. Iustiniano enim hic suam ἐθνικῶν Stephani decurtationem (absit invidia à vero) dedicavit, & fuit grammaticus Byzantii: id est, id gessit muneris, quod alio tempore Eugenius. Successisse autem hunc eum, docet Suidas, cùm Eugenium senem sub Anastasio maximè clarum fuisse discrètè scribit, litteras Constantinopoli docentem. additque, eum scripsisse παμμιγῆ λέξιν κ᾽ στοιχεῖον: id est, omnis generis vocabula promiscuè ordine alphabeti conscripsisse. quod quid sit, nisi ea quam noster vocat συλλογὴν λέξεων, non video. præsertim cum Suidas in principio Operis sui, unde id collegerit exprimens, Eugenium quoque referat, qui περὶ λέξεων κ᾽ στοιχεῖον scripserit. Quanquam in libro περὶ πμενικῶν, etiam hæc ab eo potuit vox declarari, assimilis exemplis quæ Suidas refert, διονύσιον, ἀσκληπίειον. Atqui inter mortem Anastasii, & Justiniani imperium initum, non nisi septem interveniisse annos, perhibitum est monimentis historiarum. ut negare qui velit, Hermolaum Eugenio successisse, & Stephani ἐθνικὰ in compendium redegisse, omnem fidem bonis conjecturis derogare videri queat. Atque hinc etiam liquet, IOCL minimùm annis Stephanum Eustathio fuisse priorem: fortasse etiam multo pluribus, cum à Iustiniano magno (de quo cur hæc accipiam, Anastasii mentio satis indicat) ad Andronicum, sub quo Eustathius claruit, anni sint circiter totidem. Atque, ut præfandi finem faciam, nisi metuissem ne cui hoc videretur audacius quàm fidelius abs me factum: si mihi Index hujus libri meo fuisset arbitratu adsignandus, ita haberet: Ἑρμολάου Γραμματικοῦ Κωσταντινουπόλεως, Ἐπιτομὴ τῶν ἐθνικῶν Στεφάνου Γραμματικοῦ. Neque repugnabo tamen, imò lubens adsentiar, si quis censebit, ea de quib. dictum est graviora hujus Opusculi vitia, non tam Hermolao, quàm posteritatis inertiæ, & librariorum detestandæ incuriæ (cui magnæ litterariæ calamitates debentur) imputanda esse: cum etiam Præfationem ad Iustinianum imperatorem extriverint ea- Iustinianas quidem vocatas, in συκῇ extat, tempore autoris eam urbem, quæ e regione sita fuit novæ Romæ: haud dubiè, à Iustiniano imperatore. quod ipsum quoque ad temporum rationem pertinet. Sed jam ad ipsam Epitomen hanc Onomastici Geographici ut accedas, per me licet.

Autor libri demonstratur.

Ratio temporum.

ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

ΠΕΡΙ

ΠΟΛΕΩΝ ΚΑΙ ΔΗΜΩΝ.

STEPHANUS BYZANTINUS

DE

VRBIBVS ET POPVLIS.



ΑΒΑΙ[1], πόλις Φωκικὴ, ἀπὸ τοῦ ἰυθείας ἐνιαχῆς τῆ Α΄ζη. Κέκληται δὲ ἀπὸ ἥρωος Α΄βα. Ἡρωδιανὸς δέ φησιν, ὅτι τὸ Α΄βας, ὅτε μὲν σημαίνῃ, πεντάκις κλίνεται, ὅτε δὲ ἐπὶ κύλον, ἡ ἰσοσυλλάβως κλίνεται.



[49] Λέγεται δὲ Α'κύλεια.] Fortaſſis reſcribendum eſt: Λέγεται δὲ Α'κύλεια: nam ita urbem fuiſſe appellatam ſcribit Euſtath. ad Dionyſium pag. 54. Πόλις δέ ἡ Α'κυληία μαρτυρεῖται ἐν Α'κύλοις παρὰ Πολυβίῳ. παραπλησίως δηλοῖ καὶ Στράβων ἐν Α'κύλοις τοῖς ἐπὶ τῷ Ἰλλυρικῷ. *Aquileia urbs eſt Italiæ, quam Itali aquilam appellant, denominata. Huc Conſtantini rebus geſtis: Τῇ πολῇ δὲ αἴθις, ὡς φασι, οἰκιζόμενα ἐν Δίοις ἐν ἄλσει· τῷ αὐτῷ φυλὴ χαλκέοντα: ἐπεὶ ἐθέλει cum conderetur, aquila ex parte dextra cœlum advolans de ſuo nomine vocabulum impoſuit.*

[50] Ἀφ' ἧς Α'κυλανοὶ· Ἰταλικοί τινες.] Supra Stephanus Gentilium nominis gentilitii formam indicavit, & nunc Lipſium demonſtrat. Oppidani ab hoc urbe Latinis Aquileienſes. Græcorum & lapidibus antiquis dicuntur Aquileienſes. Gentilium hæc in *enſis* ſuo ore in ηνὸς formarunt.

[51] Ἐπαρχία τῆς Κελτικῆς Γαλλίας.] Sic omnes habent editiones: ſed in codice Voſſiano erat excuſum: Ἐπαρχία τῆς Ἀκυτανικῆς.

[52] Μία τῶν τεσσάρων.] Hæc Galliæ in quatuor provincias diviſio non eſt antiqua nec generaliſſima: poſteriores enim omnes Geographi in totidem regiones eam diviſerunt, nempe in *Galliam Narbonenſem, Aquitanicam, Lugdunenſem & Belgicam*: Verum antiquis Romanorum temporibus Gallia generali diviſione duplex Ciſalpina & Tranſalpina dicebatur. Sed hæc ſunt notiſſima, & aliis ſæpenumero commemorata.

[53] Πόλις Καρίας, ἡ πρὸ Α'λαβάνδων.] Vide Strabonem lib. IX. de more accuratum oppidi ſitum colligi poteſt.

[54] Α'λάβανδα, πόλις Καρίας, ἡ πρὸ Α'λίππα.] Non ſunt audiendi illi qui cenſent, aut textum eſſe vitiatum, aut Stephanum, binas hoc nomine civitates Cariæ deſcribentem, errorem commiſiſſe: adeo ut egregie nugentur, qui pro Καρίας hoc loco Φρυγίας ſubſtituere conantur. Contra eos militat iſte locus Herodoti, quem ex libro VIII. ad confirmandam ſententiam producunt: non textum conſideranti luce meridiana clarius apparebit, Herodotum ibi etiam de Alabandis Cariæ loqui, quam rex Phrygiæ liberalitate ſua cuidam Amyntæ incolendam dederat. Verba Herodoti ita ſonant: Α'λεξάνδρου τοῦ Μάνδρωλυ Γυγαίου Α'μυντίου δὲ Γυγαίου, Βυθώρης ἀνὴρ Πιγρης ἦρχε, ὃν φ' οἱ ἐγγενὲς Α'μυντίου ὁ σὺν τῇ Α'θηνᾷ, ἔχων τὸ μέσον ἐν μεσογαίτῃ· τοῦτ δὲ ὃν Βασιλῆος τοῦ Φρυγίης ἔδοσαν Α'λαβάνδα πόλις μεγάλη ἐνοικέουσι. Verba hæc de rege Phrygiæ, & non de civitate ſunt accipienda: præterea neque in majori neque minori Phrygia oppidum exſtitit, quod Antiochiæ nomen habuit. Intelligo igitur Antiochiam Cariæ ad Mæandrum ſitam, quæ & Alabanda, & Athymbra, & Pythopolis & Nyſſa dicta fuit, uti ex Stephano manifeſte poteſt colligi.

[54] Α'πὸ Α'λαβάνδου.] Græci aliique gentiles urbium aliorumque locorum nomina à Diis vel heroibus deducere plerumque ſolebant. Stephanus hic non refert an Alabandus apud Caras inter numina aut heroes recenſebatur. Conſtat tamen ex Cicerone lib. III. de Natura Deorum, ibi religioſiſſimè cultum fuiſſe. Ita enim inquit *Alabandenſes quidem ſanctius Alabandum colunt, à quo eſt urbs illa condita, quam quemquam nobilium Deorum. Apud quos non inurbane Stratonicus, ut multa, cum quidam, ei moleſtus, Alabandum Deum eſſe confirmaret, Hercule negaret: Ergo, inquit, mihi Alabandus, tibi Hercules ſit iratus.*

[16] Ἀλάβανδα Καρῶν εὐτυχεστάτη. [17] κῆσμα δὲ Καρὸς ἦν, ἀπὸ δὲ παιδὸς αὐτοῦ κληθεῖσα τῇ Γοργηθεΐδι Φ. ἀπὸ Καλλιῤῥόης τῆς Μαιάνδρου, μιᾷ νίκῃ ἱστομαχησάσῃ, [18] ᾗ κληθεῖσα Φ. Ἀλαβάνδα, ὅ ἐστι κατὰ τὴν Καρῶν φωνήν, Ἱππόνικος. [19] ἄλλα μὲν τὸ ἵππον, βάνδα δὲ τὸ νίκῃ καλεῖν. [20] ἔνθεν δὲ καὶ Ῥωμαίοις, βάνδον τὴν νίκην φασίν. [21] ὁ πολίτης, Ἀλαβανδεύς. [22] ἔστως ἀναγραφεῖ). [23] λέγεται καὶ κληνικὸν Ἀλα-

Alabanda Carum fortunatissima, à Care condita, & à filio ejus, quem ex Callirrhoë Mæandri filia susceperat, denominata, qui, postquam in equestri prælio strenue navasset operam, Alabandus dictus est, quod Carum lingua Hipponicum denotat: Ala enim equum, & banda victoriam appellant. Hinc & bandum Romani victoriam dicunt. Oppidanus inde Alabandensis nuncupatur; ita enim in eruditorum indicibus scribitur. Possessivum dicitur Ala-

[16] Ἀλάβανδα Καρῶν εὐτυχεστάτη.] Vox πόλις hoc loco subaudienda est: Nam nomen urbis à Græcis Latinisque scriptoribus neutro genere & numero plurativo effertur. Strabo lib. XIV, unde & situm cognoscas: Τὰ δὲ Λάβανδα κεῖται ἐπὶ τῷ ὄρει κοῖλα· τὴν δ' ὑπερθεσιν τὴν ἐξ Ἀλαβάνδων εἰς τὰ Μαγνησίαν ἄνω τῆς πόλεως. Sic etiam Herod. lib. VII. Ἐν τούτῳ μὲν Ἀρβήλοις πᾶσιν ἦλθε τύραννος Ἀλαβάνδων τε καὶ Καρίης. Eodem modo Livius hanc vocem lib. XXXIII. cap. 11. & cap. XXXVIII. cap. XIII. usurpavit. *Hic alteris castris ad Harpasum flumen ventum est, quo legati ab Alabandis venerant.* Vide & Juvenal. Sat. III, Plinium lib. XXXVII. lib. VII. aliosque. Quare autem hæc urbs fortunatissima appelletur, habes apud Strabonem lib. supra allegato.

[17] Κῆσμα δὲ Καρὸς ἦν.] Mendose in MSS. legitur, κῆσμα δὲ Καρὸς ἦν. Nomen hujus herois est Καρ, non vero Καρὸς ut male quis posset conjicere ex voce Γ Κάραλα.

[18] Καὶ κληθεῖσα Φ. Ἀλαβάνδα, ὅ ἐστι κατὰ τὴν Καρῶν φωνὴν, Ἵππόνικος Φ.] Duo itaque secundum Stephani mentem Alabandi existitere, quorum alter Euippi, alter Caris filius fuit, quem ex Callirrhoe Mæandri filia progenuit: sed utrum horum Alabandenses divino honore colunt, non facile dictu est, cum antiqui hac in parte non clare distinxerint, uti liquet ex loco Ciceronis supra citato: vel si unicus tantum fuerit, ejus genealogia dubia & incerta est habenda. Puto tamen hunc fuisse quem Alabandenses in nummo quodam, in honorem Claudii Britannici divulgato, percusserunt: nam anterior ejus pars Britannicum, verâ vero Alabandum nudum cum equo repræsentabat, dextra lapidem pretiosum sive carbunculum Alabandicum in patera (de quo Plinius lib. XXXVII. cap. VII.) & sinistra bacillum tenentem, cujus figura ex Tristano hic

exhibetur. Verum hoc dolendum imprimis Tristanum tantum ectypum hujus nummi vidisse, quod tamen cum typo accurate potuit convenire: quare non libenter cum Cl. Seguino Tristani explicationem rejicerem, quæ examussim in urbem & ejus genium quadrat; sed mallem statuere diversos fuisse nummos, nam in aversa parte Seguini nummus cervum, & juvenem nudum sine bacillo exhibet.

[19] Ἄλλα μὲν τὸ ἵππον.] Idem Stephanus affirmat in vocabulo Γ Κάραλα, ubi inquit. Ἄλα γὰρ οἱ Κᾶρες τὸ ἵππον ἴσασιν, ὡς ἐ φησιν ὁ Ἀρτεμίδωρος). Neque hoc obscure in præcedenti numismate innuitur.

[20] Ἔνθεν καὶ παρὰ Ῥωμαίοις, βάνδον τὴν νίκην φασίν.] Salmasius ad oram sui codicis rescripsit: Ἔνθεν δὲ παρὰ Ῥωμαίοις βάνδον τὸ σῆμα φασίν, quod ex glossatore quodam confirmare nititur: sed mallem cum eruditissimo Tristano statuere, hæc verba ab imperita cujusdam librarii, quam à Stephani manu esse profecta. An apud Caras *Banda victoriam* significaverit, mihi non constat, siquidem perpauca veteris linguæ Caricæ λείψανα apud auctores supersint. Audeo tamen confidenter hoc affirmare, Stephanum, & neotericos qui eum sequuntur omnes, toto cœlo aberrasse, cum ait βάνδα apud Romanos *victoriam* significare: tota enim posterioris ævi scriptorum turba ab ipso dissentit, apud quos hæc vox pro vexillo, sive signo militari sumitur, & ita eam explicat Simocatta Histor. Mauric. lib. III, cap. VI. Apud Suidam habes: Βάνδα καλοῦσι Ῥωμαῖοι τὸ σημεῖον τὸ οὐ πολέμου. Id est: *Bandum vocant Romani signum militare.* Apud Paulum Diaconum de gestis Longobardorum lib. I, cap. XX. *Tato vero Rodulphi vexillum, quod bandum appellant, abstulit.* Neque pigebit hic adscribere insignem Constantini locum: ita enim Imperator loquitur in Tacticis: Μὴ παρὰ τοὺς βάνδα ἄλλα ἴσα, ἵνα μὴ μετρῶσι οἱ ἐχθροὶ ὁπόσοι βάνδα ἴσχυς, καὶ ὡς τοῦτο ψηφίζωσι ἐ δυνάμενοι τὸν ποσὸν ἢ σχῆμα ἄλλο, ὅσῳ σφενδονῆται πολλαὶς μᾶλλον βάνδες. Διὸ τοῦτο καλὸν ἐστι, ἵνα πᾶσι ἐ μακρόθεν βάνδα ἐ μαχόμενον. Si βάνδον hoc loco victoriam denotaret, quam insulsa & inepta esset Imperatoris oratio: magis autem fidendum est ei, cui probro posset verti, voces militares ignorasse, quam huic Grammatico, qui potissimum Geographiæ & nominibus gentilitiis intentus fuit. Ita etiam barbara illa Mauritii verba Stratag. I. intelligenda sunt, cum mandat: ΚΑΒΕΤΕ ΝΕ ΒΟΣ ΤΟΥΡΒΕΤΙC. ΟΡΑΙΝΕΜ ΣΕΡΒΑΤΕ. ΒΑΝΔΟΣΕΚΙΤΕ. ΝΕΜΟ ΔΕΜΙΤΤΑΤ ΒΑΝΔΟΥΜ. Hoc lectori dijudicandum relinquo, an non facillimâ mutatione vox militaris Belgica **Bende** / hinc deduci posset: rectè enim Belgico idiomate dicimus; **een Bende voet-knegten / of een Vaandel voet-knegten**: adeò ut etiam nostrâ linguâ vox **Bende** / non pro cohorte, uti vulgò fieri solet, sed pro βάνδῳ, id est vexillo, sive signo militari sumi oporteat.

[21] Ὁ πολίτης Ἀλαβανδεύς.] Hæc est solita apud Caras gentilia formandi ratio, uti perhibet Stephanus in voce Ἀῶαι. Δωάε), inquit, ᾗ Ἀδάις τὸ ἰθνικὸν. Ἀφ' ᾧ πάντα τὰ ὀνόματα τῶν Καρικῶν τόπων. Sic etiam exhibent antiqua numismata, cujus rei exemplum ex Tristano supra produximus. Præterea Goltzius habuit nummum in honorem Caracallæ percussum cum inscriptione ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ: Et testatur Spanhemius se in singulari nummo Christinæ Augustæ eandem epigraphen vidisse. Sed à Latinis scriptoribus oppidani *Alabandeni* dicuntur, & *Alabandenses*. Liv. lib. XXXVIII. cap. XIII. *Consul tribuno militum missum cum modica manu, castellum vi receptum Alabandensibus reddit.* Et lib. XLV. cap. XXV. *Mylassenses Alabandensque, qui Euromensium provincia adempta ad ipsos conjuncto exercitu venerunt, circa Orthosiam acie vicerunt.*

[22] Οὕτως ἀναγράφει).] Sententia claudicat, & est oratio imperfecta: deest nomen viri cujusdam docti & celebris ex hac civitate oriundi, atque à Pinacographis in πίνακας relati. Quinam apud Alabandenos eruditione claruere testatur Strabo lib. XIV. hisce verbis. Ἀνδρες οἱ ἐγένοντο λόγου ἄξιοι, δύο ῥήτορες ἀδελφοὶ Ἀλαβανδεῖς, Μενεκλῆς τε, καὶ ὁ μισήσας μὲν μικρὸν ἐστιν, ᾗ Τιμοκλῆς, οἱ μετεσχηκότες εἰς τὸν Ρωμαϊκὸν, ὁ, τε Ἀπολλώνιος, ᾗ ὁ Μόλων. Ad quem locum vide Casaubonum. Ex hisce viris Salmasius ad oram sui codicis elegit Apollonium & Molonem, constituitque locum hunc in modum: οὗτος ἀναγκαίως Ἀπολλώνιος ὁ Μελάνιος, ᾗ Μόλων. Verum neque incommode hic locus tali modo suppleri posset: οὗτος μὲν ἀναγράφει) οὐ τοῖς πίναξι, siquidem enim Stephanus hac phrasi utitur, ut in voce Λιβύη. τὸ ἰθνικὸν Λίβυς, ὡς Τίβυς. οὗτος μὲν ἀναγράφει) οὐ τοῖς πίναξι.

[23] Λέγεται δὲ κληνικὸν Ἀλαβανδικῆς.] Latini pro possessivo

Ἀλαβανδικὸς, [67] καὶ Ἀλαβανδικὸν σύγγραμμα, ἐξ οὗ ἐστὶ [67] Ἀλαβανδικὸς σολοικισμός, ὡς [68] φιλόξενος τὴν Ὀδύσσειαν ἐξηγούμενος, ὅταν ἡ μὴ ἀπαγορεύσεις ἀντὶ τοῦ μὴ λέγῃ. ὡς τὸ,

A Alabandiacus & Alabandiacum ſcriptum: hinc & ſolœciſinus Alabandiacus, cujus meminit Philoxenus qui Odyſſeam commentariis enarravit, videlicet quando μὴ, ut prohibendi adverbium, pro οὐ ponitur, ut in illo verſu:

Μὴ δ' ἐμὸν ἰότητα Ποσειδάων ἐνοσίχθων. B

Non mei gratia Neptunus qui terram quatit.

ἈΛΑΒΑΣΤΡΑ [69], πόλις Φρυγίας. Ἡρόδοτος. [70] ἐν πάσῃ λίθῳ ἀμέσῃ, ὡς φησι Νικάνωρ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀλαβαστρεύς, ὡς Ἀβδηρίτης.

ALABASTRA, oppidum Phrygiæ, auctore Herodoto: in quo lapis eximius reperitur, uti Nicanor perhibet. Gentile, Alabaſtrita, uti Abderita.

ἈΛΑΒΟΎΡΙΟΝ, πόλις Συρίας. Χάραξ ἐγγὺς χωνικῶν. τὸ ἐθνικὸν, Ἀλαβούριος. C

ALABURIUM, urbs Syriæ, cujus meminit Charax lib. VIII. Chron. Gentile, Alaburius.

ἈΛΑΒΏΝ [67], πόλις, [68] ᾧ ποταμὸς, ὡς [69] Δημήτριος ὁ συνωνύμοις. κλίνεται Ἀλαβῶνος. τὸ ἐθνικὸν Ἀλαβώνιος, ὡς Κολοφώνιος.

ALABO, urbs & fluvius: auctore Demetrio in Synonymis. Flectitur, Alabonis. Gentile Alabonius dicitur, uti Colophonius.

ἈΛΑΖΏΝ [70], ἔθνος ὅμορον τοῖς Σκύθαις. D ἐξωνίται [71] δὲ τὸ ἐπιθετικὸν, καὶ Φυλάσιος τὸ ω παρὰ τὸ ἀλλοιάσιος.

ALAZON, gens Scythis finitima. Acuitur propterea quod etiam adjectivum ſit, & differentiæ gratia ω ſervat.

ἌΛΑΙ ἈΡΑΦΗΝΊΔΕΣ, [72] καὶ ἌΛΑΙ ἈΞΩΝΊΔΕΣ, δῆμοι, ὁ μὲν τῆς

HALÆ ARAPHENIDES, & HALÆ ÆXONIDES, demi ſunt, alter

---

fero utuntur *Alabandicus*: Plinius lib. XXI. cap. IV. ubi de rosarum generibus loquitur: *Mox Alabandicum velocissimum, ac lucubrationibus decorticata purgatur, optima Alabandica plagarum præcipue usibus.*

[67] Καὶ Ἀλαβανδικὸν σύγγραμμα.] Adagium hoc plerumque dicitur de opere sive scripto inepto ac barbaro. Vide Erasmum.

[68] Ἀλαβανδικὸς σολοικισμός.] Barbaries linguæ apud Carat (& inter illos apud Alabandenses, quod nos docet illud proverbium) præ cæteris Græciæ populis erat frequentissima & maxime conspicua; illi enim per totam Græcam ubique circumjacentes regiones mercede militare, ut Strabo lib. XIV. testatur, cum aliis populis & infimæ sortis hominibus plurimum negotii exercere necesse habebant, quorum moribus & linguæ facillime assuescebant; adeo ut tandem Caricæ loqui pro solœcissare & male Græce loqui sumpserunt sit. Quid proprie sit solœcismus docet Apollonius Alexandrinus de Syntaxi lib. III. cap. III. & IV. Choeroboscus apud Etymol. Mag. auctorem in voce Σολοικισμὸς: & ejus rei plurima occurrunt exempla in Lactini Solœcistæ.

[69] Φυλάσιος τὸ Ο Θέσπιαν ἐξηγούμενος.] Fuit Grammaticus Alexandrinus qui Romæ docuit, cujus meminit Suidas, & in operibus ejus recensetur librum de notis quæ erant in Iliade, & alterum de Glossis apud Homerum. Hujus grammatici passim etiam Etymologus meminit.

[67] Πόλις Φρυγίας.] Nemo aut Geographorum aut Historicorum oppidum hoc nomine in Phrygia agnoscit; imo neque Herodotus, cujus testimonium adducit Stephanus, de eo mentionem fecit. Omnes unanimiter illud in Ægypto collocant. Vide Ptolemæum lib. IV. cap. V: & Plinium lib. V. cap. IX. Cæterum quia Alabastrites lapis maculatum similitudine & vario interstincto colore Synnadicum, qui ex Synnada magnæ Phrygiæ oppidi regione, examussim referebat, & ad eundem ut plurimum usum adhibebatur, hinc videtur factum, quod nonnulli Synnadicum illum sive Phrygium lapidem Alabastriten appellaverint, & Alabastra ex Ægypto in Phrygium transtulerint.

[68] Ἐν πάσῃ λίθῳ ἀμέσῃ.] De hoc lapide ita loquitur Isidorus: *Alabastrites lapis, candidus interstinctus variis coloribus.* Plinius lib. XXXVII. cap. X. *Alabastrites nascitur in Alabastro Ægypti & in Syria Damasco, candore interstincto varii coloribus.* Varium habebat usum, nam testæ eodem Plinio lib. XXXVI. cap. VIII cavatur ad vasa unguentaria, quoniam optime servare incorrupta dicitur. Et Juba auctor est: Smaragdum, quem Cholon vocant, in Arabia ædificiorum ornamentis includi, & lapidem, quem Alabastriten Ægyptii vocant: quod etiam apud eundem Plin. lib. XXXVII. cap. V. legimus.

[69] Ἀλαβῶν, πόλις.] Non addit Epitomator ubinam terrarum hæc sita sit civitas: scribendum est conjidenter: Ἀλαβῶν, πόλις Σικελίας. Haud dubie ad amnem ejusdem nominis collocari debet; sed quo loco, & ad utram ripam, item quo tempore fuerit incertum est.

[70] Καὶ ποτάμιος.] Simili modo fluvii hujus nomen scribitur apud Diod. Siculum lib. IV. Πλησίον μὲν τῆς Μεγαρίδος φιλοτιμήσασθαι τὴν θυγατέρα Καλυμβοθρίδα, ἣν μάλιστα πολυμηχανίᾳ τὴν πλησίον θαλάττιαν ἐξηυρηκέναι, κτλ. Ἀλαβῶνα. *Nam prope Megaridem mira ingenii solertia Colymbethram, quam vocant, fecit; ex qua magnus fluvius Alabon in proximum mare erumpitur.* Silio lib. XIII. dicitur Alabis:

Nec non qui potant Hypsamque Alabinque sonoros.

A Ptolemæo vocatur Alabus sive Ἀλαβός. Locum transcribam, ut simul etiam situm cognoscas ex cap. IV. lib. III.

Ταῦρος ἀκρον	λθ	$\frac{1}{2}$	βλ	ζγ.
Ἀλαβὼν πόλ. εὐδοκιμοῦσαι	λθ	γ$\frac{1}{2}$	βλ	ζ$\frac{1}{2}$.
Παυσώχις πόλ. εὐδοκιμοῦσαι	λθ	γ	λζ	$\frac{1}{2}$. β.

[71] Δημήτριος ὁ συνωνύμοις.] Fortassis intelligendus Demetrius cognomento Ixion, qui, ut Suidas auctor est, quædam ad Grammaticam spectantia conscripsit.

[70] Ἀλαζών, ἔθνος.] Hanc gentem describit Herod. lib. IV. Ἀπὸ δὲ Βορυσθενιτέων ἐμπορεύεται πρώτοι Καλιπίδαι οἰνηγέται. Ὑπὲρ δὲ τούτων ἄνοικοι Σκύθαι. οἱ Ἀλαζόνες καλέονται. Puto genitis nomen apud Herodotum esse corruptum & cum Ω debere scribi: ita enim similia intelectuntur nomina, sic Ἀλαζὼν Ἀλαζόνος, ὁ. Ἀλαζὼν in genitivo Ἀλαζόνος habet.

[71] Διὰ τὸ ἐπηγθηκὸν, καὶ φυλάσιος τὸ ω.] Nomen esse adjectivum vel pueri norunt, qui linguam Græcam extremis labris quasi degustarunt; nam à Græcis magistris pro superbo, jactabundo, arrogante, mendace & impostore sumitur. Suidas Ἀλαζών. τὰλαυὸς, ὑπερήφανος. ψεύδης. παρὰ τὸ ἀλη ζέω. Et Etymolog. Mag. auctor: Ἀλαζὼν, ὁ ἀπατὼν & κομπαστής. ὁ ὦν ἀλη & πλανῆ & οἷον ἀλαζὼν, ὃν ἐξ ὑπονοίας μᾶλλον, ἀλλ' ὄχι ἀπατής, ὁ ἐπὶ πλέον τὸ ἑαυτῷ κομπάζων. Vide etiam Hesychium & Phavorinum. Nomen hoc, adjective sumptum, cum o parvo in casibus obliquis declinatur, uti ex Suida, Luciano, Platone, aliisque pro certo constat.

[72] Ἅλαι Ἀραφηνίδες, καὶ Ἅλαι Ἀξωνίδες.] De duobus hisce Demis etiam fit mentio apud Callimachi scholiast. Δύο Ἅλαι δῆμοι· ἡ Ἀτθίδος, Ἅλαι Ἀραφηνίδες, καὶ Ἅλαι Ἀξωνίδες.

τῆς Αἰγηίδ@., ὁ δὲ Αἰξωνεύς, τῆς Κεκροπίας Φυλῆς. ἑκατέρα [73] ὁ δημότης ἀνὰ τὸ ι, Ἀλεύς. καὶ Ἀλῆθεν, καὶ Ἀλῆσι, [74] καὶ Ἀλιῆνδε Ξενοφάνης ἐν πα. Τρύφων δὲ ἐν παρωνύμοις Ἀλαιᾶ@. περισπᾶται, καὶ Ἀλαιαῖ@. παρασύνθετον. [75] ὡς Λιμναῖ@., Λιμναιεύς, Κρηταῖ@., Κρηταιεύς. ἀλλ' ἐν τῇ ἐξῆς κατ' ἐθ@. Ἀθηναῖον, [76] ἐνδεάν φησι τὸ ι. ἔστι δὲ ὁ δῆμ@. [77] τῆς Ἀναφλυσί@., μεταξὺ φηγέως καὶ τοῦ Μαραθῶνι, [78] καὶ Βραυρῶν@. αἱ δὲ Αἰξωνίδες, [79] ἐγγὺς καί εἰσι@. [80] ἔστι δὲ λίμνη ἐν Ἁλὰς τῶν θρέμματα Μενάνδρ. ὅτου δὲ Ἀναφλύστιον Ἀλαιᾶς Ἀραφηνίδ@. τὰ πάτρια, ὅς ἐστι πόν@. Ἀθηνῶν.

Α ΛΑΙ [81], πόλισμα Βοιωτίας. [82] Παυσανίας πίμπλω. καὶ πεζόχωρος τῆς Ἀργείας ἄτως Ἀλῆ

A alter Ægeidis, & alter, nempe Æxonensis, Cecropidis tribus: utriusque populare nomen absque I effertur, Halensis: & ex Halis, & in Halis. Ad Halas Xenophantus dixit. Verum Trypho in Denominativis trisyllabum habet Halæus, & quadrisyllabum Halæxus: uti Lenæus Lenæensis, Cretæus Cretæensis. Sed in subsequentibus affirmat, Atticæ consuetudinis esse, si in ejusmodi nominibus Jota deficiat. Araphenidis pagus juxta Marathonem inter Phegeum & Brauronem: Halæ vero Æxonides prope urbem sitæ sunt. Est quoque stagnum [hoc nomine] quod à mari conficitur. Vox Halæ in fabula quadam Menandri cum aspiratione scribitur. Quandoquidem res Alis Araphenidibus, qui Atticæ locus est, ita constitutæ sint.

B

C

D

HALÆ, civitas Bœotiæ, uti Pausanias lib. v. testatur. Et terra Argivis vicina etiam Hale

Α'

ιδης. Sed ultimum vocabulum mendo laborat, pro quo Αἰξωνίδης substituendum est. Hi Demi etiam occurrunt extra compositionem, vide in Αἰγωνία & Ἀναφλύστιος. In antiquis libris manu exaratis & duabus primis editionibus prioris Demi nomen unico vocabulo legebatur Ἀλαφραφλυσίδης. Quam scripturam in totum improbare non audeo neque debeo, cum certum sit urbium & alia nomina propria, si ex pluribus componantur & constent vocabulis, plerumque à vulgo aliisque facilioris pronuntiationis gratia contrahi & compendiosius efferri. Sic pro *Albium Insemelium* [urbs Ligurię littoralis sub Archiepisc. Mediolanensi, ditionis tamen Genuatium.] dicimus *Albintemelium*. Postquam Hispani, uti refert Clariss. Vossius ad Melam, sibi illa firmiter persuaserint, quæ de Sancto Jacobo Apostolo narrantur, Iria Flavia *ad Jacobum Apostolum*, & lingua Hispanica *Giacome Postolo* appellari cœpit, ex quibus vocibus *Compostel* sive *Compostella* contrahitur, quo nomine illud oppidum etiamnum hodie ab Hispanis aliisque nuncupatur. Rustici nostrates & circumjacentes accolæ pagos illos inter Lugdunum Bat. & Trajectum vulgo Swammerdam & Woerdiff appellant, quæ nomina contrahuntur ex Swanenburgerdam & Woerdingraven / quæ vera sunt illorum nomina. In Zelandia non procul ab urbe Goesina pagus quidam insignitur vulgo Heraaskerke / quod nomen compositum ex tribus vocabulis, nam proprie dicendum foret, Hingeur Adriaans Kerke. Plurima hujus rei exempla in medium produci possent, sed hæc impræsens sufficere existimo.

[73] Ὁ δημότης ἀνὰ τὸ ι, Ἀλεύς.] Expresse Stephanus dicit populare nomen absque jota debere scribi. Contra Harpocration & ex eo Suidas populare nomen scripsere non tantum cum ι, sed cum diphthongo: Ἀλαιεύς, ὁνομα δημοτικόν. Ita etiam apud Suidam lege pro ὄνομ. Contra Stephani canonem apud Demosth. oratione adversus Conon. legimus: Ἀγοραῖος ἦν δημότης Ἀλαιεύς. Verum si ex Epitomatoris opinione absque jota illud nomen efferendum sit, ipsum puto scripsisse Ἀλαεύς & non Ἀλεύς, ex qua voce non ι, sed diphthongum rejecit.

[74] Καὶ Ἀλῆθεν, καὶ Ἀλῆσι, καὶ Ἀλιῆνδε Ξενοφάνης ἐν πα.] Constanter sic legimus in omnibus editionibus, aut locus mendo non caret: Libri scripti: καὶ Ἀλιῆσιν Ξενοφάνης ἐν πα. Hanc Salmasius lectionem in Palatinis codd. inveniens, veram existimat. Nihil enim dixerat de adverbio ad locum.

[75] Ὡς Λιμναῖος, Λιμναῖος, &c.] Ante hæc verba quædam excidisse suspicor, nam non possunt comparari cum πεζοπλάθων Ἀλαιαῖ@. Locum ita conceperam. Καὶ διὰ τοῦ Ἀλαῖος Ἀλαιεύς, ὡς Λιμναῖος Λιμναῖος, Κρηταῖος Κρηταιεύς.

[76] Ἐνδεάν φησι τὸ ι.] Attici è multis vocabulis jabjiciunt. Dicunt enim ἀστὸς pro ἀιστὸς, pro κλαὶω κλαίω, pro καὶω κάω, pro σαῖω σάω, & ita in sexcentis aliis.

[77] Τῆς Ἀναφλυσίδ@.] Fortassis hoc loco legendum: τῆς Ἀλαφραφλυσίδ@.

[78] Καὶ Βραυρῶν@.] Male in Aldina & Florentina edit. excusum est: καὶ Βαύρων@.

[79] Αἱ ἐγγὺς δὲ εἰσι@.] Intelligit *Athenas*, quæ καθ' ἑξοχὴν urbs dicebantur. Stephanus in voce Ἀλεξάνδρεια. Ἐλέγετο δὲ καθ' ἑξοχὴν πόλις, ἡ πολίτης ἐξ αὐτῆς. ὡς αὖτε αἱ Ἀθῆναι, ἢ Ἀργὶ ὁ Ἀττικὸς, ὁ Ἀθηναῖος.

[80] Ἔστι δὲ λίμνη ἐν Ἁλὰς.] Puto Stephanum hoc loco intelligere λιμνοθάλασσαν Limnothalattam, sive stagnum mari propinquum, cujus exundatione aquæ stagni salsæ & marinis prorsus similes redduntur. Verum animadversione dignum est quod Strabo lib. primo refert, nempe ejusmodi Limnothalattas in mediterraneis locis reperiri, & quidem duo vel tria stadiorum millia à mari distitisse. Μάλιστα δὲ φασὶ τὴν ζάντην παραρρεῖν, πῶς δὲ διηρῆσθαι δ' ὀχετῶν εἰς ἀλμυρὰς καὶ γλαυκὰς τριβόους, καθ' ἃς μικταίνειν ὁρῶσι πολλαχοῦ πόλεων δ' ἐφίστη, ἢ χωρισμὸν ποιεῖ@., ἢ λιμνοθαλάττας. Idem eodem libro refert Xanthum Lydum tempore Artaxerxis procul à mari vidisse lapides conchylii formam referentes, & Limnothalattam in Armenia, & Mattienis, & in inferiori Phrygia: adeo ut hinc sibi persuaserit, campos istos aliquando mare fuisse. Et lib. IV. supra Rhodani ostia etiam ejusmodi stagnum collocat: Υπέρκειται δὲ τῆ ἐκβολῆ τῆ Γαλατικῆ λιμνοθάλασσα. Imo Ptolemæus in desertis Libyæ etiam talia stagna lib. & cap. IV. commemorat. Ἐχῆ δὲ ἡ ἐπαρχία ὧδε τὰ κεκλιμένα.

Ἡ ἐμπλεῖς ἔτος, ἀπ' τὸ μέσον ἐπὶ τὴν μύρας	μη	γ ο κ δ
	μζ	γ ο κα ζ
Καὶ τὸ Οὐλπιὰ ὄρη		
Καὶ τὸ Βασιλίσσης ὄρ@.		γα κς ζ
Καὶ λιμνοθάλασσαι, πὸ τὸ ἀπὸ τῆ Λάβρων πολιωμένη ἐπὶ τὸ μέσον ἐπὶ τὴν		
	μζ	ζ δ λα ς.

Καὶ πὸ ἀπὸ τῆ Παλίγριον λίμνη, ἀπ' ἧ ἐστι κορυφαῖον. Ita debet hic locus legi & à fœdissimo typotetarum mendo liberari. Vide Aristotelem lib. VIII. Animal. & Hannonis periplum, ubi etiam ejusmodi stagnum in insula quadam describitur, & λίμνη γλαυκότυφος dicitur. Sed nemini mirum videatur ejusmodi limnothalattas in mediterraneis locis reperiri, cum anno MCDLXII [prope Bernam in Helvetia in intimis terræ visceribus integra navis cum omni apparatu & quadraginta defunctorum hominum sceletis detecta sit.

[81] Ἀλαὶ πόλισμα Βοιωτίας.] In Vossiano codice hunc in modum legebatur: Ἀλαὶ, πολυνίκιος πόλισμα Βοιωτίας. Hac de causa sequentia ita constituerem: καὶ ὁ ποιητὴ@. τῆ Ἀργείᾳ ἠπείρῳ Ἀλὰ λέγεται. Hanc lectionem non esse ineptam, unusquisque assentietur, qui utramque contulerit.

[82] Παυσανίας πίμπλω.] Locus Pausaniæ non est lib. V. sed lib. IX. in Bœoticis, quare legendum εὐτάτω: & verba ita sonant, ad quæ fortassis Epitomator respicit. Ἐν δὲ τῷ πεδίῳ, Βοιωτίοι ἐφαίρῳ πολίσματα ἐνίκων Ἀλὰς ἐπὶ θαλάσσῃ, ἐ πὶ Λοκρίδι πατρὸ ἀπὸ τ' Εὐβοίας διείργα.

Ad Ju-

Ἀλήλεια), οἰκήτωρ. ἔστι δὲ ἑτέρα [83] καλουμένη Μάσσις. [84] καὶ ἡ Κιλικίας ἡ πόλις Ἁλιζωνικὴ λεγομένη Ἀλαί. λατὴ ἡ τάτη, [85] Ἀλήιος πεδίον. [86] Ἀλαὶ τὸ ἐθνικὸν Ἀλάδης. ἀφ' ἧς τὸ Ἀλήιον. ἔστι δὲ Ἅλικος κλίμαξ Κιλικίας. [87] ἧς Ἁλίκη, ἡ χώρα. [88] καὶ χωρίον Ἅλικος ἐπὶ τῇ Λυγύστα, ἡ ὁρ Θ ἀμώνυμον.

Ἀλαλκομένιον [89], πόλις Βοιωτίας, [90] ἀπὸ Ἀλαλκομενέως, ὃς ἐδίδυσε τὴν Ἀθηνᾶν Ἀλαλκομενίδα. [91] ἧς τὸ θηλυκὸν, ὡς Ἀλαλκομενὶς, ὡς Ἀθηναῖος τὸ Ἀλαλκομενικὸν, ὡς Ἀλεξανδρος, ἢν δὲ ἀν ἐξ Ἀλαλκομενίς, ἀλλ' ὡς Θησεὺς Θησὶς, ἕτως Ἀλαλκομενὶς Ἀλαλκομενὶς, ὥσπερ ἐξ Βριστεὺς Βρισὶς, ἡ Νηρεὺς Νηρὶς. [92] ὁπ ἧς Ἀλαλκομενεὺς ὁ Ἀθηναῖος ἐκ Γ Παποδότης, Γλαυκωπὸς, ἀφ' ἧς ὁ Γλαυκώπιος, ἧς Γλαυκῶπις. Ἀθηνᾶ Πολιάς. καὶ Ἀθηνᾶ Πολιὰς. τὸ ἐθνικὸν Ἀλαλκομενιεὺς, καὶ Ἀλαλκομένιος, καὶ Ἀλαλκομενία ἡ Ἀθηνᾶ οἰκεῖα τιμή).

A Hale dicitur, & accentu in ultima notatur. Est quoque alia è regione Maſetis: & urbs quædam Ciliciæ adjective Halæ dicta eſt, quæ & campo Halejo nomen dedit. Halæ gentile habet Halæus, unde vox Haleïum deducitur. Halicus præterea poſſeſſio quædam eſt Ciliciæ, & regio Halica: B item locus Halicus prope Auguſtam & mons ejuſdem nominis.

ALALCOMENIUM, urbs Bœotiæ ab Alalcomeneo quodam dicta, qui & Minervam Alalcomeneïdem erexit: nomen enim non habet à voce ἀλαλκεῖν, uti Ariſtarchus perhibet, quandoquidem tunc Alalceïs nominanda foret. verum ſicuti à Theſeus fit Theſeïs, ita ab Alalcomeneus Alalcomeneïs, à Briſeus Briſeïs, & à Nereus Nereïs. Quin & Glaucopis (unde & Glaucopium deducitur) appellata creditur à Glaucope Alalcomenei filio & Athenaïde Hippobotæ filia. Et Jupiter Polieus & Minerva Polias. Gentile dicitur Alalcomenienſis, & Alalcomenius, & Alalcomenia Minerva illic honoratur.

Ad flumina dextram ſunt Bœotiorum extremi, ejus nempe ſcilicet maris, quod Locrorum continentem agrum ab Eubœa arcuat: Halæi oppidulum inhabitant.

83 Κάμπος Μασ Θ.] Sulpicor Epitomatorem errare, cum hanc Halæ diſtinguit ab illa Halæ quæ Argivis eſt finitima: namque Maleten in Argivorum ditione collocat. Maſſis, πόλις Λιβύης. Ptolemæus δούτερη. Ὁ δὲς ἐπὶ τοῦ παραγωγὴ. Καὶ ὄρος ἐν Θεσσαλίᾳ, ὑπήκοον τῷ Ὀσσῇ. Μάσσα. Thuc. lib IV. hunc agrum ſive locum Ἀλαλκόμενον ἐν τῇ Ταναγραίᾳ, καὶ Ἀλαλκομενὸν, καὶ Ἀλαλκομενίδιον, καὶ Ἀλαλκομενίαν τρίτην, καὶ Ἀλαλκομενίδα, καὶ Ἀλαλκομενίαν Ἀθηνᾶν. Ἐπιτάφιον ἄγαλμα Ἀθηνᾶς Τραζηνίας, καὶ Ἁλιήσιον. *Longiuſculum agrum Iatrocinio inſeſtabant.*

84 Ἁλαὶ, τὸ ἐθνικὸν Ἀλάδης.] Manifeſte hujus oppidi ſitus ſciri vix poſſit: non vane tamen quis conjecerit ex fabula, quæ de Pegaſo & Bellerophonte narratur, haud longe à Tarſo Ciliciæ diſſitum fuiſſe. Vide in voce Ταρσός.

85 Ἀλαὶ πάλιν.] Quia Grammatici duplicem vocis Ἁλαὶ ſignificant, idcirco prima vocalis nunc aſpero, nunc leni ſpiritu exaratur. Clare hoc docet Etymologus magni auctor in voce Ἀλαὶ. Ἔστιν δὲ ὅτε δι' ὀξείας γράφεται ἡ τοῦ ἅλας ἡ Βιθυνοφώνιος. διὸ δὴ διάσασαι, ὅτε μὲν ἅλας ἡ Βιθυνοφώνιος. διὸ δὴ διάσασαι, ὅτε δὲ τοῦ ἁλίσκω. Hinc itaque colligi poſſet auctor urbis etymon, nempe quod ibi primo ſal inventum ſit.

86 Ἀλαὶ, τὸ ἐθνικὸν Ἀλάδης.] Neque ab oppido Bœotiæ, neque ab oppido Ciliciæ ejuſmodi gentile deducitur. Bœotiæ urbis cives à Plutarcho in Sylla Ἀλαῖοι appellantur, neque aliter quondam Ciliciæ urbis oppidani dicti ſuere. ut obſervavit doctiſſimus Spanhemius in penu antiquum Pyrrhi Ligorii, quam habet Chriſtina Auguſta; in cujus averſa parte Bellerophon Pegaſo vectus & Chimæra depinguntur, cum inſcriptione ΑΛΑΙΩΝ ΚΙΛΙΚΩΝ.

87 Καὶ Ἅλικος ἡ χώρα.] Refert Pauſanias lib. II. ſive in Corinthiacis, Halicen ſua ætate deſertam fuiſſe, & ſe nullum ſuperſtitem fide dignum vidiſſe, in quo vel de Halicenſi quopiam homine ulla fieret mentio. Intelligit locum in Peloponneſo circa Argos.

88 Καὶ χωρίον Ἅλικος ἐπὶ τῇ Λυγύστα.] Fortaſſis nunc Torpoſan, quo tractu à Geographis etiam Auguſta ſive Bellæ collocatur.

89 Ἀλαλκομένιον, πόλις Βοιωτίας.] Hujus oppidi nomini ejus admodum eſt inconſtans, nunc enim forma & genere neutro uſurpatur, nunc vero forma & genere neutro uſurpatur. Ejusmodi autem ipſe ſibi non conſtat, hic neutro, & alias in loco feminino genere effert. In voce Τίλφωσσα ſequitur ἡ Τιλφώσσιος ὡς ὁ ἀπὸ Ἀλαλκομενίας, & alio loco Ἀλαλκομενίδος, ἡ Ἀλαλκομενὶς.

90 Ἀλαλκομένιον, πόλις Βοιωτίας.] Reperiuntur item alii, qui vocem quidem fœminino genere, ſed numero plurali efferunt. Pauſanias lib. IX: Ἀλαλκομένιαι δὲ κώμαι πρὸς τῷ μεγάλῳ, κεῖται δὲ ὑπὲς σὺν ἄλλαι ὑψηλὸν ὄρος τοῖς ποσὶν ὑπώρειαι. Hinc apparet præterea non eſſe urbem, ſed vicum ad imas radices montis non admodum exceſſi ſitum: ſed non uno loco is, qui Stephanum in compendium redegit, urbem cum vico confundit. Etiam Strabo hac voce utitur genere fœminino & neutro, ita enim ſcribit lib. IX. Ἡ δὲ Ὠγχηλὸς μέση Ἀλιάρτου καὶ Ἀλαλκομενῶν, ἐκκεῖται τειχισμὸς ἐπίπεδος ἀπέχουσα. Paulo poſt eandem vocem numero plurali & fœminino genere uſurpavit: αἱ δὲ Ἀλαλκομεναὶ κύκλῳ εἰσὶν αὐλαὶ. Ἀκραιφία, Φωνικὶς, Ὀγχηστὸς, Ὠγχήλεια, Ἀλαλκομεναί. Talem vocabuli uſum etiam apud Euſtathium in Homerum, & apud Etymologici magni auctorem invenies. Sita eſt hæc urbs ad lacum Copaïdem, inter Haliartum & Coronæam.

90 Ἀπὸ δὲ Ἀλαλκομενέως.] Pauſanias libro ſupra citato, cujus verba ita ſunt conſtituenda: Φησὶν δὲ αὐτῷ τὸ ἄγαλμα ἐκ Τροίας ἐλθεῖν Ἀλαλκομενεὺς ἀνὴρ ἀφ' οὗ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν τεκμαίρεσθαι λέγουσι. οἱ δὲ εἶναί φασι τὸ ἄγαλμα Ἀλαλκομενίαν τῶν Ὠγύγου θυγατέρων φασίν. Ἀκουσίῳ δὲ ἐγὼ κώμης, ἐπικείσης ὄρει τῷ Χλωσταλῷ τῆς Ἀθηνᾶς ναὸς καὶ ἄγαλμα ἀρχαῖον ἱλάσκου. *Loco nomen datum ferunt ab Alalcomeneo homine indigena, à quo fuerit Minerva enutrita. Dixere alii Ogygi filiam Alalcomeniam fuiſſe. Non ita procul à vico, plano loco erecta fuit Minervæ ædes; in ea priſcum fuit ex ebore ſignum.* Sed male apud Pauſaniam ſcribitur Ἀπὸ Ἀλαλκομένους; pro ἀπὸ Ἀλαλκομένιος. nam heroïs nomen in caſu recto Ἀλαλκομενεύς dicitur, uti ex Euſtathio & Erymologo manifeſtiſſime apparet.

91 Οὐ γὰρ πανυ τὸ ἀλαλκεῖν.] A grammaticorum partibus non ſtat Stephanus, qui omnes in dubium vocant an ab heroe, an vero à voce ἀλαλκεῖν Minervæ nomen ſit deducendum. Euſtathius ad Iliad. Δ pag. 439. ita ſcribit. Ἀλαλκομενηΐδης δὲ ὡς γόνος] ἀπὸ ἥρωος Ἀλαλκομενέως ἡ Ἀθηνᾶ, ἀπὸ τοῦ ἀλαλκεῖν ἤτοι βοηθεῖν ἀλεὲ μάχῃ. ἢ ἀπὸ τόπου Ἀλαλκομενῶν τινος ἡρῶος. Eadem etiam habemus apud Etymologici Mag. auctorem in vocabulo Ἀλαλκομενηΐδης.

92 Ἐξ ἧς Ἀλαλκομενεὺς ὁ Ἀθηναῖος ἐκ Παποδότης, Γλαυκωπὸς, ἀφ' ἧς ὁ Γλαυκώπιος, καὶ Γλαυκῶπις. καὶ Ἀθηνᾶ Πολιάς. &c.] Torus hic locus tam miſere eſt affectus, ut commodum inde ſenſum percipere nequeam: plurima videntur deſiderari, nec à ſcriptis eodicibus, aut ingenio præſidium. Quædam habet Scholiaſtes Apollonii ad verſum 1281. libri primi, quæ ad hunc locum poſſunt pertinere, ſed merito illa præterimus, quia locum hunc prorſus deſperatum non ſanant.

93 Καὶ Ἀθηνᾶ Πολιάς.] Vide Stephanum noſtrum in voce Πέλις.

τιμαῖ). [94] τῆσδ' Ἀλαλκομενή, Ἀλαλκομεναῖ. A
ναῖος.

ratur. Sed ab Alalcomene deducitur Alalcomenæus.

ΑΛΑΜΑΝΟΙ [95], ἔθνος Γερμανοῖς πρόσχωρον.

ALAMANI, gens Germanis finitima.

ΑΛΑΡΟΔΙΟΙ, ἔθνος περὶ τὸν Πόντον, [96] ὡς Ἡρόδοτος φησίν.

ALARODII, populus circa Pontum, B cujus Herodotus meminit.

ΑΛΑΝΟΣ, ὄρος. [97] Ἀρματίας.

ALANUS, mons Sarmatiæ.

ΑΛΒΑ [98], πόλις Ἰταλίας, [99] ἣν ἔκλυσαν οἱ ἀπὸ Ἀσκανίου Λατῖνοι, Τρῶες ὄντες. [1] ἔστι δὴ ἡ Ἄλβα καὶ Ἐλλάδα, λόγχη. κλίνεται ἡ Ἄλβας, ὡς Χάραξ. [2] ἔστι δὲ πα- C ταμὸς Ἄλβας, ὁ νῦν λεγόμενος Τίβερις, [3] Τίβε-

ALBA, urbs Italiæ: quam ab Lavinio profecti Latini, origine Trojani, condiderunt. Alba autem Græcis λόγχη denotat. In genitivo casu habet Ἄλβας, uti Charax perhibet. Est & fluvius Albas; qui nunc vocatur Tiberis, à Tibe-

[94] Τῆσδ' Ἀλαλκομενῆ, Ἀλαλκομεναῖος.] Suspecta hæc lectio: fortassis reformandum est: τῆσδ' Ἀλαλκομεναῖ, Ἀλαλκομεναίας. Similiter etiam Ἀμύκλαι facit Ἀμυκλαῖος, Ἀλαὶ Ἀλαῖος, Ἀραὶ Ἀραῖος, Λάρισα Ἀρισαῖος, & sic in reliquis. Merito nostra emendatio vulgatæ lectioni est præferenda, quia nusquam oppidi nomen Ἀλαλκομεναὶ dicitur.

[95] Ἀλαμανοί, ἔθνος Γερμανοῖς πρόσχωρον.] Sic plerumque Græci scribunt hujus gentis nomen, excepto Zosimo, qui ut puto minus recte Ἀλαμβοὶ habet: pro quo Latini scriptores *Alamanni* & *Alemanni* usurpant. Alemannos non fuisse Germanos satis evinci potest ex hoc Stephani loco, qui gentem Germanis finitimam esse affirmat. Idem etiam indicat locus Eustathii ad Dionysium: τὸν Γερμανίας, οἷς οἱ Ἀλαμανοὶ πρόσχωροι, λόγχη λέγει φῦλα. Ad antiquam hujus populi sedem quod attinet, de ea optime judicat Cluverius lib. III. cap. IV. Germaniæ antiq. eam fuisse inter Mœnum, Rhenum ac Danubium: & ii Alemanni non fuerint Germani, nulli certe alii esse possunt quam Galli, de quibus illa Strabonis inter Danubium & Rhenum, & quos Gallos vocat Tacitus *Decumates agros* inter eosdem amnes exercentes. Huc directo quoque facit ipsum Alemannorum nomen, de cujus etymologia veriorem testem habere nequimus, quam eum, qui origini gentis sive transmigrationi è Gallia in Germaniam, fuit proximus: de quo sic Agathias lib. I. Οἱ δὲ Ἀλαμανοί, οὓς ἀρχὴν Ἀσινίου Κυαδράτου ὑπατεύοντος, ἐς τὴν Γερμανίαν εἰς τὰ ἄκρα τῆς ἀναχωλαβόμενοι, ξυνώκησαν ἔθνει αὐτόχθονι, ἐκ μιγάδες. κομιδῇ γὰρ φιλόξενοι) αὐτοὺς ὀνομάζουσι. *Alamani, si Asinium Quadratum consulem licet, hominem Italum, & qui res Germanicas accurate conscripsit, convenæ sunt, & miscellanei homines, quod & appellatio eorum lingua indicat.* Nam All omnem significat & Mann hominem; unde Altemannen.

[96] Ὡς Ἡρόδοτος.] Vide Herodotum lib. III. & VII. Sed posteriori loco gentis nomen duplici lambda exaratur. Ἀλαρόδιοι δὲ ἐξ Σακασινῶν κράνεσι Κόλχοις ἀπεικασμένοις ἐσταλμένοι ἦσαν. *Alarodii & Sasbires eodem quo Colchi ornatu militabant.*

[97] Ὄρος Ἀρματίας.] Constanter ita legunt codices scripti & editi, sed minus recte: scribendum est: ὄρος Σαρματίας, uti manifeste colligitur ex Eustathio ad versum 305. Dionysii Alexand. Ὁ πλάνος ὄρος Σαρματίας, ἀφ' οὗ τὸ ἔθνος οἱ Ἀλανοὶ ἴσασι ὁρμᾶσθαι. Et Marcianus Heracleota in periplo inquit. Ὁ δὲ Γρῦπος πόρος ἐκ τῆς Ἀλανῶν ὁρμᾶς φέρεται. Παρομοίως δὲ τῷ, τὰ ὄρη ἐκ τῶν χόανων πάντων ἐπὶ πολὺ διήκειν τὸ τῶν Ἀλανῶν Σαρματῶν ἔθνος.

[98] Ἄλβα, πόλις Ἰταλίας.] Ad situm oppidi quod attinet, nemo de illo accuratius scripsit quam Dionys. Halicar. lib. I. hisce verbis: Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐ τοῖς ἐκπεσοῦσι χρόνοις ἤγαγε. ἕλιττε δὲ ἑπάλξεις, ἀφ' ὧν ἐς λίμνη κατεπαιδεύθη, τὸ μέσον ἀπέχουσα ἀμφοῖν. καὶ ἦν ὥσπερ τεῖχος τὰ πόλεως ταῦτα, ἀνειλοῦσι αὐτοὺ ποιοῦσι. *Verum hæc evenerunt postea: olim cum ædificaretur, apud montem & lacum exstructa est; ita ut mediam inter utrumque obtineret spatium: ac veluti muri uterque urbem tuebantur, ne facile caperetur.* Ex hisce verbis urbis situs minime ignorari potest, uti observat Cluverius, quando & mons hodieque exstat, & item lacus. Mediam inquit Dionysius fuisse urbem inter montem & lacum; idque tam arcto spatio, uti hinc lacus inde mons vice murorum essent. Hoc sane nullo pacto de hodierno oppido *Albano*, in via Appia mille passus ab Aricia dissito, intelligi potest, ut quod duo millia passuum ab lacu & locis inter hunc & montem sitis absit. Fuit ergo Alba ad orientalem lacus ripam supra jam dictum oppidum *Albanum*, in iis tumulis, qui mediis inter montem & lacum intercedunt.

[99] Ἣν ἔκλυσαν οἱ ἀπὸ Ἀσκανίου Λατῖνοι, Τρῶες ὄντες.] Conditor hujus urbis fertur Ascanius, Æneæ filius, cognomento Jülus, quem alii ex Crëusa in Troade, alii ex Lavinia, Latini filia, Lavinii genitum tradunt. Virgilius lib. V. Æneid.

Hunc morem, hos cursus, atque hæc certamina primus
Ascanius, longam muris cum cingeret Albam,
Retulit, & prisces docuit celebrare Latinos.

Huc etiam pertinet locus Livii dicentis: lib. I. *Ascanius abundante Lavinii multitudine, florentem jam, ut tum res erant, atque opulentam urbem matri, seu novercæ reliquit. Novam ipse aliam sub Albano monte condidit: quæ ab situ porrecta in dorso urbis Longa Alba appellata. Inter Lavinium & Albam Longam, coloniam deductam, XXX. ferme interfuere anni.* Sed veriores certioresque Albæ Longæ conditores apud Dionys. Hal. lib. II. circa initium reperiuntur.

[1] Ἔστι δὲ ἡ Ἄλβα καὶ Ἐλλάδα, λόγχη.] Ultima vox apud Epitomatorem adjective sumenda est. Ad promontorium Sallenticum sive Japygium in Calabria oppidum hoc nomine collocatur, sed nihil ad rem facit. Ab alba sue, ut nugantur Grammatici aliique, urbs nomen accepit. Aurelius Victor de origine gentis Romanæ: *Ascanius completis in Lavinio XXX. annis, recordatus novæ urbis condendæ tempus advenisse ex numero porcorum, quos peperat sus alba, circumjectis diligenter finitimis regionibus, speculatus montem editum, qui nunc ab ea urbe, qua in eo condita est, Albanus nuncupatur, civitatem communit; eamque ex forma, quod ita in longum porrecta est, Longam, ex colore suis Albam cognominavit.* Vide etiam Varronem de re rust. lib. II. cap. III. & de ling. Lat. lib. IV.

[2] Ἔστι καὶ ποτάμιος Ἄλβας, ὁ νῦν λεγόμενος Τίβερις.] Constanter ita legunt codices scripti & editi, sed mendum latet in hisce verbis, quod neque subodoratus est vir doctissimus in epitolis criticis, ubi aliquot errores ex Eustathio afferre nititur. Nemo aut Græcorum aut Latinorum hunc amnem hoc nomine insignivit, quare cum Cluverio legendum existimo: Ἔστι δὲ ποτάμιος Ἄλβουλας, ὁ νῦν λεγόμενος Τίβερις. Antiquissimum illud est mendum, & quod tempore Eustathii codices Stephani omnino obsederat. Nunc quidem in Henrici Steph. editione male Ἄλβακας excusum est, ita enim scribit Archiepiscopus ille ad Dionysium: καὶ ὅτι ὁ Τίβερις, Ἄλβουλας ποτὲ καλούμενος, ἤτοι μυτικῶς: sed in notis ad Dionysium observavit, in quibusdam codicibus Ἄλβας, quod ex Stephano hausturn est, reperiri, ex qua scriptura imperiti librarii tandem ad Latinam terminationem Ἄλβουλας finxere. Tiberis igitur antiquis temporibus à Græcis Ἄλβουλας dicebatur, teste Dionysio Hal. lib. I. Unde Latini suum *Albula* formarunt. Plinius lib. III. cap. V. *Tiberis; ante Tybris appellatus; & prius Albula.* Virgil. lib. VIII. Æneid.

Tum

Τιβερῖνος ἢ βασιλεὺς ἐν αὐτῷ γενόμενος. A
λήξῃ ἢ Ἀλβή. ὁ πλείονες, Ἀλβανός· ὡς καὶ
οἶνος Ἀλβανὸς, ἡδὺς πάνυ καλός. Λέγεται δὲ
Ἀλβανὸς ὁ Γαλλίας πόλις, ἐν ᾧ ἱερομηνία
γίνονται. Καὶ λίμνη Ἀλβανίς. Ἔστι δὲ Ἀλβὴ
πόλις Κρήτης. τὸ ἐθνικὸν Ἀλβαῖος, ὡς Θη- B
βαῖος.

ΑΛΒΑΝΙΑ, χώρα πρὸς τοῖς ἀνατολικοῖς Ἴβηρσιν.

ΑΛΒΙΩΝ, νῆσος Βρεττανική. Μαρκιανὸς ὁ Ἡρακλεώτης ἐν περίπλῳ αὐτῆς. τὸ ἐθνικὸν, Ἀλβίωνιος.

ΑΛΓΙΔΟΣ, πόλις Γαλλίας. τὸ ἐθνικὸν Ἀλγίδιος, ὡς Τενέδιος, Ἀραδιος.

ΑΛΕΑ, πόλις Ἀρκαδίας. Θεόπομπος πεντεκαιδεκάτῃ ἱστορίᾳ. ἔστι δὲ Θεσσαλίας, καὶ ἄλλη Καρπητανῶν, ἔθνους Κελτικοῦ. ὁ πολίτης Ἀλεὺς, ὁμοφώνως τῷ εἰκιεῖ, ὡς

Tum regni, absque immani corpore Tybris:
A quo post Itali fluvium cognomine Tybrim
Diximus: amisit verum vetus Albula nomen.

Vide etiam Varronem de ling. Lat. lib. IV: Livium lib. I: Pompejum Festum: Ifidorum lib. XIII. Origin. cap. XXI, & Servium ad jam allegatum locum Virgilii.

1 Τιβερῖνος ἢ βασιλεὺς ἐν αὐτῷ γενόμενος.] Legendum videtur: Τιβερῖνος ἢ βασιλεὺς ἐν αὐτῷ γενόμενος. Quidam de hoc rege mentionem facientes eum non *Tibernum*, sed Tiberium appellant, quod Salmasius ad oram sui Stephani reprehendit. Festus: *Albula Tiberis fluvius dictus ab Albanorum*: *quod is in ea existimatus sit*. Eustathius ad Dionysium pag. 50. Τιβερῖνος ὅτου μυθεύεται, ὃς βασιλεύς Τύρρηνῶν ἦν ἐπὶ τοῦ τὴν Ἰταλίαν φυσὶ, ὥς τ φῶ Δίων. ἐπὶ τοῦτον ἀγαγεῖν. Verum alii, quotquot hujus regis meminere, omnes cum Tiberinum nuncupant. Sic etiam Anonymus in Historiarum Συναγωγῇ. Τιβερῖνος ἔτι ἐβδόμῃ. Tzetzes ad Lycophr. ἐπὶ τοῦ πατρὸς Ἀγρίππα λέγει, ὡς ἄρα Ἀλβάνων βασιλεύσας ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ ἀφανισθῆναι τὸν ὄνομα. Ἀλβάνιος.] Vinum illud satis est notum. Dionysius lib. V. cap. X: ὁ δ' ὑπ' ἐκείνου καταβληθεὶς τῶν οὐ πόρρω οἰκούντων Φαλίσκων κρατήσας. ἐν δὲ Ἀλβανοῖς αὐθομάτου ἐκφύεται, τρύγος. Inter Italica vina, quod principem locum obtinet, Falernum vocatur. Albanum, quod crassius Falerno, dulce est. Vide etiam Strabon. lib. V: Columellam rerum ruſticar. lib. III. cap. VIII: & Dionys. Hal. lib. I.

2 Λέγεται δ' Ἀλβανὸς ὁ Γαλλίας πόλις.] Kircherus in veteris Latii descriptione contendit apud Stephanum reponendum esse: λέγεται δ' Ἀλβανὸς ὁ Γαλλίας ἄρδην. Sed jam ante multos annos hunc Epitomatoris locum ita emendaverat Cluverius lib. III. Italiæ antiquæ, cujus scriptis reverendus ille parer passim compilavit.

3 Ἐν ᾗ ἱερομηνίαι γίνονται.] Sic ex aliis editionibus & MSS. reſcripsimus, pro οὗ ἡ ἱερομηνία γίνεται, uti perperam in monte Albano, quas totus Latii populus ibi celebrare solebat. Varro de ling. Lat. lib. V. *Latina feria dies conceptivus dictus à Latinis populis*: *quibus ex Albano monte ex sacris carnem petere fuit jus cum Romanis*: *à quibus Latina Latina dicta*. Livius lib. XXII. *Feria Latinæ quæ ſi in ſemtu erant, ſibi in monte Albano Latinorum, ut adſolet, datam non eſſe*. Sed nemo antiquorum hiſce feriis, in monte Albano agitari ſolitas, accuratius deſcripſit quam Dion. Halicarnaſſeus lib. IV, quem legiſſe non permittebit.

4 Καὶ λίμνη Ἀλβανίς.] Lacus iſte Albanus prodigio quodam eſt celeberrimus. Vide Val. Max. lib. I. cap. VI:

A Tiberino rege, qui in eo interiit. Dicitur etiam Albe. Oppidanus inde Albanus, uti & vinum Albanum, quod perdulce eſt atque præſtans. Locus quidam in Italia etiam Albanus appellatur, in quo ſacrificia fiebant: & item lacus Albanus. In Creta quoque urbs Albe reperitur. Gentile dicitur Albæus, ut Thebæus.

ALBANIA, regio prope orientales Iberos ſita.

ALBION, inſula Britannica, cujus Marcianus in periplo meminit. Gentile, Albio, nius.

ALGIDUS, urbs Italiæ, cujus gentile Algidius dicitur, uti Tenedius, Aradius.

ALEA, urbs Arcadiæ, auctore Theopompo libro quinquageſimo ſexto: & Theſſaliæ, & alia Carpetanorum gentis Celticæ. Oppidanus dicitur Alëus, quod perinde ſonat ac conditoris nomen

Plutarchum in Camillo, Livium lib. V: & Ciceronem lib. V. Divinationum.

5 Ἔστι δὲ Ἄλβη πόλις Κρήτης.] Neminem hactenus quærendo invenire potui, qui minimam de hoc Cretæ oppido mentionem fecerit.

6 Χώρα πρὸς τοῖς ἀνατολικοῖς Ἴβηρσιν.] Optime hujus regionis ſitum docet Archiepiſcopus Theſſalonicenſis ad Dionyſii περιήγησιν pag. 97. Ἐκεῖ δὲ οἱ τῶν Ἀλβανοὶ, πεπιωκυῖοι, ἢ μᾶλλον πολεμικοὶ, μεταξὺ Ἴβηρων ἢ Κασπίας. Mela lib. III. cap. V. *Intus ſunt ad Caſpium ſinum Caſpii, & Amazones, ſed quas Sauromatidas appellant: ad Hyrcanum Albani & Moſchi*. Eundem ſitum Albanis tribuit Agathemerus lib. II. cap. VI: Γ' πάνυ δὲ τῇ Σαρματίᾳ πρὸς ᾧ τῇ Πόντῳ ἡ Κολχὶς, πρὸς δὲ τῇ Κασπίᾳ ἡ Ἀλβανία, ἃς μεταξὺ κεῖται ἡ Ἴβηρία. Nomen habent Albani ab Albano flumine, uti quidam volunt: ſed Juſtinus Albanos Herculem ex Italia ab Albano monte ſecutos narrat, cum Geryone extincto armenta ejus per Italiam duceret, atque inde dictos.

10 Μαρκιανὸς ὁ Ἡρακλεώτης αὐτῆς.] Locus, quem forte reſpicit Epitomator, ita ſe habet: Ἀπηλιώτης πνεῖ ἀπὸ τῆς Ἀλβίωνος· νότος ἢ Ἑσπερικὸς Ἑσπερίδος ὀνομάσας. ἡ Ἀλβίων νότου ἡ Πρεττανικὴ Ἑσπερίς ἐστι καὶ ἀφέλιστα τῇ ἀκτανῷ τῇ κελτικῇ Δυτικῇ Ἑσπερίδι &c.

11 Ἀλγίδις, πόλις Γαλλίας.] A pleriſque Græcis Latiniſque ſcriptoribus oppidum *Algidus* dicitur, excepto Dionyſ. Halicarnaſſeo, à quo ejus nomen Ἀλγίδιος dicitur, ita enim ille lib. X: ἀνὴρ οὐδὲ πόλιν Ἀλγίδιον ἀξίαν εἶναι πάσι τοῖς Οὐολούσκοις ἐκ ἀνιμῶν δυνάμεις. Et ita etiam appellatur à Procopio Gothicar. rer. lib. III. Oppidi ſitum non obſcure indicat Strabo lib. V. hiſce verbis: Ἀ ἐχαπὶ δὲ ἡ Λατίνη ὀδὸς λόφ ἡ Ἀ ἀπίας, ἐν ἀριστερᾷ ἀπ' αὐτῆς ἐκλειπόντων πλησίον Γ' ἄμπης. ἔπειτα λόφ Τυσκλανῶν ὄρος ὑπερβάσαντι, μεταξὺ Τυσκλάνου πόλεως ἢ Ἀλβανῶν ὄρους, κατιόντι ἐπ' Ἀλγίδον πολίχνιον τῆς Πικλίας παράκειται. Hoc eſt: *Incipit via Latina ab Appia, ad ſiniſtram ab ea prope Romam deflectens; ac ſuper Tuſculanum montem tranſit, inter Tuſculum oppidum & montem Albanum: deſcendit que ad Algidum oppidulum & Pictas diverſoria.*

12 Τὰ ἐθνικὰ Ἀλγίδιος.] Romanis oppidani dicebantur ALGIDENSES. Nam Plinius lib. XIX. cap. V. inter genera raphanorum *Algidenſe à loco* ſic dictum refert.

13 Ἀλαία, πόλις Ἀρκαδίας.] Plinius hoc oppidum inter mediterranea collocat lib. IV. cap. VI. Ejus etiam meminit Pauſanias lib. VIII. hiſce verbis: Μετὰ δὲ Στυμφαλὸν ἐς Ἀλαίαν, σταδίους μὲ Ἀ ἑξήκοντα μάτιστα ἀπὸ αὐτῆ. *Poſt Stymphalum Alea numeratur. Agroluci conventus particeps.*

14 Ὁμοφώνως τῷ εἰκιεῖ.] Idem Pauſanias in Arcadicis conditorem urbis Aleum appellavit: Ἀλεὺς δὲ ἦ Ἀφειδαντ Ἡρακλεῖ (φέρει δὲ πάνθ' αὐτοῦ ἐπιχώρια. *Aleum Aphidantis filium conditorem celebrant.*

ὡς Δάρδανος. ἔστι δὲ ἄλλο ἐθνικὸν Ἀλεάδης, ὡς τῆς Τεγέας Τεγεάτης. Ἡρωδιανὸς δέ φησιν, [17] ἀλέα ὅτι τῆς θερμασίας. [16] καὶ ὅτι δηλοῖ τὴν φυγήν, βαρύνεται. [17] ὅτι δὲ τῆς Ἀθηνᾶς, ὀξύνεται. ἐκκλῖνω δὲ ἐστὶ τὸ βαρύνειν. ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀλεὺς, λέγεται καὶ Ἀλεαῖος.

men, uti etiam Dardanus. Sed & aliud gentile in usu est, nempe Aleates, uti à Tegea fit Tegeates. Refert autem Herodianus vocem ἀλέα etiam de calore sumi, & cum inpenultima acuatur effugium denotare: verum si de Minerva accipiatur, in ultima esse acuendam. Sed oportebat in penultima accentu signari. Ab Aleo etiam Alcæus deducitur.

ἈΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ [18], πόλεις ὀκλωκαίδεκα. πρώτη, ἡ Αἰγυπτία, ἥτις Λίβυστα, ὡς οἱ πολλοὶ, [19] ἀπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου. [20] Ἰάσων δέ, ὁ τὸ βίον τὸν Ἑλλάδος γράψας ἐν πεντεκαίδεκα βιβλίοις, φησὶ. τὸν μὲν τόπον τῆς πόλεως ὧνερ [21] ἐχρησμοδοτήθη ἄτω,

ALEXANDRIA, urbes hoc nomine exstant XVIII. Prima Ægyptia, sive Libyca, uti multi tradidere, ab Alexandro Philippi filio ita denominata. Sed Jason, qui vitam Græciæ libris quatuor conscripsit, refert: de urbis loco per insomnium [Alexander] ejusmodi oraculum accepit.

[22] Νῆσός τις ἔστι πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ,
Αἰγύπτου προπάροιθε, Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσιν.

Insula deinde quædam est in undoso ponto,
Ante Ægyptum: Pharum autem illam nominant.

Ἐκέλευσε δὲ [23] διαγράφειν τὸ χῆμα τῆς ἀγο-

Deinde autem jussit architectos formam urbis deli-

[17] Ἀλέα ἐπὶ τῆ θερμασίᾳ.] Hac significatione vocem usurpant Magistri Græci. Etymologici Mag. auctor: Ἀλέα, ἡ θερμασία. ἀλεαίνεται ὁ τόπος, ὁ ὑπὸ τῆ ἀλέᾳ θερμαινόμενος. παρὰ τὸ ἥλιος (ἀλιος. ἡ ὁ ἥλιος λέγεται) μεθαφορικῶς δὲ ἡ πύρωσις τόπου θέρους ἐροῦμεν. Proprie locus apricus, sive sole tepens Ἀλέα dicitur: nam ἀλιος Dorice Sol appellatur, qui communi lingua ἥλιος. Transfertur autem Ἀλέα & ad omnia loca colorem habentia. Hesychius: Ἀλέα, θέρμη, ἥλιος. Hinc ἀλεαῖος, θερμαίνομαι.

[18] Καὶ ὅτι δηλοῖ τὴν φυγήν, βαρύνεται.] Etymologici Magni auctor: Ἀλέας, ἐκκλίνω, ἀναχωρῶ. κυρίως δὲ τὸ ἀπὸ πυρὸς ἀναχωρῶ. ἀλέα γὰρ ἡ θέρμη τοῦ πυρός. Sed quomodo nugentur Grammaticorum filii in ejusmodi rebus, facile est animadvertere, cum contrarium statuat in voce Ἀλεινὸν, τὸ ἐκφεύγω καὶ ἐκκλίνω, ἀνοσιώτατοι ὄντες τὴν θερμασίαν ὡς τὴν ψυχρὸν λοιδορίαν. Nobis satis fit hinc probari posse τὸ ἀλέα, etiam effugium sive vitationem denotare.

[19] Ἐπὶ τῆ Ἀθηνᾷ, ὀξύνεται.] De hac Minerva legendus Pausanias in Arcadicis loco supra citato. Aleæ Minervæ ejusque fani meminit etiam Herodotus lib. I. cujus verba, quia de mendo sunt suspecta in medium producere & emendare non pigebit: Ἀι δὲ πᾶσαι αὗται οὐ τῆσι ἰδίῃσι, ἔτι ἐς ἐμὲ ἔσαν σῶαι οὐ Τεγέῃ, ἀλλ' ἐν τῇ τῆ Ἀλαίης Ἀθηναίης, κρεμάμεναι. Quid audio? An Lacedæmonii compedes quibus vincti erant, circa templum Minervæ Aleæ, quod Tegeæ fuit, suspenderunt? Templum & simulachrum hujus Deæ non fuit Tegeæ, sed Aleæ in Arcadiæ oppido, de quo hoc commate loquitur Stephanus: quare hæc verba οὐ Τεγέῃ, non ab Herodoti, sed ab imperita librarii manu profecta, è textu expungerem, utpote qui Aleam Arcadiæ civitatem ignorans, Minervæ Aleæ templo in Tegea locum assignavit, quia hic de Tegeatibus sermo non obscurus instituitur. Verum si hoc non placeat, pro οὐ Τεγέῃ sine ulla dubitatione οὐ Ἀλέῃ rescribendum esse nemo ibit inficias.

[20] Πόλεις ὀκλωκαίδεκα.] De numero urbium quibus Alexandria nomen est etiam loquitur Eustathius in Dionys. de situ orbis. Ἀριθμοῦνται δὲ οἱ τῆς ἐπωνύμου Ἀλεξάνδρειαι ὑπὸ τῶν μὲν τριῶν μόνων ἢ αὐτῆς, πόλις λέγουσα, ἤτοι Αἰγύπτου. Certum est, plures quam octodecim hoc nomine reperiri. Fasti Siculi duodecim ab Alexandro urbes ex suo nomine conditas recensent: Alexandriam ad Pentapolin Mempheos emporium, quæ prius Tettus dicebatur: II. Alexandriam in Ægypto: III. ad Harpam: IV. Cabiosam: V. Scythiam in Ægeis: VI. ad Porum: VII. ad Cypridis flumen: VIII. in Troade: IX. in Babylone: X. ad Mesargares: XI. in Perside: XII. Casson. Ex hisce Stephanus præter secundam, quæ est Ægypti, quintam ad Cypridis flumen octavam, quæ est Troadis, nullam agnoscit & enumerat. Sed Stephanus multas Alexandrias quasi diversas memorat, quæ prorsus eædem sunt: cujus rei in subsequentibus commentariis nonnulla documenta dari sumus.

[19] Ἀπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου.] Sic etiam testatur Arrianus lib. III. de exped. Alexandri Magni. Ἐλθὼν δὲ ἐς Κάνωβον, ἔνθα τοῦ λίμνου τοῦ Μαρέου ἀποκλύσιος, λόγος ἐστὶ ἀπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου πόλις ἁπάσης, Ἀλεξάνδρου ἐπώνυμος, ἐς ἔδοξε αὐτῷ ὁ χῶρος κράτιστος εἶναι οὐ αὐτοῦ πόλιν, ἐς ἠθέλησε αὐτὸς ἐνδείμασθαι. Cumque Canopum venisset, Mareotida paludem circumvectus, eo loci appulit, ubi nunc Alexandria ab Alexandri nomine ita dicta, condita est. Ejus loci situs ei maxime opportunus condendæ urbi esse visus, & opulentam urbem fore jam tum animo præsagiebat. Vide Curtium lib. IV. cap. XXI. Diodorum Sicul. lib. XVII. Vellejum Paterc. lib. I. cap. XIV: Plinium lib. V. cap. X. Livium lib. VIII: Strabonem lib. XVII: Hirtium de bello Alexandrino: Eusebium: Cedrenum: Eutropium: Dionis Chrysostomi orationem ad Alexandrinos: Aristidem oratione εἰς Ῥώμην, & alios quam plurimos Qui scire avet, qualis hodiernus sit Alexandriæ status, Bellonium, & aliorum peregrinationes consulat.

[20] Ἰάσων δὲ, ὁ τὸ βίον τὸν Ἑλλάδος γράψας ἐν πεντεκαίδεκα βιβλίοις.] Suidas etiam testatur ipsum scripsisse libros IV. de Græcia: qui præter Græciæ antiquitates, etiam res gestas Alexandri Mag. complectebantur. Vide Vossium de Hist. Græc. lib. II. cap. XII.

[21] Ἐχρησμοδοτήθη ἄτω.] Alexandro in quiete spectrum oblatum oraculum hoc edidisse, auctor est Plutarchus in ipsius vita, ubi eadem carmina, quæ à Stephano producuntur, legi possunt.

[22] Νῆσός τις ἔστι πὶς &c.] Hæc quidem ipsum spectrum pronunciat, sive vir ille veneranda canitie, uti refert Plutarchus in vita Alex. Mag. sed ex Homero sunt desumpta. Vide Odyss. Δ.

Ἀ Ν-

AN-

[39] Σεβάζων πενταικαιδεκάτη.] Sic legunt omnes editiones, sed corrupte. Codex Vossianus: Σεβαστὸν ιδ'. Sine dubio restituendum est, Σεβαστὸν ἰδικτιῶν. Respicit enim Stephanus locum Strabonis præcedenti commentario allegatum.

[40] Τερμανδηνῶν, ἡ Ταρσός.] Inter alias appellationes, hanc etiam à Stephano in illhac voce Tarso adscribitur: Ἐστὶ δὲ Κιλικία, ἀπὸ Κιλικὸς, καλεῖται δὲ Ἐπηρώτις. Ἐκ Λίνδης, καὶ Λίνδεως ὁ Ἐπηρώτης.

[41] Πεντεσκαιδεκάτη, Ἰσαυρίας, ἡ Λαμωτὶς λεγομένη.] Hæc in vulgatis libris non leguntur: Salmasius ea in Palatino, & nos in schedis Vossianis invenimus. Admodum verisimile est, quatuordecim hoc nomine civitates recensuisse Stephanum: nam Eustathius, uti superius diximus, parilem Epitomatorem transcribens, idem ex eo tradidisse videtur. Antiochia ἡ Λαμωτὶς etiam reperitur memoria in Concilio Chalcedon. Act. III. cujus Episcopus Acacius fuit. Ptolemæus lib. v. cap. VII. in aspera Cilicia Lamotidem regionem, & in ea civitatem Lamum collocat, de qua pernumerare judicabunt.

[42] Τὸ ἐθνικὸν πᾶν.] Emendabat Salmasius ex Palatinis in margine sui libri. τὸ ἐθνικὸν πασῶν: Quæ est indubitata lectio. Verum hoc obiter admonendum, in libris MSS hunc ordinem non servari, totus enim locus in iis fic conscriptus: Τὸ ἐθνικὸν πασῶν Ἀντιοχεύς. καὶ Ἰσαυρίας, ἡ Λαμωτὶς λεγομένη. τὸ ἐθνικὸν, Ἀντιοχεύς, καὶ Ἀντιόχιος, καὶ Ἀντιοχὶς τὸ θηλυκόν.

[43] Ἀντιόχιος.] Ita ex MSS reposuimus: & sic etiam hunc locum correxit Salmasius in Plinianis Exercit. & in margine sui Stephani. In vulgatis erat Ἀντιοχεύς.

[44] Ἀντιπατρὶς, πόλις. Ἡ μὲν κτίσις, ἐπὶ Ἀντωνίου Καίσαρος. Hæc, quam edi curavimus, codicis Vossiani lectio est. Salmasius ex libris Palatinis legebat: Ἀντιπατρὶς, πόλις. Ἡ μὲν κτίσις, ἐπὶ Ἀντωνίου Καίσαρος. Sed omnium mendosissime in vulgatis excusum est: Ἀντιπατρὶς, ἡ πόλις. Ἡ μὲν κτίσις, ἐπὶ Ἀντωνίῳ Καίσαρι. Nos jam optimam lectionem evulgasse, nemo in dubium vocabit, licet tamen vanam & minime veram esse, ipsi nunc confitemur. Herodem Antipatri filium hanc urbem condidisse, vel ponius instaurasse, post mortem patris sui, & ab Antipatridem nuncupasse, omnibus in confesso est. Josephus lib. XX. cap. IX. Antiq. Jud. Μεῖζον δὲ τῶν παρόντων ἐπεφρόνει, καὶ πόλιν ἀνέκτησεν (Scilicet Herodes) ἣν ὀνόματος ἕνεκα Καφαρσαλὰμα, πατρὶ ἐπώνυμον, ἐκάλεσε. φύσει δὲ ὀχυρὰν οὖσαν πᾶσιν ἐπιτηδείοις ἐκόσμησε, καὶ τεῖχος περιβαλὼν μέγιστον καὶ ἰσχυρότατον, καὶ πύργους ἐνιδρύσατο τρεῖς, ὧν τὸν μὲν μέγιστον καὶ κάλλιστον ἐποιήσατο, πατρὸς ἐπώνυμον. Sed quid hoc monitri est, ἐπὶ Ἀντωνίου Καίσαρος? Cæsares Patrimi præferunt, Ἀντωνίου Καίσαρος; sed ille Herodi non fuit contaneus, adeo ut hęc immutatio etiam perabsurda existeret. Conjiciebam primo intuitu legendum; ἐπὶ Ἀντωνίου Καίσαρος. Hæc emendatio mihi summopere placebat, quia M. Antonius & Cæsar in consultu collegæ fuere: verumnon habere, cum hæc urbis instauratio, post Antonii & Herode facta sit. Aliam itaque medicinam adhibere, quem adjectis aliquot vocubis hunc in modum constituerem: Ἀντιπατρὶς, πόλις Παλαιστίνης. Ἡ μὲν κτίσις, ἐπὶ τοῦ πρώτου Ἀντωνίου ἐπὶ Καίσαρος. Nihil occurrit melius divinandum, præsertim veritatis & historiarum vestigiis insistenti. Nam evidentissimum est, Herodem post mortem patris à M. Antonio, pro quo multa obiverat, regem Judææ creatum esse: sed idem ille, victo apud Actium Antonio, ad Augustum, qui tunc temporis Rhodi commorabatur, supplex veniam oratum venit, ne regia potestate exueretur, dictitans sese amici de se optime meriti partibus studuisse, nunc autem eo defuncto itidem se erga Cæsarem Augustum facturum. Postea reversus in Palæstinam, urbem instauravit, & in honorem patris sui Antipatridem appellavit. Dico urbem ab eo instauratam, quia alii tradunt, civitatem hoc loco *Caphar salama* quondam exstitisse, quæ tempore Hieronymi *Assur* vel *Arsur* dici cœpit. Vocem κλάσμα apud Stephanum hoc significatu aliquando sumi debere, in Νασσὸς manifeste demonstrabimus. Præterea τὸ Παλαιστίνης revocavi, quod sine dubio hic exciderat vel incuria librariorum, vel Epitomatoris supina recordia: si quis autem pro Παλαιστίνης potius Ἰουδαίας velit, non acriter cum ipso contendam: Palæstinam enim Judæam appellari omnes norunt, qui Geographiam de limine salutarunt. Hujus urbis etiam meminit Lucas in Act. Apost. cap. XXIII: & Ptolemæus lib. v. cap. XVI, unde etiam situm cognosces.

[45] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀντιπάτριος.] Tantum abest, ut scripturam hanc librorum scriptorum & editorum probem, ut potius existimem errorem à librario commissum: Stephanum exaratse, τὸ ἐθνικὸν Ἀντιπατρίτης, satis est evidens, & res alia probatione non indiget.

[46] Ἔρμημον Δατηνῶν.] Constanter sic legunt omnes libri, etiamsi Δατῆνοι geographis sint incogniti: fortassis legendum est: ἐπίνειον Δατηνῶν. Græculi enim sequioris ævi sæpenumero η in ι commutabant. Non procul hoc navale à fluvio Strymone situm erat in Datenorum tractu, qui sic appellabatur à Dato urbe celeberrima. Stephanus: Δᾶτον, πόλις Θρᾴκης. Ἡ ἀρχὴ Θ- ὀνόμασται. Ἡδωνῶν δὲ τοῦτο φασιν. οἱ δὲ Κίσσιος, Δατηνοὶ, τὸ ἐθνικὸν, Δατηνός. Quia autem Edoni se ultra Strymonem extendunt versus Nessum, non male illud Datenorum navale inter hosce amnes collocatur. Partem Thraciæ prope Æsymam (quæ urbs maritima fuit non longe à Dato sita) hoc nomine etiam Armenidas apud Athenæum lib. I. meminit, sed locus est corruptus & ita legendus: Ἀρμηνίδας δὲ τ- Θρᾴκης φησὶ εἶναι χώραν τῶν Βισάλτων, ἣν Ἀντιπάτρου Θ- Οἰσυμάλου ἀποστατήσαντος. Ad quem locum vide Casaubonum, cujus emendationi nequaquam adstipulor: nam hic locus, licet Stephani codices vulgati ita præferant, nusquam Τισάρη dictus fuit, quemadmodum proximo commentario ostendemus.

[47] Τισὶς δὲ Τισάρη χαλκοῦν.] Neque hic locus, consentiant licet codices excusi, vitii est immunis. Salmasius ex libro Palatino oræ sui libri appinxit: Τυὶς δὲ Ἀντισάρη χαλκοῦν: Verum hæc emendatio mihi summopere displicet, quia revera nihil aliud quam supervacaneam & insulsam præcedentium repetitionem continet: hoc enim Herodiani testimonio jam confirmaverat Epitomator, urbem illhac appellatione insignivi. Si quid judico, exigua mutatione referibendum est: Τυὶς δὲ Ἀνασάρτη χαλκοῦν. Exiitimo enim, sive urbem, sive navale consideres, ad Strymonicum sinum inter jam nominatos amnes situm esse, & quidem è regione oppiduli Thraciæ circa Atho ad eundem sinum, quod Stephano nostro Σάρτη dicitur: Σάρ-

Α ΝΤΙΣΣΑ [48], πόλις Λέσβε, ἐφ' ἧς [49] Τέρπανδρος ὁ Ἀντισσαῖος, Δημοσθένους [50] καὶ Ἀντίσσης ἡ Μάκαρος θυγατρός. [51] ἐν τῇ Φίλωνος. [52] ἔστι δὲ νῆσος μία τῶν Κυκλάδων. καὶ τρίτη, Ἰνδικῆς. ὧν ἀναγράφει Φίλων, καὶ [53] Δημοδάμας ὁ Μιλήσιος.

ANTISSA, urbs Lesbi post Sigrium. Ex hac Terpander Antissæus clarissimus citharædus originem duxit. Nomen accepit ab Antissa Macaris filia, uti in Philonis libris perhibetur. Est quoque una ex Cycladum insulis. Tertia, Indiæ, quam præter Philonem etiam Demodamas Milesius describit.

Α ΝΤΙΦΕΛΛΟΣ, καὶ Φελλὸς, [54] χωρία Λυκίας· οἱ οἰκοῦντες, Φελλίτης, καὶ [55] Ἀντιφελλίτης.

ANTIPHELLUS, & Phellus Lyciæ loca sunt. Incolæ Phellitæ & Antiphellitæ appellantur.

Α ΝΤΙΦΡΑ [56], πολίχνιον Ἀλεξανδρείας ἐγγὺς, ἀπὸ πολὺ ἀπωτέρω θαλάσσης, οὐκ εὔοινον· τὸν δὲ [57] οἶνον καλοῦσι Λιβυκόν. [58] ὁ πολίτης, Ἀντιφρᾶς.

ANTIPHRA, oppidulum prope Alexandriam, non procul à mari situm, vini non admodum ferax. Vinum hoc Libycum appellant. Oppidanus, Antiphræus.

Α ΝΤΡΟΝ, τὸ σπήλαιον. τὸ τοπικὸν ἔδει ἀνθρίτης, ὡς [59] λίκνον λικνίτης. εὗρηται δὲ καὶ ἀνθρεών, ὡς Εὐριπίδης ἐν Αἰξί, καὶ ἀντρεία.

ANTRUM, spelunca. Hinc locale oportebat formari Antrites, uti licnum licnites. Sed inveniturque etiam antræus & antræa apud Euripidem in Capris.

Α ΝΤΡΩΝ [60], πόλις Θεσσαλίας. [61] Ζηνόδοτος δὲ γράφει,

ANTRON, urbs Thessaliæ. Zenodotus vero scribit,

[62] Ἀγχίαλον Ἀντρῶνα. ----

Anchialum & Antrona. ----

Ita

[61] λέ-

---

[48] Ἄντισσα, πόλις Λέσβε.] Hæc desumpta censeo ex Strab. lib. XIII, ita enim ille: Ἄντισσα δ' ἐρίζει τῇ Σιγείῳ πόλει, ἔχουσι λιμένα. Vide & Scylacem in descriptione Lesbi. Etiam inde nomen accepit hæc urbs, quod situm Ilii, ignobili oppido, habuerit oppositum. Stephanus: Γάτα, πόλις ἐν Λέσβῳ, κληθεῖσα Γάττα. ἔστι Πελασγία ἡ Γάττα ἀπὸ τῆς Γάττης τῆς Μάκαρος.

[49] Τέρπανδρος ὁ Ἀντισσαῖος.] Vide Athenæum lib. x.

[50] Δημοσθένους καὶ Ἀντίσσης τῆς Μάκαρος θυγατρός.] In voce Γάτα, quem locum Stephani jam citavimus, Ilii Macaris filiam statuit. Verum aut hic, aut alio in loco errorem errat gravissimum.

[51] Ἐν τῇ Φίλωνος.] Passim citatur hic scriptor, & multis in locis index operis reticetur: scripsit de uribibue, uti liquet in Ἀστυνία, Ἀμισός, &c. Quem librum hic intelligo.

[52] Ἔστι δὲ νῆσος μία τῶν Κυκλάδων.] Nullo modo mihi persuadere possum, unam ex Cycladum insulis sic appellari: nam si vocis originem spectes, ejus situs non inter Cycladum insulas, sed prope Ilii maris Adriatici insulam in Illyriæ ora, est investigandus. Stephanus: Γάτα, πόλις ἐν Λίσσῳ &c. Ἔστι δὲ νῆσος πόλει ὁμώνυμος ἔχουσα κρηπῖδα Δαλμάτιον, καὶ Γαυσίαν. Eodem enim modo uti ab Ilii Lesbi, Antissa ejusdem insulæ oppidum denominatur, sic ab illa maris Adriatici insula, Antissa insula alteri opposita nomen habere potuit.

[53] Δημοδάμας.] De hoc scriptore nihil omnino Vossius in Syntagmate de Hist. Græc. Solinus cap. XLIX: *Hunc eundem esse Tanain exercitus Alexandri Magni crediderunt: verum Demodamas dux Selenci & Antiochi, satis idoneus vero auctor, transvectius amnem istum, titulos omnium supergressus est, aliumque esse quam Tanain deprehendit.*

[54] Χωρία Λυκίας.] Hæc hausit procul omni dubio ex Alexandro Polyhistore, ita enim Stephanus in voce Φελλός. Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ ἐν τῇ περὶ Λυκίας, Φελλὸς δὲ Ἀντιφελλοῦς Λυκίας οὕτως λέγει. ὁ πολίτης Φελλίτης καὶ Ἀντιφελλίτης. De situ vide Ptolemæum lib. v. cap. III.

[55] Ἀντιφελλίτης.] Fortasis ex lege artis, & non secundum τῆς ἐπιχωρίου τάξεως noster hoc gentile formavit (gentilia Libyca & Ægyptia in ITIS definunt) Goltzius enim ex nummo suppeditavit ΑΝΤΙΦΕΛΛΙΤΑΙΩΝ.

[56] Ἀντίφρα, πολίχνιον Ἀλεξανδρείας ἐγγύς.] Transcripsit hunc locum Stephanus ex Strabonis libro XVII, ubi sic legitur: Ἐστι Ἀντίφρα, μικρὸν ἀπωτέρω τῆς θαλάττης. ἄπωθεν μὲν ἡ χώρα αὕτη ἐστὶ οὖσα, πρὸς ὀλιγάμπελος δ' ἐστὶν ἡμῖν ἀπόνοις, οὐ οἶνος, ὃν δὴ καλοῦσι Λιβυκόν. Sic apparet, etiam Strabonis verba à nostro in compendium esse redacta, quod etiam aliis in locis observavimus. Fortasis pro Ἀντίφρᾳ in Stephano Ἀντίφρᾳ est referendum, quia Strabonis testimonio utitur. Ptolemæus autem, uti Stephanus, Ἀντίφρα lib. IV. cap. V. exhibet, & vicum non vero oppidulum esse affirmat.

[57] Οἶνον καλοῦσι Λιβυκόν.] Optime sic edebat Xylander, & hæc lectio etiam Strabonis auctoritate confirmatur: sed in MSS & primis editionibus exaratum est: τὸν δὲ οἶνον καλοῦσι βύκιν, &c.

[58] Ὁ πολίτης, Ἀντιφρᾶς.] Hæc non est Libyca gentilium forma. *Apollos* ΑΝΤΙΦΡΩΝ subscripsit epistolæ synodicæ Gennadii Patriarchæ Constantinop. tom. I. Juris Græc. Rom. pag. 190. Et canonibus concilii, consulatu Paulini & Juliani Niceę celebrati, subscripsit *Sarapion ANTIPHRENSIS.* Vide Binii Conl. generalia, Tom. I. p. 348.

[59] Λίκνον λικνίτης.] Hoc loco τὸ λίκνον cunam, & λικνίτης in cuna jacentem sive dormientem denotat. Præterea Hesychius tradit, esse epitheton Bacchi, quod ab incunabulis in quibus infantes dormiunt, ipsi attributum est, ita enim ille: Λικνίτης, ὑπὸ τῶν Διονύσου ἀπὸ τῆς λίκνου, εἰς τὰ παιδία κειμένου).

[60] Ἀντρῶν, πόλις Θεσσαλίας.] Urbs Thessaliæ maritima est: Strab. lib. IX: Καθ' ὃν δὲ τὴν Ἀντρωνα ἔρυμνὸν ὄφαλον ἐν τῷ σφὼ Εὐβοϊκὸν ἐστὶ πορθμὸν, καλούμενον ὑπὸ Ἀντρωνῶν. ὅπου Πτελεὸν, καὶ ὁ Ἀλόπη, εἶτα τὸ τοῦ Δημητρὸς ἱερὸν &c. Livius nomen urbis Græce protulit in oratione Persei lib. XLII. *At cum proecessissem inde ad visendas Larissam & Antronam & Pylleon, quo in propinquo multo ante debita vota persolverem, Delphos sacrificandi causa ascendi.* Suspectum mihi est τὸ *Pylleon*; fortasis ibi *Pteleon* reponendum, quod Larissæ & Antroni vicinum fuit oppidum. Pomponio Melæ hæc urbs *Antronia* dicitur lib. II. cap. III.

[61] Ζηνόδοτος.] Idem citatur Stephano in voce Δωδώνη, ubi etiam de eodem argumento, licilicet de diversa vocis scribendi ratione agitur. Allegatur etiam ab Athenæo liber secundus compendiorum, ita enim ille lib. X: Ζηνόδοτος δὲ ὁ δεύτερος ὑπομνημάτων Καυκίνα φησὶ τῆς Ποσειδῶνος &c.

[62] Ἀγχίαλον Ἀντρῶνα.] Scribendum est, Ἀγχίαλον τ' Ἀντρῶνα.

"λήρ] ἢ Ἀλφ τὸ τὰς πίτυς ἀντρῳόδεις εἶναι. [66] Ἀντρώνιος. ἐξ οὗ ἡ παροιμία, Ἀντρώνιος ἔνδον.

A Ita autem vocatur, propterea quod plurimos locos cavernosos habeat. Oppidanus appellatur Antronius. Hinc proverbium: Antronius catillus.

ΑΝΤΕΙΣ, [67] πόλις Αἰγύπτου. τὸ ἐθνικὸν Ἀνταῖος, [68] ὡς Ὀάσις Ὀασίτης.

ANYSIS, oppidum Ægypti, cujus gentile est Anysita, uti Oasis Oasita.

ΑΝΩΛΟΣ, πόλις Λυδίας. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἀνώλου, τοῦ Ἀξίου παιδός. οἱ πολίτης, Ἀνωλαῖ· [69] καὶ τὸ θηλυκὸν, Ἀνωλυάς.

B ANOLUS, urbs Lydiæ, quæ ab Anolo, Asii filio nomen accepit. Cives, Anoli dicuntur; & fœminino genere Anolyas.

ΑΞΙΑ, πόλις Λοκρῶν τῶν Ὀζόλων, ἀπὸ Ἀξίας τῆς γυναικὸς Κλυμένης, [68] ἢ δὲ παιδὸς δ' Ἀξίου. [69] ἐστὶ δὲ πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν τῆς Λοκρίδος· Ἀξιάδης, καὶ τὸ θηλυκὸν Ἀξιάς· [70] ἡ δὲ Ἰταλίας Ἀξιάτης, [71] καὶ θηλυκῶς Ἀξιᾶτις καὶ τὸ δυϊκὸν χαρακτῆρα.

C AXIA, oppidum Locrorum Ozolorum, quod ab Axia Clymeni filia, vel ab Axii filio nomen habet. Est item Italiæ urbs. Gentile Locridis est Axiensis, & fœminino Axias: Italiæ vero Axiata, & in fœminino genere, Axiatis per occidentalem loquendi modum.

ΑΞΟΣ [72], πόλις Κρήτης, ὡς Ἡρόδοτος ἐν πέμπτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Ἄξιος.

D AXUS, civitas Cretæ, uti Herodotus lib. IV. testatur. Gentile Axius.

ΑΞΟΥΜΙΤΗΣ [73], δημοτικῶς, μητροπόλεως Αἰθιόπων. [74] ὁ πολίτης, Ἀξωμίτης.

AXUMITES, genere masculino, Æthiopum metropolis est, cujus oppidanus Axumita vocatur.

ΑΟ-

Ἀτρώνα. Sunt hæc verba pars versus Homerici, ex Catalogo deducta. Hanc vocem diverso modo signari, nunc Ἄντρων, nunc vero Ἀντρώνα, in obliquis Ἀντρωνος & Ἀντρῶνος, Ἀντρωνα & Ἀντρῶνα, Eustathius sua omnino ætate observavit, ita enim ille ad Iliad. B. pag. 324: Καὶ τῶν Ἀντρωνα δὲ, οὗτος ἔφη διαμένων, ὡς καὶ τῶν Ἴτωνα. πλὴν δὲ Ἀντρωνα ἐστὶ, καὶ Ἀντρῶνα, ὡς Πυθῶνα. Ἡ μαρτυρία δὲ φησιν ἐκ Πλουτάρχου. Hæc ex auctoritate scripsit: Eustathius, & in commentarios ad Homerum rejecit, ita enim ille loco jam citato: Ὡς ὑπὸ Δουσίθεω ἐ ἐπιμιγνύμενα ἄνωθεν, ἀπὸ τῆς ἀπὸ τῶν πετρῶν ἀπορροίας ἐκπιπτούσης ὕδατος, ἐν ᾧ ἐστὶ καὶ ἡ λίγνη. ὑφοειδὲς γάρ, φασὶ, σῶμα καὶ ἀνθρακῶδες ἡ λίγνη. ὡς μὴ κρῶ τοῦτο τὸ λόγῳ, Ἀτρώνα ὑπὸ Δουσίθεω ἐκβάλλειν. ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ ἀτρώνα ἐκβάλλειν. ἀτρώνα ἐστὶ καὶ ἀτρῶνα. ἐκβάλλειν δὲ ἀφορμὴν τὸ πλανᾶσθαι

Α Ο Ν Ε Σ [77], ἔθνος Βοιωτίας, ἀφ' ὧν ἡ Α Α'ονία· καὶ Α'ων, τὸ ἔθνος· καὶ Α'όνιος, καὶ Α'ονία.

AONES, Bœotiæ populi, à quibus Aonia deducitur. Et Aon, gens est. Dicitur item Aonius & Aonia.

Α Ο Ρ Ν Ο Σ [78], πόλις λεπτομερῶς καὶ ψιλοτικῶς. τὸ ἐθνικὸν Α'ορνῖος, ὡς Α'βαρνεύς.

AORNUS, urbis nomen quod masculino & fœminino genere profertur. Gentile Aornensis, uti Abarnensis.

Α Ο Ρ Σ Ο Ι [79], ἔθνος, περὶ ὃ Σλεύκων ἐνδεκάτη. ἐθνικὸν, τὸ αὐτό.

AORSI, gens, de qua Strabo lib. XI mentionem fecit. Eadem vox pro gentili haberi potest.

Α Π Α Ι Σ Ο Σ [80], πόλις Κ῍ Τρωάδα. Ὅμηρος,

Οἵτ' Α'δρήστειάν τ' εἶχον, καὶ δῆμον Α'παισοῦ.

καὶ δίχα Ϝ α,

- - - Οἵς ῥ' ἐνὶ Παισῷ

Ναῖε πλυκτήμων. - - -

APÆSUS, oppidum juxta Troadem, de quo Homerus:

Qui autem Adraſtiamque incolebant, & civitatem Apæſi.

Scribitur etiam ſine A.

- - - *Qui in Paſo.*
Habitabat multa poſſidens. - - -

[80] ὡς Α'περαι πόλις, καὶ Τάρνα. Ὅμηρος,

[81] Οἵς ἐκ Τάρνης ἐριβώλακος. - - - τὸ ἐθνικὸν Α'παισηνὸς, καὶ ψιλικῶς Ἄ'παισος· καὶ Παισῶν ἡ Σικελία.

Simili modo Atarna oppidum, etiam Tarna appellatur, uti apud Homerum est.

Qui ex Tarna gleboſa. - - -

Gentile Apæsenus, quod etiam in fœminino & neutro genere usurpatur. Est præterea Pesus Dauniæ civitas, juxta Argyrippam sita, cujus gentile est Pæsius, uti à Rhosus Rhosius: vel cum I scribitur Pæsinus, quod melius est, quæ vox regionis consuetudine in penultima circumflectitur.

[82] Ἔστι καὶ Δαυνίας πόλις Παῖσος, [83] καὶ Α'ργυρίππα, ἧς τὸ ἐθνικὸν Παίσιος, ὡς Ῥ'ώσιος Ῥ'ώσιος· ἢ, ὅπερ ἄμεινον, Παισῖνος, Αἰφ Ϝ ι, καὶ περισπωμένως τῷ ἔθνει τῆς χώρας.

A P A M I A, Syriæ civitas est, quæ

[77] Α'ονες, ἔθνος Βοιωτίας.] Vide Strab. lib. VII & VIII: Pausaniam lib. IX, atque alios quam plurimos. Ab hac gente tota Bœotia olim *Aonia* dicta fuit, ut Stephanus testatur in voce Βοιωτία.

[78] Α'ορνος, πόλις.] Fortassis intelligit urbem Thessaliæ, de qua Pausanias in Bœoticis: aliam enim veteres non commemorant. Procul dubio de Aorno plura in genuino opere habuit Stephanus, quæ omnia ab Epitomatore prætermissa sunt. Aornum lacum juxta Eridanum & Cumas in Italia collocant, præterea etiam præcipitem hoc nomine apud Indos petram. Verum quia de his alii fusius scripserunt, nobis minime placet τῶν κοίλων μνήτειν τῶν ὠκεανὸν μεμαγμάτων.

[79] Α'ορσοι, ἔθνος.] Neque hic additur ab Epitomatore in quanam orbis parte hæc gens degerit, & nihil locum Strabonis allegasset, conjectura res fuisset peragenda. Aliquoties apud Strabonem lib. XI. Aorsorum reperitur mentio, adeo ut difficile sit, ipsissima & ad hunc locum spectantia verba indicare. Circa initium libri ita legimus: Οἱ μὲν δὴ Σαρμάται μέρος εἰσὶ τῶν ἀπὸ τῶν ἄρκτων μερῶν, καὶ τῶν Ὠκεανὸν ἐκτὸς τῶν Νομάδων, καὶ Α'σιανῶν Σκυθῶν τῶν Νομάδων, καὶ Α'σιανῶν. εἰσὶ τῶν τοῦτο, Σαρμάται, καὶ ἔτι Σκῦθαι, Α'ορσοι &c. Deinde eodem libro: Δοκοῦσι δὴ οἱ Α'ορσοι, καὶ οἱ Σίγιννες φυλαὶ εἶναι τῶν ἀνωτέρω, καὶ ἀπορώτατοι μάλιστα Α'ίρεσιν.

[80] Α'παισος, πόλις καθ' ἣν Τρωάδα.] Inter Lampsacum & Parium fuit Pæsus sive Apæsus, uti testatur Strabo lib. XIII. cujus verba Stephanus videtur transcripsisse, præsertim ubi de urbis appellatione agitur, ita enim Strabo: Ἐν δὲ τῇ μεταξὺ Λαμψάκου & Παρίου, Παισὸς ἦν πόλις & ποτάμιος. κρατύνασα δ' ἡ πόλις. οἱ δὲ Παισῖνοι μετῴκισαν εἰς Λαμψακηνοὺς Μιλησίων ὄντες ἄποικοι & αὐτοὶ, κρηπίδας τε δὸς Λαμψακηνοῖσι. Οἱ δὲ παισῆς εἴρηκεν ἀμφοτέρως, καθάπερ καὶ τὰ περὶ τὸν συκαμῶνα.

- - - - καὶ ἔμπροι Α'παισοῦ.
καὶ ἀφνειὸν.
- - - - ἐν Παισῷ.
Ναῖε πλυκτήμων.

[81] Οἱ τὴν Τάρνης ἐριβώλακος.] Vide Homeri Bœotiam.

[82] Ἔστι καὶ Δαυνίας πόλις.] Codex Vossianus: Ἔστι & Δαυνίας Παῖσος. Videtur oppidum fuisse admodum ignobile, de quo nihil omnino Cluverius in antiquæ Italiæ descriptione. Olim extitisse non longe ab Argyrippa, clare satis ex Epitomatore liquet.

[83] Καὶ Α'ργυρίππα.] In omnibus libris tam vulgatis quam scriptis hoc loco vitium latet: sine dubio rescribendum est: καὶ Α'ργυρίππαν.

[84] Α'πάμεια Συρίας.] Civitas antiquorum in scriptis celebratissima ad Orontem fluvium inter Antiochiam & Emesam sita. Lege Strabonem, Plinium, Ptolemæum & plurimos alios.

Et mox sequitur: Οἱ μὲν δὴ Α'ορσοι Τανάϊν παροικοῦσι, οἱ Σίγιννες δὲ Α'χαιῶν.

[87] ἀπὸ Ἀπάμας, τῆς Σελεύκου μητρός· [88] ἐκλήθη δὲ Χερρόνησος, ἀπὸ τῆ περιοχῆς τοῦ ὕδατος. [89] καὶ Πέλλα, ἀπὸ τῆ ἐν Μακεδονίᾳ. ἔστι δὲ ἄλλη [90] ἐν τῇ Μεσηνῶν γῇ, τῷ Τίγρητι περιεχομένη, ὃν ἡ χίζει ὁ Τίγρης πλαμὸς, καὶ μὲν τῇ δεξιᾷ μοίρᾳ [91] περιέρχει· πλαμὸς Δήλας, ὃν ἡ τῇ ἀριστερᾷ Τίγρης, [92] ὁμώνυμος τῷ μεγάλῳ. πόλιν ἐθνικὰ, Χερρονησίτης, καὶ Πελλαῖος, [93] καὶ Ἀπαμεύς. [94] ἔστι δὲ καὶ μικρὰ φρυγίας, [95] ἡ τις Κελαιναί. [96] πόλ-

A quæ ab Apama Seleuci matre nomen accepit. Etiam Cherronesus vocata fuit ab aquarum ambitu: & Pella, ab altera quæ in Macedonia erat. Est item alia in Mesenorum regione, Tigride cincta, ubi fluvius Tigris finditur: dextram partem amnis Delas, & sinistram Tigris, quæ cum majori ejusdem nominis est, circumfluit. Gentilia sunt Cherronesita, & Pellæus, & Apamensis. Est item urbs parvæ Phrygiæ, quæ Celænæ appellabatur, cujus gentilia sunt Ce-

[87] Ἀπὸ Ἀπάμας, τῆς Σελεύκου μητρός.] Constanter sic legunt libri omnes, ideo utsuspicari vix liceat, hoc in loco transcriptorum mendam subesse. Certo certius est Stephanum, vel epitomes confectorem, diverso tramite à vero aberrare, quemadmodum ante me jam annotavit sollertissimus & longe eruditissimus Octavius Falconerius in dissertatione sua de Nummo Apamensi: Nam Seleucus Nicator, quem hic intelligo, Laodicem matrem, & Apamam uxorem habuit, un sole meridiano clarius apparet ex Appiani Alexand. Syriacis, ubi hæc leguntur: Πόλεις δὲ Ἀπάμειαν τὴν μητρὸς ἑαυτοῦ ἔκτισεν ἐπὶ ἐκκλησίᾳ μὴ Ἀλικαρνασίας, καὶ τὴν πατρίδα, ἣ αὐτὴ ἔτι τῇ μητρὶ, Λαοδίκειαν. Conjecit olim Salmasius, ἐπὶ ἐκκλησίᾳ μὴ ἐπὶ τῆς γυναικὸς, τρεῖς Ἀπαμείας, ἡ Συρίας Ἀλικαρνασσεὺς εἰς τιμὴν τοῦ Ἀπαμείας, ἡ Φρυγίας, ἡ Βιθυνίας. Sed præter Appianum etiam Stephanum auctorem, ita enim ille lib. XII: Ἐντυῦθεν δὲ Στράβων Ἀλικαρνασσεὺς εἰς τιμὴν τοῦ Ἀπαμείας, ἡ Φρυγίας, ἡ Βιθυνίας, ἡ Συρίας, ἡ Νικαίας. Atque hinc obiter animadvertere licet, licet gratissima clarissimi Falconerii ad hunc Stephani locum verba; quam caute hujusmodi auctores legendi sint, qui magno literarum detrimento, non ipsi αὐτοσχεδιαστικῶς literarum loquuntur; sed ineruditis posteritatis ævi grammaticis literam commodant, qui illos non modo in epitomen redigendo decurtarunt, sed inficetis etiam suis glossemata corsperunt. Cautius profecto se gessit Arcerius apud Theodonicenses, quem in commentariis ad Dionysii periegetin Straboni & Appiano consentientem viderit, ita enim ille pag. 118. Γραφικῶς πταίουσι οἱ παλαιοὶ Λίβυσσαν τὴν Ἀμαζόνα, ἢ Ἀπάμειαν τὴν Συρίας φασὶ, ὑπὸ τοῦ ἐπιχωρίου Σελεύκου οὕτω κληθῆναι, ἐπὶ Ἀκοδίκειαν ἢ Σελεύκειαν, ἀπὸ τῆς μητρὸς ἐπωνύμου σπαλάντης. καὶ ἡ μὲν μητρὸς, φασὶ, κατὰ τὴν Λίβυσσαν ἐπωνυμίαν ἐτύγχανε· ἡ δὲ ἰδιωτικὴ ἐκείνη ὦν, Λαοδίκεια ἐκλήθη ὑπὸ τοῦ γαμικοῦ υἱῶν τοῦ μήτρος.

[88] Ἐκλήθη δὲ Χερρόνησος, ἀπὸ τῆ περιοχῆς τοῦ ὕδατος.] Imo non incongruibilis Salmasius urbis nomen deducit ab ἀφαιρῶ, quod circumcingere & ab ☐χη eo quod circumcingat vel metropolin definat. Sed vide hac de re etiam doctissimum Bochartum Geog. Sacr. lib. II. cap. XI. cui ab hoc literarum genere magis assentiendum existimo.

[89] Καὶ Πέλλα.] Non possum, quin Eustathium hujus rei studiosum adiscam, ita enim ille ad Dionys. Ὅτι ἐν μὲν τοῖς τῶν Θρακῶν πολισμάτων ἐστὶ καὶ Ἀπάμεια, ποτὲ μὲν κώμη τις, ἡ θρακικὴ ἐμπολικὴ, πόλις δὲ ὕστερον χρωμένη, ὡς ἐν τοῖς Ἀξιοῦ ποταμοῦ. ἐν δὲ Χαλκιδικῇ ἐστὶ καὶ ἄλλη Μακεδόνων πολίχνη. καὶ Πέλλα Νάουσα, τῆς ἡ ἀπὸ τῶν Μακεδόνων, ἀφ' ἧς τὸ ἐν Μακεδονίᾳ τοπωνύμιον πεδίον. Thessali & Macedones patria indidere cognomina. Hinc illa in Syria vocabula; Berrhœa, Edessa, Larissa, Heraclea, Ægæ, Chalcis, Europus, Dium, Maronea, Pieria, Cyrrestica, & hoc loco Pella, aliaque infinita.

[90] Ἐν τῇ Μεσηνῶν γῇ, τῷ Τίγρητι περιεχομένη.] Hæc Apamea etiam veteribus *Mesene* cognominata fuit. Ammianus Marcel. lib. XXIII: *In omni autem Assyria multæ urbes, inter quas Apamia eminet, Mesene cognominata*. Sic dicebatur regio in qua sita erat, & à Geographis passim Mesene in Mesopotamia collocatur. Plinius lib. VI. cap. XXVII. *Tigris autem ex Armenia accepitis fluminibus claris Parthenia, Agnice, Pharione, Arabas, Aroëos Adiabenosque disterminans, & quam diximus Mesopotamiam faciens, lustratis montibus Gordyæorum circa Apamiam Mesenes oppidum. Citra Seleuciam, Babyloniam* CXXV. M. *pass. derisus in alveos duos, altero meridiem ac Seleuciam petit, Mesenem perfundens: altero ad septentrionem flexus, ejusdem gentis tergo campos Cauchas secat; ubi remeavere aqua, Vastigris appellatur.* Hinc liquet Mesenem cum Mesopotamia non esse confundendam, cum revera Mesopotamiæ pars sit, in qua Apamia sita est.

[91] Περιέρχεται πλαμὸς Δήλας.] Sic exhibent editiones omnes: sed in libris, quos Salmasius in bibliotheca Palatina consuluit, exaratum erat: περιέρχεται πλαμὸς Σίλλας, quod ab ipso non præter rationem præterrit: nam illa pars Tigridis ab Illidoro Characeno in mansionibus Parthicis Σίλλας appellatur: Ἀχρὶ τούτου Μισσηνοῦσία ἐστὶν ἀπὸ ζευγμάτων ἄχρι Σιλλακίας χώριον ἐμὸν &c. Διὰ μέσης Νινοῦ πόλεως ῥεῖ ποταμὸς Σίλλα.

[92] Ὁμώνυμος τῷ μεγάλῳ.] Ex libris Palatinis legebat Salmasius: ὁμώνυμον τῷ μεγάλῳ.

[93] Καὶ Ἀπαμεύς.] De hoc gentili minime est dubitandum: in plurimis nummis ΑΠΑΜΕΩΝ excusum viderunt antiquarii, uti mox ostendetur. Hinc Latinorum APAMENSIS, quod corruptum est in *Apamiensis* apud Tacitum lib. XII Annal. cap. LVIII. *Tributumque APAMIENSIBUS terræ motu convulsis, in quinquennium remissum.* Ex hac voce medium I esse exstirpandum, nummi veteres & Stephani canones exigunt, de quibus vide in Ἀπάμεια & aliis in locis. Verum miror nostrum καὶ ὃ τὴ ἐπιχωρίου τύπου ab orientalibus civitatibus gentile in ων non formasse, quod tamen apud scriptores Lat. in usu est. Justinus lib. XXXIX cap. I. *Mox APAMENI cæteræque civitates exemplum sequutæ, per abjectionem regis à Demetrio defuere.* Sic legendus hic locus, nam pessime vulgari *Apameni* exhibent. Genuina hujus ἐθνικῆ forma occurrit apud Æilium Lampridium in Heliogabalo: *Misit & urnas APAMENAS in præfecta equis suis: & pistacias atque fastanis leones parvi & alia animalia.* Scio plures esse qui hasce minutias flocci facient, an dicatur *Apamenses* sive *Apamensis*, an *Apamenus* sive *Apameneus*. Sed illorum palatum sordido characthere plane insipidum est factum, atque Hyblæum mel pro Sardoo averfatur. Rodant illi theonino dente: hæc tamen scribo & scripturus sum in illorum gratiam qui nitori & elegantiæ student.

[94] Ἔστι δὲ καὶ μικρὰ φρυγίας.] In minori Phrygia non fuit hujus nominis urbs: quare censeo errorem hoc loco commissum esse: reponendum videtur: ἔστι δὲ καὶ μεγάλης φρυγίας.

[95] Ἡ τις Κελαιναί.] Primum nomen fuit Apamia; deinde Celænæ, & denique Cibotos appellabatur. Plin. lib. V. cap. XXIX. *Tertius Apamiam vadit, ante appellatam Celænas, dein Cibotum. Sita est in radice montis Signia, circumfusa Marsya, Obrima, Orga, flumnibus in Mæandrum cadentibus.* Hæc inter Asiaticas urbes longe celeberrima, post Ephesum dignitate proxima, & auctore Livio lib. XXXVIII. cap. XIII. totius Phrygiæ caput fuit. Ad hanc spectat præstantissimus Gordiani nummus apud Tristanum, aliusque Tiberii ex gaza Chritinæ Augustæ, cum inscriptione: ΑΠΑΜΕΙΑC ΠΡΟC ΜΑΙΑΝΔΡΟΝ. & item iste ab excellentissimo viro Octav. Falconerio alibi descripto: ΑΠΑΜΕΩΝ ΜΑΡCΥΑC ΚΙΒΟΤΟC. In quo numm o & nomen recentior percussum reperitur, in cujus explicatione viri summi & eruditione

[96] τὰ ἐθνικὰ, Κελαινίτης, Α᾽παμεύς. [97] ἔστι δὲ Βιθυνίας, κλῆσμα Νικομήδους τοῦ Ἐπιφανοῦς, ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μύρλεια. τὸ ἐθνικὸν Μυρλεανός. [98] ἔστι δὲ καὶ Περσίας, Ἐδέσσης ἀπωτέρω πρὸς ἄρκτους.

A Celænita, & Apamensis. Est item Bithyniæ oppidum, à Nicomede Epiphanis filio conditum, sed quod prius Myrlea appellabatur: hujus gentile est Myrleanus. Est præterea urbs Persiæ ad septentrionem Edessa.

Α᾽ΠΑΣΙΑΚΑΙ[97], Μασσαγετῶν ἔθνος. [98] Σεράβων ἐνδεκάτῃ, [99] ᾧ Πολύβιος δεκάτῃ. Οἱ δὲ Α᾽πασιακαὶ νομάδες καλοικοῦσι μὲν ἀνὰ μέσον Ὀξου.

B APASIACÆ, gens Massagetarum, apud Strabonem lib. XI, & apud Polybium lib. X. Sed Apasiacæ Nomades medium quidem Oxi incolunt.

Α᾽ΠΑ᾽ΤΟΥΡΟΝ[1], τὸ καὶ Α᾽φροδίτης ἱερὸν, ἐν Φαναγορείᾳ. [2] Σεράβων ἐνδεκάτῃ. [3] ἐτυμολογοῦσι δέ τινες ἀπὸ γιγάντων. [4] Ἀπειλημένων γὰρ ἐκεῖ τῶν γιγάντων, Ἡρακλεισμένη τὴν Ἡφαιστίαν, ἔκρυψεν ἐν καθυθμῷ τινί. καὶ τῶν γιγάντων ἕκαστον δεχομένην καθ᾽ ἕνα, τῷ Ἡφαιστίᾳ παρεδίδου δολοφονεῖν ἐξ ἀπάτης. Ἑκαταῖος δὲ ἡ κόλπον εἶδε τὸ Α᾽πάτουρον ἐν τῇ Ἀσίᾳ. τὸ τοπικὸν, Α᾽πάτουρος, ἀλλὰ καὶ Α᾽πατούριτος· δωρικῶς καὶ Α᾽πατούριος, καὶ Α᾽πατουρεύς.

C APATURUM, Veneris templum est in Phanagoria, de quo apud Strabonem undecimo. Nominis originem hinc deducunt: Venus, cum eam ibi locorum gigantes adorirentur, Herculem accivit, & in spelunca quadam abscondidit: deinde singulos gigantes excipiens, Herculi per fraudem necandos tradebat. Hecatæus in Asiæ descriptione sinum Apaturum agnoscit. Locale, Apaturus, verum & Apaturita in usu est. Posset quoque esse Apaturius & Apaturensis.

Α᾽ΠΕΝΝΙΟΝ, ὄρος ἀπὸ μέσης Ἰταλίας πεπαμένον,

--- [4] Τὸ μὲν τὸ μέσον ὄρος ἀνδιχα πάμψ,
Οὐ γάρ τι κικλήσκουσιν Α᾽πέννιον. - - -
τὸ κλητικὸν, Α᾽πέννει ὄρος. τὸ ἐθνικὸν Α᾽πεννῖνος, ὡς Ῥηγῖνος, ὁ καὶ Παπάνδρῳ κεῖται ιγ.

D APENNIUM, mons per mediam Italiam porrectus

- - - - *Hanc quidem mons bifariam secat.*
Quemque appellant Apennium.

Possessivum Apenneus: Gentile, Apenninus, quemadmodum Rheginus, quod apud Pisandrum libro XIII. reperitur.

Α᾽ΠΕ-

ditione insignes multum laboris susceperè: sed quisque suo fruatur genio: nos nihil determinamus, illorumque interpretationi nihil quoque addimus, ne longius à re nostra abeamus & actum agere videamur. De Celænis etiam legi possunt Strabo lib. XII. Solinus cap. XLIII. & Curtius lib. III. aliique plurimi.

[96] Τὰ ἐθνικὰ, Κελαινίτης, Α᾽παμεύς.] Causam profecto nullam video, quare nunc ab Epitomatore τὸ Α᾽παμεὺς repetatur. Censeo hæc pessime esse contaminata, & veterem lectionem omnino reduci posse, si hunc in modum reformetur: Τὰ ἐθνικὰ, Κελαινίτης καὶ Κελαινίτις. Postea autem vidi sic quoque à Salmasio esse correctum in margine sui libri.

[97] Ἔστι δὲ Βιθυνίας, κλῆσμα Νικομήδους &c.] Contra fidem aliorum scriptorum Constantinus Porphyrog. lib. I. cap. IV. de thematibus Apamiam diversam facit à Myrlea, cum revera eadem urbs fuerit. Stephanus: Μύρλεια, πόλις Βιθυνίας, ἡ νῦν λεγομένη Α᾽πάμεια, ἀπὸ Μύρλου τοῦ Κολοφωνίου ἡγεμόνος. Νικομήδης δὲ Ἐπιφανὴς, Περσῶν βίᾳ, καὶ μάχῃ ἐς Α᾽πάμειαν Α᾽πάμειαν ὠνόμασεν. Plinius lib. V. cap. XXXII: *Deinde flumen Gebes, & intus Helgæ oppidum, quæ Germanicopolis, alio nomine Boocaste, sicut Apamia quæ nunc Myrlea Colophoniorum.* Hæc ad propontidem inter Rhyndacum amnem & Dascylium sita est.

[98] Ἔστι δὲ Περσίας.] Emendat ὁ πάνυ Salmasius in Exercit. Plinianis: ἔστι δὲ τῆς Περσίας, Ἐδέσσης πρὸς ἄρκτους. Hæc Apamia etiam ab Ammiano Marcellino inter Persidis urbes recensetur, & diversa est ab Apamia Mesenes, quam Tigris facto alveo circumfluit.

[99] Α᾽πασιακῆς, Μασσαγετῶν ἔθνους.] Salmasius in notis marginalibus Pomponii Melæ locum emendat, in quo pro Axiacas Apasiacas reponit. Clariss. Vossius edidit lib. III. cap. I: *Tandem non longe à mari ex parvo fonte, cui Exampeo cognomen est, adeo amaras aquas accipit, ut ipse quoque jam sui dissimilis, & non dulcis hinc desinat. Axiaces proximus intra Callipidas Axiacasque descendit.* Et mox sequitur: *Axiaca furari quid sit ignorant: ideoque nec sua custodiunt, nec aliena contingunt.* Ubi iridem vir summus *Apasiacas* reficiebat.

[98] Σεράβων ἐνδεκάτῃ.] Strabonis codices, monente Isaaco Casaubono, admodum hoc in loco variant: vulgati exhibent Α᾽σπασιάνους, scripti Α᾽σπασιάνης & Α᾽σπασιάνας. Verba Strabonis hæc sunt: Καλοῦσι δὲ Βάκτρους, τοὺς ὑστερον δὲ Α᾽σπασίους τοὺς Καλλίνου φύγοντας, εἰς τοὺς Α᾽σπασιάνους ἐχώρησεν. Casaubonus Stephani locum producit, & ex eo Strabonem corrigit.

[99] Καὶ Πολύβιος δεκάτῃ.] Hodie apud Polybium legitur Α᾽σπασιάνοι, quemadmodum jam alii admonuerunt. Integer Polybii locus ita sonat: Οἱ δὲ Α᾽σπασιάνοι Νομάδες κατοικοῦσι μὲν ἀνὰ μέσον Ὀξου καὶ Ταναΐδος. Hunc integrum olim à Stephano fuisse allegatum, nemo non videt.

[1] Α᾽πάτουρον, τὸ καὶ Α᾽φροδίτης ἱερόν.] Pessime legit codex Vossii: Α᾽πάτειρον, τὸ καὶ Α᾽φροδίτης ἱερόν.

[2] Σεράβων ἐνδεκάτῃ.] Strabonem examussim non sequitur Epitomator, & simile quid jam aliquoties observavimus. Strabonis verba hæc sunt: Ἔστι δὲ ἐν τῇ Φαναγορείᾳ τὸ Α᾽φροδίτης ἱερὸν ἵδρυσται τὸ Α᾽πατούριον. ἐντεμολογοῦσι δέ τινες καὶ τοῦτο μόνον τινὰ ἀποσπασθῆναι, ὡς ἐπηλύσιον σύστημα τῆς τοῦ τῶν γιγάντων, ἐπικρατησάντων τῶν Ἡρακλέων, κρύψαι ἐν καθυθμῷ τινί. ὕστερον δὲ γιγάντων ἕκαστον δεχομένην καθ᾽ ἕνα, τῇ Ἡφαιστίᾳ παραδιδόναι δολοφονεῖν ἐξ ἀπάτης.

[3] Ἐτυμολογοῦσι δέ τινες &c.] Mutilus est hic locus & sensu caret, quem ex Strabone facillimo negotio ita supplemus. ἐπηλύσιον γὰρ τῇ τοῦ τῶν γιγάντων.

[4] Τὸ μὲν τὸ μέσον ὄρος &c.] Sunt versiculi ex Dionysio de situ orbis defumpti, qui tamen in vulgatis hujus poetæ editionibus sibi invicem non cohærent; totus locus apud ipsum ita legitur.

- - - - Τὸ μὲν τὸ μέσον ὄρος ἀνδιχα πίμπλη
Οὐ γάρ τι κικλήσκουσιν ἐπώνυμόν (σὺν δὲ ἑκάστῳ
Γ᾽ῆθος μυρίοισιν ὀρῶν ἐπιπρέπει Α᾽ρήνης)
Οὔ τοι τι κικλήσκουσιν Α᾽πέννιον.

--- *Quem*

Α'ΠΕΡΑ'ΝΤΕΙΑ', πόλις Θεσσαλίας· Α πολυζ. εἰκοστῷ. τὸ ἐθνικὸν Α'περαντοὶ, ὡς Α'μαραντοὶ, ὀξυτόνως.

Α'ΠΕΣΑΣ, ὄρος τῆς Νεμέας, ὡς Πίνδαρος, καὶ Καλλίμαχος ἐν τρίτῃ, ἀπὸ Α'πέσαντος ἥρωος, βασιλεύσαντος τῆς χώρας· ὁ ἢ Β habet ab heroe Apesante, qui regioni imperavit. Ἀφ' οὗ τὸ ἄφεσιν τῶν ἁρμάτων, ἢ τῶν λεόντων. Vel ita dicitur ab emissione vehiculorum, aut leonis: ibi enim è luna dimissus est. Hinc Jupiter Apesantius dicitur. Callimachus autem in Jambis gentile Apesas nominat.

Καὶ γὰρ ὁ σελήνης ἀφέζη. ὁ ἀφ' οὗ Ζεὺς Α'πεσάντιος. Καλλίμαχος δ' ἐν τοῖς Ἰάμβοις, τὸ ἐθνικὸν Α'πέσιος φησὶ,

C *Neque Darius Jovi Apesanti*
Mactavit equos Arcadicos.

Κὰχ ὡδαρέων τῶ Α'πέσιος
Πὰρ Δὶ Ἴδυσιν Α'ρκάδας ἵππους.

Α'ΠΙ'Α', ἤτοι ὁ νεώτερος τοῦ Α'ργους, καὶ τὰς παλαιοτέρας Α'πιδόνας, ἀπὸ Α'πιδος τοῦ Φορωνέως,

APERANTIA, oppidum Theſſaliæ, apud Polybium lib. vigeſimo. Gentile Aperanti, uti Amaranti, cum acuto in ultimo.

APESAS, mons Nemeæ; uti tradunt Pindarus & Callimachus libro tertio. Nomen habet ab heroe Apeſante, qui regioni imperavit. Vel ita dicitur ab emiſſione vehiculorum, aut leonis: ibi enim è luna dimiſſus eſt. Hinc Jupiter Apeſantius dicitur. Callimachus autem in Jambis gentile Apeſas nominat.

Neque Darius Jovi Apeſanti
Mactavit equos Arcadicos.

APIA, hoc nomine recentiores Argos appellant, & incolas Apidonas, ab Apide Phoronei

[1] Α'περάντεια.] Male in codice Voſſiano Α'πράντια ſcribitur. Oppidi nomen apud Polybium in excerptis Legat. Α'περαντία in penultima cum vocali excuſum reperitur, ita enim Leg. XXVI. Οἱ δ' Α'ιτωλοὶ νομίσαντες τὴν εὐφυΐαν αὐτῆς, καὶ τὸ τῶν Α'μφιλοχίων, καὶ τῶν Α'περαντίων εἰσκτήσασθαι. Vide etiam Livium lib. XXX. cap. XII.

[2] Ἡ δὲ τοῦ ὀρους τῆ ἐτυμολογία.] Hæc de ludis Nemæis eſſe accipienda evincit Etymologus: Α'πέσιος, enim inquit, ὁ ἀγὼν ἐν ᾧ ἐτιθεντο οἱ ἐπαθλοι τῆ ἥρωϊ τῆ Νεμέᾳ ἀφ' οὗ Α'πέσιος ὁ Α'γὼν.

[3] Ἢ τὸ ἐπὶ Ζεὺς.] Nemei videlicet, quem Hercules occidit. Heſiodus in Scuto,

- - - - - - Νεμείου τε λέοντος
Τὸν ῥ' Ἥρη τρέφε παῖδι κοτὲ παρέσκησεν ἄεθλον,
Γυμνὸν ἐπαυχενίσαι Νεμείης, πόλιν ἀνθρώπους.
Ἐνθ' ἔβη γὰρ ἔπειτα, ἐπιφραστὸ φῶτ' ἀνθρώπων,
Ἐσσομένοις τ' ἔσσι Νεμείης ἐξ' Α'πέσαο.

De Leone hoc Diodorus, Pauſanias, Apollodorus, Lucretius, Ovidius, Auſonius & quotquot alii XII Herculis Laborem enarrarunt.

[4] Ἐκείνῳ ἐοικότα ἀκόλουθα ἀδήλῳ.] Apprime hæc conveniunt cum Amarigine ſententia, exiſtimantis in luna ampliſſimas eſſe regiones unde hic Leo decciderit; qui poſtea in eam referri fingit ſuum Leonem apud Lunam nutritum, & juſſu Junonis ab Hercule exitium dimidium fuiſſe: ejus verba legantur in commentariis Germanici ad Arati Phainomenon. verum cum ſint mutila & corrupta, ea hic emendare conabor. Nigidius refert, hunc Leonem nutritum apud Lunam, quam terra Arcadia in regione Nemea, in ſpelunca ampliſſima foramine latuerit quam quidam Amphrysum dixerint: & juſſu Junonis ad Herculis exitium dimiſſum.

[5] Καὶ ὁ Ζεὺς Α'πεσάντιος.] Vide Heſiod. & Etymol. magn. ſuffotem.

[6] Ἔνιοι δὲ Α'πεσάντα ἴππους.] Proſligatiſſime in Voſſ. chedis legitur: Ἔνιοι δ' Α'ρκάδ. ἵππους.

[7] Α'πια, ἤτοι ὁ νεώτερος τὸ Α'ργος.] Rationem profecto nullam video, quare Epitomator hoc loco perhibeat, Argos recentioribus Apiam appellari, cum extra dubium ſit, longe ante Pelopis tempora & adventum in hanc regionem, hoc nomine inſignitum fuiſſe: manifeſte hoc colligi poteſt ex Pauſan. lib. II, ita enim ille: Καὶ Πελοπονήσου ἐστὶν ἐν ᾗ καλεῖται Α'ίγιαλος, ἀπ' οἰκείου βασιλέως ὀνομασθέντος, ᾧ Α'ιγιάλειαν αὐτὴν ἐκάλεσαν ὅσοι πρότερον ἦσαν ἢ Ἴωνες τοῦ ἔθνους τοῦ ἐκείνου τὴν ἀρχήν. Α'ιγιάλειαν δὲ Εὐφορίων γράφει καὶ Ἀρχίλοχος. ἐπὶ Τάφρῳ, Τηλέφῳ. Ἐν Α'πίᾳ. ἀπὸ Α'πεως ὁ Α'πις ἢ τοῦ Φορωνέως, ὃν ὁ Πέλοπος ὁ Ὀμφαλίου ἀφικόμενος ἐπὶ τὸν ἔπειτα χρόνον Α'πίαν ἀπ' ἐκείνου καλεῖσθαι. Fortaſſis hæc dixit noſter reſpectu Ἄργος, quod ante Apiam obtinuit: nam poſtquam Jupiter ex Niobe, quam primam mortalium inivit, Argum genuiſſet, Phoroneus Argo regnum tradidit, & Peloponneſum à ſe Argos dici imperavit. Sed exiſtimandum eſt potius, hæc Epitomatoris verba duntaxat λάπαρα σφάλματα eſſe integri loci Strabonis, quem Stephanus in proprium uſum tranſcripſerat: ita enim Strabo lib. VIII: Οἶμαι δ' ὅτι ἡ Πελασγιώτις, ἡ Δαναὰς, ἄστρε ἡ Α'ργεῖος, ἡ δεξαμένη πολλοὺς πόντους, ἀπ' αὐτῆς ἡ τῆς ὅλης Ε'λλάδος πρωτοκλεῖς παρωκλάσατο. Οὗτοι δὲ ἡ Γωσίδος, ἡ Γαστρὸς ἡ Α'ργείου, ἡ Α'πίδος εἰ νεώτεροι φασὶν. Sic enim ſoler Epitomator ipſiſſima auctorum allegatorum verba in compendium redigere, ut ſæpiſſime difficillimum ſit, ex iis ſenſum expiſcari, uti jam aliquoties admonuimus. Cæterum facile hoc Straboni conceditur, perhibenti ſua ætate ærecentioribus Peloponneſum Apiam appellari, qui tot ſecula ante Stephanum vixerit; certiſſimum enim eſt hoc nomen neque Conſtantini neque Juſtiniani ævo obtinuiſſe. Atque hic manifeſte liquet, noſtrum hæc ex Strabone hauſiſſe, ſed non cum in finem, ut probet ſua ætate Peloponneſum Apiam nuncupari.

[8] Ἀπὸ Α'πιδος.] Non uno modo caſus obliquus hujus ſubſtantivi effertur: merito ad illa nomina referri poteſt de quibus egimus pag. 115. ad vocem Α'μφρις. Agnoſcit hanc in flectendo varietatem Euſtath. ad Dionyſ. perieg. ita enim ille pag. 59: Τὰς δὲ Α'ρχιδαὶς ὁ Διονύσ. μ' Α'πιδανὰς καλεῖ, ὡς ποιηταὶ δὲ Α'πίδεσσι κρῆναι γεγόασιν ἀπὸ Α'πιδος, ἢ ὁ γράων ἐξ Α'πιος. ἀπ' ἐφις ἐφιος, Α'μφρις Α'μφρίου, Ζάμφρεξις Ζαμφρίους. ἐν δὲ Φαιστῷ τῇ Α'πις ὁ Φορωνεὺς ὅν φ' Ἡπαίρι ἐλθὼν ἀπήλασεν ἀπὸ Πελασγίσσου ἄφιον ἐκλοιῶ τῶν &c. ἐξ Α'ιγόλου μίμνη), εἶπεν,
Α'ὖτις ἐγὼ ἐλθὼν ἐπὶ πίονα Ναυπακτίην.

[9] Α'πὸ Α'πιδος.] Apollodorus cum Rhiano, quem Stephanus noſtrem citat, proſus convenit: ſed Pauſanias, cujus verba ſupra in medium produximus, & Euſebius Apin Telchiniis filium faciunt: & longe diverſa tradit de Api Æſchylus in Suppliciis, ſcilicet fuiſſe non regem Sicyoniorum, ut vulgo perhibetur, ſed Medicum qui regionem totam noxiis beſtiis purgavit, in cujus memoriam Peloponneſi incolæ regionem Apiam nominarunt, ita enim poëta loco jam allegato:

Αὐτὸς δὲ χώρας Α'πίας πέδον πέδε
Πάλαι κακῶν φωτῶν ἰατὴς χθονὸς,
Α'πις, ὃν ἔλθων ὁπ πίρας Ναυπακτίας
Γαῖ ρόμαυλος, πῶς Α'πίσκων, χθονὸς
Τῶν δ' ὀκαζομένῳ κτοιδάλων βεβοσφόρων,
Α'ὖ δὲ πολλαῖν αἰκισμὸν μιᾶς μόρου
Χερμάδος· αἵπερ χαῖα μιλίη ἐ ἄκαν,
Δερκάνη· ὁμιλαι, δυσμαχὴ ξυνοικίων.
Τοῦτον ἄκη τεμοῦσα ἡ λυτήρια
Περῶσας ἀπὸ μαζὸς Α'πις Α'ργείας χθονὸς
Μύκηνῶν καὶ ἀντριωδον ἐυρυὰ ἐν λετοῦς.

Euſtathius tamen in ſuis ad Dionyſ. notis, cujus verba jam citavimus, exiſtimat hunc Apin, de quo Æſchylus loquitur; Phoronei filium fuiſſe, qua in re cum aliis optime quidem conſentit, ſed Æſchylum illud loco allegato ſtatuiſſe, aperte nego & pernego. Tradunt alii Α'πίαν dictam eſſe κατὰ πρωτὸν ἐ πιεῖν ἐ ὑδάτων, à penuria potus & fon-

ρωνέως, [15] ὡς Ῥιανὸς ἐν Ἀχαϊκῷ δὰ- A ronei filio, teste Rhiano libro secundo Achaïcorum.
τέρω,

[16] Ἡμετέρη τοί τίκνα Φορωνέως
ἰῶ σ' * *
ἐρχθῆναι γλυκύ. τῶδε κλυτὸς ἐκγένετ' B
Ἄπις,
ὃς ῥ' Ἀπίλῳ ἐφάπτεται, [17] καὶ ἀνέρας
Ἀπιδονῆας.

[18] τὸ ἐθνικὸν Ἄπιος, δηλῶν τὴν Πελοποννήσιον· καὶ Ἀπήνην, τὸ ἐκ πύξου· καὶ Ἄπιδόνες, καὶ Ἀπιδονῆες. [19] Ἀπιδόνες δὲ οἱ Ἀρκάδες, ἀπὸ C Ἀπιδόνος πόλεως. [20] ἢ ἀπὸ υἱοῦ Φορωνέως Ἀπιδόνος. [21] Δημήτριος δὲ ὁ ποταμὸν Ἀπιδανὸν τὸν Τρωάδος φησὶν, ἐκβάλλοντα [22] εἰς τὸ Ἑλλήσποντον θάλασσαν, ὡς Τιμοσθένης. φησὶ δὲ καὶ ἀκρόπολιν πρὸς ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ γενομένην, [23] Ἱερὸν ἄπιος, ὅτι πάντες ἀπὸ D τοῦ ἔξωθεν λεχθῆναι. λέγεται δὲ Ἄπις θηλυκῶν, ἢ ἡ γυνὴ Ἀπιδών. ὕτω τὴν χώραν Ἐρατοσθένης ἐν Ἑρμῇ περιαγορεύει.

Ἀπίολα [24], πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν Ἀπολανὸς, ὡς Νῶλα Νωλανός. E

Ἀπο-

Nostrum quidem genus filii Phoronei nominabatur

Ab ipso origine. Ex illo autem inclytus nascebatur Apis,

Qui Apiam nominavit & viros Apidoneas.

Gentile Apiensis, quod Peloponnesium denotat. Hinc quoque adverbium loci, quod ex Apia significat: & Apidones & Apidonei. Apidones autem Arcades nuncupantur aut à fluvio Apidone, aut ab Apide Phoronei filio. Verum Demetrius fluvium Troadis Apidanum nominat, se in mare versus occidentem exonerantem, quemadmodum Timosthenes auctor est. Ister pyrastrum in Apia regione nascentem, Apium ab eadem apud exteros nominari tradit. Dicitur quoque Apis genere fœminino, cujus genitivus est Apidis. Ita hanc regionem Eratosthenes in Mercurio nuncupat.

APIOLA, urbs Italiæ. Gentile, Apiolanus: quemadmodum à Nola fit Nolanus.

APO-

tium, uti ex antiquis scriptoribus perhibet Eustathius in comment. ad Dionys. loco jam citato: Οἱ δὲ φασιν Ἀπίωνα ἐκ Ἀπιδανῆς κληθῆναι καὶ πίρνον ἕν πηδίκιον, ἐπὶ μιᾶς ἀχύρου πίσσους τῶν ἀρχαίων, ἀπ' ὧν καὶ Καλλίμαχος, ὁμοῦ καὶ Διόδωρος ἱστοροῦσι. ὡς δὲ αὐτοὶ λέγουσι τοῦτο ἐκ τοῦ ἐκ Ἀπίωνος πολυδίψιον λέγειν. ὅθεν ἐκ Ἀλωζίης ἐκληθῆναι, ἀλφιτῶν ἄζειν, ὅ ἐστι μὴ πίνειν ἀλφίτων ἐσθίοντας. καὶ ἴδιον οἱ Ἀζᾶνες αὐτοῖς μίγμα ἐκ πυρῶν καὶ λειχήνων. Verum in rebus tam antiquis nihil est certi.

[15] Ὡς Ῥιανὸς ἐν Ἀχαϊκοῖς δ' τέρω.] Sic exhibent codices manu exarati & editi: sed forte rescribendum est: ὡς Ῥιανὸς ἐν Ἀχαϊκῶν δ' τέρῳ. Operæ pretium videtur, obiter hoc loco admonuisse, Eustathium partem verborum Rhiani citasse, quæ profecto non genuino auctori, sed Arriano cuidam adscribit, quemadmodum ante nos observarunt viri docti. Idem etiam Salmasius in margine sui libri annotaverat. Archiepiscopus totum locum ex Stephano hoc modo transcripsit: Καὶ Ἀρτεμιδωρὸς δέ φησι,

- - - - Κλυτὸς Ἄπις,
Ὃς ῥ' Ἀπίλῳ ἐφάπτεται, καὶ ἀνέρας Ἀπιδονῆας.

[16] Ἡμετέρη τοί τίκνα &c.] Cod. Voss. ἡμετίρη τοι τίκνα. Versiculus in fine mutilus est, quem Salmasius in margine sui libri supplere tentatur vocabulo ὀνομαστί: attamen suis numeris non constabit, nisi legatur hunc in modum:

Ἡμετέρη τοι τίκνα Φορωνῆος· ἰῶ σ' ὀνομαστί.

[17] Καὶ ἀνέρας Ἀπιδονῆας.] Eustathius: καὶ ἀνέρας Ἀπιδονῆας. Verum Stephani lectio mihi videtur præferenda; nam mox apud ipsum sequetur: καὶ Ἀπίωνα, τὸ ἐκ πύξου. καὶ Ἀπιδίνης ὁ Ἀπιδινῆς.

[18] Τὸ ἐθνικὸν Ἄπιος, δηλῶν τὴν Πελοποννήσιον.] Quia videlicet voce Apia tota Peloponnesus intelligitur, τὸν Ἀπιδῆ Peloponnesium denotabit.

[19] Ἀπιδόνες δὲ οἱ Ἀρκάδες.] Dionysius de situ orbis:

Καλλὶ μάλα νῆσοι, κοίλῃ γῇ ἐν πελάγεσσι
Ἀρκαδίης Ἀπιδανῆς, ὑπὸ σκοπέλῳ Ἐρμείοιο.

Ad quem locum ita commentatur Eustathius: Τὰς δὲ Ἀρκαδίας ὁ Διονύσιος φησὶ Ἀπιδανῆας κληθῆναι, οἱ νεώτεροι δὲ Ἀπιδονίας, κατὰ τὴν συνήθειαν, ἀπὸ τοῦ Ἀπιδόνος. Et nonnullis interjectis versibus ita inquit: μεθ' ἃ δὲ ὁ Πελοποννησιακὸς ἔλθ Ἀπία ἐκλήθη πατρί. καὶ οἱ αὐτοὶ Ἀπιδανῆες ἐξαίνεως οἱ Ἀρκάδες, παρ' οἷς ὁ Ἄπις ᾄσεται. Specialiter itaque Apidanei Arcades dicti sunt, quia apud eos Apis habitavit.

[20] Ἢ ἀπὸ υἱοῦ Φορωνέως Ἀπιδόνος.] Quid audio, an Phoroneus præter Apim etiam filium Apidonem habuit? Hoc theologiæ mythicæ doctores non docent. Sine dubio hunc librariorum irrepsit σφάλμα, pro Ἀπιδόνος vel Ἀπίωνα nunc Ἀπιδίνος exarantium. Indicavimus ex Eustathio proprium hoc duobus modis inflecti. Idem liquet ex Stephano; hoc enim tmemate Ἀπιδόνος, & in voce Πελοπόννησος pro obliquo casu habet Ἄπιος. Perfume tamen apud Constant. Porphyrogennetam lib. II. de Them. hoc nomen inflexum reperitur: Ἐπὶ τοῦ δὲ Ἀπίλου δὲ Φορωνίως, ὀκκαλέσαν Ἀπίᾳ. ἐπὶ δὲ Πελάσγου δὲ αὐτοχθονος, Πελασγία. Quo in loco sine dubio Ἀπιδος vel Ἀπίους reponendum est.

[21] Δημήτριος δὲ ὁ ποταμὸν Ἀπιδανὸν τὸν Τρωάδος.] Fuit hic Demetrius homo horum locorum peritissimus & in Troade natus, quemadmodum de illo testatur Strabo lib. XIII: atque hanc ob causam ipsi vix fides est derogandæ. Alii tamen geographi & historici Apidanum fluvium non in Troade, sed in Thessalia collocant, & peculiariter Herodotus eum in Peneum fluere scribit.

[22] Ἐκ τοῦ Ἑλλήσποντον θάλασσαν.] Constanter ita legunt libri editi omnes & manu exarati, verum immanis hic latet error, quem Salmasius in margine sui libri, hunc in modum rescribendo, corrigere tentabat: ἐκβάλλοντος εἰς τὸ Ἑλλήσποντον. Non improbo hanc emendationem, sed longius quam decet à vulgata lectione recedit. Si mei arbitrii res foret restituerem: ἐκβάλλοντα εἰς τὸν κατὰ θάλασσαν θάλασσαν. Ita olim scripsisse Stephanum, nullus ego dubito: nam Hellespontus respectu Troadis occidentali plagæ obversus est. Simile prorsus mendum emendavimus in voce Ἀλίζωνα, ubi dicitur Antigonitam, agri Cyziceni castellum, ἀπὸ τοῦ κατὰ θάλασσαν θάλασσαν ὄντος. Lector videat locum, nam certus sum, eum à nostris partibus facturum.

[23] Ἱερὸν ἄπιος.] Et hic locus à vitio non est immunis, legendum est: Ἱερὸν ἄπιος. Nusquam enim hoc nomen secundæ declinationis formam obtinet. Ælian lib. III. Var. Hist. cap. XXXIX: Οἱ δὲ Βελλῆνες Ἀργεῖοι, Ἀργεῖοι δὲ ἄπιος, Ἀθηναῖοι δὲ οὖσης &c. Etymologici magni auctor: Ἄπιος ἔξω δὲ δένδρα, καὶ ὃ κάρτα θυτικὸς καὶ κληδόνος, Διοσκόρος. Vide etiam Theophrast. Diosc. Hesych. & alios. Desumpsit hæc Stephanus ex Istri Argolicis, qui uti ex Athenæo lib. XIV. liquet, isthoc tractatu de pyrastro mentionem fecit: Ἐπιπλέει αὐτῷ ὁ Πελοποννησιακὸς Ἀπία κληθῆναι, διὰ τὸ ἐπιπλεῖν ἀλλοτε ἐν αὐτῇ τὸ φυτὸν φησὶ Ἱερὸν ἐν τοῖς Ἀργολικοῖς. Ergo non tantum ab exteris, sed etiam ab incolis Peloponnesius Apia appellabatur, quia hic fructus affatim ibi nascebatur.

[24] Ἀπίολα πόλις Ἰταλίας.] Oppidum fuit non obscurum Latinorum, quod Tarquinius Priscus delevit. Dionysius Halicar. lib. III. Ἐπειδὴ δὲ πειρᾶτο τῶν ἀρχῶν, σεῖ-

τον δὲ

Α Ποδωτοί [15], οἱς Βοιωτὶ, ἔθνος Αἰτωλίας. Θουκυδίδης τρίτῳ. Ἐπῆρχεν δ' αὐτῶν [16] πρῶτον μὲν Ἀπόδωτος, ἔπειθε δ' Ὀφιονέων.

A APODOTI, uti Bœoti, gens Ætoliæ, cujus meminit Thucydides libro tertio. Primo autem Apodotos, deinde Ophionenses aggredi jubebant.

Ἀπόκοπα [17], ᾗ δέ πέρας, [18] πόλπη ἐστὶ τῆ Ἀρκαδικῷ μυχῷ. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ. τὸ πτικὸν, Ἀποκοπίτης, ἢ Ἀποκοπηνός.

APOCOPA, genere neutro, sinus in Barbarico recessu, de quo Marcianus in Periplo mentionem facit. Locale Apocopita & Apocopenus.

Ἀπολλωνία [19], πρώτη πόλις Ἰλλυρίδος [20] ἣν ὤκουν Ἰλλυριοὶ καὶ Ἐπίδαμνον. ἔστιν [21] Ἀμφικλέους Κορινθίων ἀποικία εἰς αὐτὴν

APOLLONIA, prima Illyrici urbs, quam Illyrii juxta Epidamnum habitabant: Postea eo ducentorum Corinthiorum colonia missa

τὸν ἐπιπλοῦν τῶν ἐκπεμφθέντων Ἀπολλώνος, πολὺ δ' Λατίνων ἀπέχει στάδια. Idem de hoc oppido testatur Strabo lib. v.

[15] Ἀπόδωτοι, οἱ Βοιωτὶ, ἔθνος Αἰτωλίας.] Locus, si quis alius in hujus auctoris MSS & libris vulgaris fœdissime corruptus est, in illis enim ita legitur: Ἀποσιωθοὶ, οἱς Βοιωτὶ, ἔθνος Αἰτωλίας. Atque eodem prorsus modo in allegato ex Thucydide testimonio. Hunc errorem primus observavit eruditissimus Ortelius in Thesauro Geographico: adeo utili post hanc virum turpiter lapsi sint, qui in conficiendo contionatis geographicis operam posuere, & Ἀποσιωτὸς apud Stephano & Thucydide citaverunt. Nos profecto vulgatam lectionem retinere non potuimus, quia apud Thuc. lib. III. idem locus, quem Steph. producit, ita conparatur: Ἐπῆρχον δ' αὐτῶν μὲν Ἀπόδωτοι, ἔπειθε δὲ Ὀφιονέων, ἃ δὴ τοῦτο Εὐρυπτίδαι. Præterea ex vestigiis deprauatæ lectionis codicis Vossiani certissimus sum, Stephanum non aliter exarasse; ibi enim legebatur unica litera immutata: Ἀπολλῶνι, ἔθνος Αἰτωλίας. Apodotorum etiam meminit Polybius lib. XVII: Τὸ μὲ δ' Ἀχαϊκὸν ἔθνος, καὶ τὸ Αἰτωλικὸν, ἐπὶ τὴν Ἀμφιλοχίαν. Et Livius lib. XXXII. cap. XXXIV. ex Polybio hæc ita transtulit: *Ætolos, tanquam Romani ducebi Græcia jubere: qui quibus finibus Græcia sit, dicere non possint: ipsius enim Ætolia Agræos Apodotasque & Amphilochos, quæ per magna eorum pars fit, Græciam esse.*

[16] Πρῶτον μὲν Ἀπόδωτος.] Ita rescripsimus ex Thucyd. uti jam monuimus: frustra enim apud ipsum & alios scriptores Αἰτώλων involligabuntur.

[17] Ἀπόκοπα, τέτνικε.] Eodem numero & genere hoc loci nomen protulit Ptolemæus lib. IV. cap. VII, & terme in medio Barbarici sinus collocat. De Apocopis etiam mentionem fecere Artianus in Periplo maris rubri, & Marcianus in Periplo fragmentis ubi de Barbarico sinu loquitur, cujus verba mox producemus.

[18] Ἐστὶ δὲ τὸ πέρας τοῦ Ἀρκαδικοῦ μυχοῦ.] Omnino subest hic portenti aliquid, quod vidit Salmasius, qui in Plin. Exercit. optime emendabat ex fragmentis Peripli Marciani: Ἀπόκοπα, λέγεται, πόλπη ἐστὶ τοῦ Βαρβαρικοῦ μυχοῦ. Hanc lectionem confirmat vir summus ipsis Marciani verbis, quæ huc transfero; quia Stephanus lectorem eo ablegat: Μυχὸς δὲ ἐστὶν ὁ ἀπὸ τῶν Βαρβάρων ἐπὶ τὰ μεσόγεια ἐκ τοῦ ἐκβολῆς τοῦ γόλφ ἐκεῖθεν, τὸ πρὸς τὸ Ἐλλάδι τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ γόλφ ἐκεῖθεν, τὸ τὸ Βαρβαρικὸν πόλπη, ὃ ἐστὶ πόλις ἐσὶ, καὶ ἡ δεξιὰ μέρος τὸ ἀπὸ τοῦ Βαρβαρικοῦ

αὐτὴν ἐξάλη, ἧς ἡγεῖτο Γύλαξ, [12] ὃς Γυλακίαν ὠνόμασε. [13] τὸ ἐθνικὸν, Ἀπολλωνιάτης· καὶ θηλυκὸν, Ἀπολλωνιάτις. δευτέρα, [14] ἐν νήσῳ πρὸς τῇ Σαλμυδησσῷ, [15] ἀποικία Μιλησίων ἢ Ῥοδίων. [16] γ, Μακεδονίας. δ, πόλις Λιβύης. ε, [17] ἐν νήσῳ τῇ Ἀκαρνανίας, Β μία τῶν Ἐχινάδων, ς· [18], ἐν Κρήτῃ, πρὸς τῇ Κνωσσῷ. ζ. [19] πλησίον Λεοντίνων, καὶ Καλῆς Ἀκτῆς. η, Μυσίας. θ, πόλις Μυσίας, [20] ἥτις Γιωδάκῳ πέμπῃ. ι, [21] κατὰ Θυάτειρα, καὶ Ἔφεσον. ια, [22] φωκίδος, ὡς Ὅμηρος Κυπαρισσοῦν

A missa est, cui Gylax imperavit, qui urbem Gylaciam nominavit. Gentile, Apolloniata, & fœminino genere Apolloniatis. Secunda, in insula ad Salmydessum sita, Milesiorum & Rhodiorum colonia est. Tertia, Macedoniæ: Quarta Libyæ: Quinta, in Acarnaniæ insula, una ex Echinadibus: Sexta in Creta, juxta Cnossum: Septima, prope Aluntinos & Calacten: Octava, Mysiæ: Nona, Mysiæ ad Rhyndacum fluvium: Decima, juxta Thyatira & Ephesum: Undecima, Phocidis, quam Homerus ob Cyparissorum B C

Hac de re etiam Pausanias in Corinthiacis est legendus: Solus Thucydides tradit Corinthiorum coloniam fuisse. Ducta est hæc colonia eo tempore quo Periander Corinthi regnabat, quemadmodum nos docet Plutarchus, tractatu de iis, qui sero à numine puniuntur.

[12] Ὃς Γυλακίαν ὠνόμασε.] Stephanus: Γυλάκια, ὅπως ἐκάλουν οἱ τῆ Ὑγιείας Ἀποστασίαι, κατὰ Γύλακα Κορωνίδα. τὸ ἐθνικὸν Γυλακιάδης.

[13] Τὸ ἐθνικὸν Ἀπολλωνιάτης.] Nullum de hoc gentili dubium moveri potest: passim occurrit apud antiquarios in veteribus nummis, & in veterum scriptorum monumentis.

[72] Ἔστι Ἐ κώμη πλησίον Ἀδραμυττίου.] Etiam Strabo hunc pagum agnoscit & Astyrenæ Dianæ templum, de quo infra Stephanus, qui sine dubio hæc Geographi verba respicit: Μυσίας δὲ Ἄστυρα τὸ παρὰ κόλπον φασὶν. ὧδε δὲ πλέκειν πατεῖ, ἐν ᾗ τὸ Ἄστυρίδος Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν ἄλσει, περίστυλον μικρὸν μεθ' ἑξαστίους νέω Ἀδραμυττίου, ἢ μᾶλλον χαλκᾶ. Geographi alii non distinguunt inter Astyra urbem Troadis & Mysiæ: hanc omnes, quam Strabo & Stephanus pagi nomine describunt, urbem faciunt. Mela lib. I. cap. XVIII. *Gremio interiore campus Thebe nomine, Adramyttion adjacentia, continet.* Sic quoque Scylax caput Lydiæ: & Plinius lib. V cap. XXX. Pausanias præterea in Messeniacis Astyrorum e regione Lesbi meminit, ubi nigram aquam conspexerat, cujus verba fortassis ita sunt legenda: Τ δὲ ἐπ' αὐτῷ ἀνιόντι μάλιστα ἴδιόν ἐστιν ἐν Ἄστυροις. τὰ δὲ Ἄστυρα ἀπωτέρω Λιτόου λιμένος ἐστὶ τῆ Ἰωνικῆ, τ ἐν τῇ Ἀτταικῇ καλουμένῃ. Si in Troade fuerint Astyra, circa Ilium & Scamandrum ultra agrum Abydenum, erunt collocanda. Sed verior ne Strabo & cum illo Stephanus ex

καλ᾽ Ρ᾽όδον, [71] ἐν ᾗ ἐπιμᾶτορ ἡ Ἀθηνᾶ Ἀ᾽συρίς. [74] ἔστι καὶ Βοιωτίας, ὡς πῶς Πολνίαις, ὡς Χάραξ ἐν δευτέρᾳ. [75] ἔστι δὲ χώρα Ἰτελίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἀ᾽συρλιώς. ἀφ᾽ ἧ τὸ τὴ Ἀ᾽συρλιῶς Ἀ᾽ρτέμιδ⊙ ἱερόν.

Ἀ᾽ΣΦΑΞ, ὡς Ἄ᾽τραξ, [76] ἔθν⊙ ἐπικίσιον τῶν Κύπρον. μή τις ᾖ τὸ Ἄ᾽σφαξ τὸ ἔθνος, ᾖ τὸ Ἄ᾽τραξ τὸ κύριον σωζήσιον [77] διηθεῖν· ἁπλᾶ γάρ ἐστιν.

Ἀ᾽ΣΧΕΙΟΝ, πόλις Ἀ᾽χαΐας. τὸ ἐθνικὸν Ἀ᾽χαιεύς, ὡς Σιχεύς, Ρ᾽οιλεύς.

Ἀ᾽ΤΑ᾽ΒΥΡΟΝ [78], ὄρ⊙ Ρ᾽όδου· Ρ᾽ιανὸς ἕκτῳ Μεσσηνιακῶν. τὸ ἐθνικὸν, Ἀ᾽πεύριος. ἐξ οὗ ἐστὶν Ἀ᾽πεύριος Ζεύς. [79] ἔστι καὶ Σικελίας Ἀ᾽πεύριον, ὡς Τίμαι⊙. κέκληται ἢ τὰ ὄρη [80] ἀπό τιν⊙ Τελχῖν⊙ Ἀ᾽πεύριος. [81] ἔστι καὶ Περσικὴ πόλις. ἔστι καὶ Φοινίκης.

Ἀ᾽ΤΑΙ᾽Α, πόλις Λακωνική. ὁ πολίτης, Ἀ᾽ταῖτης, ὡς Κάρυα Καρυάτης· ἢ Ἀ᾽ταίτης, ἢ Ἀ᾽πῖ⊙.

Ἀ᾽ΤΑΛΑ᾽ΝΤΗ [82], ἡ ὑπὸ Ἀθηναίων κληθεῖσα ἀπὸ Λοκρῶν· [83] Θουκυδίδης δευτέρᾳ.

A contra Rhodum, ubi Minerva Aſtyris colebatur, & Bœotiæ apud urbem Potnias, uti Charax libro II teſtatur. Eſt porro Italiæ regio. Gentile, Aſtyrenus, unde templum Dianæ Aſtyrenæ nomen habet.

B ASPHAX, uti Atrax, gens quæ in Cypro habitavit. Nemo autem exiſtimet τὸ Aſphax (quod gentem denotat) & proprium Atrax compoſita eſſe: ſunt enim ſimplicia.

C ASCHIUM, urbs Achaiæ. Gentile Aſchienſis, uti Sigienſis, Rœtienſis.

ATABYRUM, mons Rhodi, de quo Rhianus libro VI Meſſeniacorum mentionem facit. Gentile, Atabyrius. Ab hoc monte Jupitur Atabyrius nomen habet. Eſt item Siciliæ Atabyrium, teſte Timæo. Montes ita dicti ſunt à quodam Atabyrio Telchine. Eſt hoc nomine etiam urbs Perſica & Phœnicia.

D

ATÆA, oppidum Laconicum, cujus oppidanus Atæates dicitur, uti Carya Caryatesve: vel Ataïtes, vel Atæus.

E ATALANTA, inſula apud Locros ab Athenenſibus condita, cujus Thucydides libro

uno, duo diverſa loca faciat, & urbs ante Strabonis ætatem diruta, ipſo ſcribente, rurſum in pagi formam excreverit.

71 Ἐν, ᾗ ἐπιμᾶτορ ἡ Ἀθηνᾶ Ἀ᾽συρίς.] Sic ille locus continuatim eſt legendus, qui male in Xylandriana editione nova diſtinctione capitis à ſua ſerie eſt divulſus. Nos MSS codicum fidem ſequimur & editiones, quæ Xylandrianam præceſſerunt. Xylander ſic incipit novum tmema: Ἀ᾽συρὶς, ἔστι δὲ Βοιωτίας. Verum ipſa conjunctio καὶ hæc antecedentibus connectit: præterea ex ipſa re firmiſſimum argumentum colligitur, hæc non eſſe ſeparanda: nam noſter antea mentionem fecerat duarum urbium uniuſque vici, à quibus nullum deduxerat gentile: ſic non ſolet, licet de ignobili oppido aut vico verba faciat.

74 Ἔστι δὲ Βοιωτίας.] Ignobile admodum videtur fuiſſe oppidum, & cujus ne rudera quidem ætate Pauſaniæ ſuperfuere, nam in Bœotiæ periegeſi nullam de eo mentionem habet.

75 Ἔστι καὶ χώρα Ἰτελίας.] Cluverius in antiquæ Italiæ deſcriptione lib. III cap. VII exiſtimat, male noſtrum hoc loco τὴν χώραν pro τὸ χωρίον ſcripſiſſe, & prædium Ciceronis, cujus Plutarchus in ejus vita meminit, in regionem convertiſſe. Fatetur hoc mendæ genus ſæpiſſime apud Epitomatorem eſſe obvium, ſed manifeſte vir doctus non probavit, hoc loco non poſſe regionem Italicam intelligi. Fluvium & inſulam hoc nomine invenies apud Plinium libro III cap. V: *Antium colonia, Aſtura flumen & inſula, fluvius Nymphæus, Cloſtra Romana, Circeji.* Et oppidum, apud Servium in Virgil. Æneid. lib. VII. *Haud longe à Tarracina oppidum eſt Aſtura, & ejuſdem cognominis fluvius.* Ergo non male circumjacens regio à noſtro χώρα Ἰτελίας appellatur. Omnia illa loca, ubi Cicero in Epiſtolis ad Atticum de *Aſtura* mentionem facit, non intelligo de ipſa regione neque oppido, ſed de villa, quam in iſta regione poſſidebat. Sic Tuſculum & Baias ſumpſit pro prædiis, quæ Tuſculi & Bajis habebat. Liquet hoc evidentiſſime ex Plutarcho in Ciceronis vita, quæ verba etiam Cluverius, ſed alium in finem citat. Περιῆλθον δὲ τοὺς ἀγροὺς ἰδίους καὶ Τύσκλον, ἔχων τὸν ἀδελφὸν μεθ᾽ αὑτοῦ. παθόμενοι δὲ τὰς σοφιστὰς, ὑπώπτευσαν εἰς Ἀγρὸν μεταβάλλειν, χρόνον παρήλιον ἐν Κιλικίᾳ. Erat Cicero in propriis agris circa Tuſculum, id eſt, erat in Tuſculano ſuo: verum intellecta proſcriptione cum fratre ſtatuit Aſturam proficiſci, id eſt in prædium ſuum circa vel in Aſtura.

76 Ἔθνος ἐπικίσιον.] Chartaceus Voſſianus: ἔθνος ἀπικίσιον.

77 Οἰηθῆν.] Male in editione Xylandri: διηθεῖν, quod typothetarum eſt vitium.

78 Ἀ᾽τάβυριον, ὄρ⊙ Ρ᾽όδου.] Strabo libro XIV montem *Atabyrim* nominat. Veram appellationem noſter exhibet. Vide Diodorum Sicul. lib. V: Pindarum Olympia VII. Apollodorum & alios.

79 Ἔστι δὲ Σικελίας Ἀ᾽πεύριον.] Cluverius Siciliæ Atabyrium inter loca incertæ poſitionis refert, verum manifeſte apparet ex Polybio lib. IX prope Agrigentum ſitum fuiſſe montem hujus nominis, ita enim ille: Ἐπὶ δὲ τὸ κορυφὴν Ἀ᾽θηνᾶς ἱερὸν ἐλθόντι, τὸ Διὸς Ἀ᾽πεύριον, κρημνὸς ἐστὶ παρὰ Ρ᾽ωμαίοις, τὸν αὐτὸν Ἀκραγαντῖν⊙ τρόπον Ρ᾽ωμαῖοι ἀπεκάλεσαν, ὡς ἂν ἐκ τούτων ἐμφανὲς ᾖ, εἰκότως ὁ Διὸς ὢν τὴν αὐτὴν ἴσχε σεμνότητα, ὡς ἐ παρὰ τοῖς Ρ᾽ωμαίοις. Ἀπὸ τιν⊙ Τελχῖν⊙ Ἀ᾽πεύριος.] Telchinesâ Phoroneo rege Argivorum & Parrhaſiis bello ſuperati, & patria pulſi in Rhodum ſeceſſiſſe, quemadmodum Euſebius & Oroſius lib. I cap. VII auctores ſunt. Quam male Telchines apud antiquos audiverint, narrat Diodorus lib. V. Strabo lib. XIV: Et Ovidius lib. VII Metamorph.

81 Ἔστι δὲ Φοινίκης.] Exiſtimo Stephanum hoc loco innuere urbem proprie in Cœleſyria ſitam, de qua Polybius lib. V mentionem facit hiſce verbis, poſtquam de Sidone, Tyro, Philoteria & Scythopoli loquutus eſt: Ἀ᾽σφαλιστέρων δὲ φερομένης τούτοις, ὑπερέβαλε τὴν ὁρμὴν ἐπὶ μᾶλλον δὲ ἐ τὸ Ἀ᾽πεύριον, κἀτέδυ, καὶ σῶον, παρέλαβε Πέλλαν &c.

82 Ἀ᾽ταλάντη, ἡ ὑπὸ Ἀθηναίων.] Hic aliquid exciditſſe, ſcilicet oppidi vel inſulæ nomen, in dubium vocari non poteſt. Loquitur de Atalanta Cedrenus in Compend Hiſt. Καὶ πέμπων χίλιοβάμον, ἐ ὡς ὁ Λοκρὸς Ἀ᾽ταλάντη ἐμέλλησεν, τοῦτ᾽ ἔστιν. Vix puto Cedrenum vera pronunciare, nam τοῦτ᾽ ἔστιν. Vix puto Cedrenum omnino erat inſula, & accidente riſſura, ante terræ motum omnino erat inſula, & accidente riſſura, quæ etiam navibus eſſet pervia, geminæ inſulæ exſtitere. Lege Strabonem lib. I. hujus infortunii mentionem facientem: Vide quoque Scaligerum ad Euſebium. Sequitur deinde apud noſtrum ἔστι δὲ τόπος, quod huc pertinere videtur.

83 Θουκυδίδης δευτέρᾳ.] Verba Thucydidis hæc ſunt: Ἐτελεύτων δὲ καὶ Ἀ᾽ταλάντην τὴν Ἀθηναίων φρούριον, τὴν γῆσον τοῦτο πο-

ήμα. ἔστ ἔνησος. [84] καὶ ἄλλη πρὸς τῷ Πει- A bro 11 meminit. Est item insula quædam, &
ραιεῖ. ὁ νησιώτης, Α᾽πελαυσιεύς. alia juxta Piræum. Insulanus, Atalantæus.

Α᾽ΤΑΡΒΙ᾽ΚΙΣ [85], πόλις ἐν τῇ Προσω- ATARBICIS, urbs in insula Pro-
πιτιδι νήσῳ. τὸ ἐθνικὸν Α᾽ταρβικίτης, ὡς sopitide. Gentile Atarbicita, uti Pro-
Προσωπίτης. sopita.

Α᾽ΤΑΡΝΑ [86], πόλις μεταξὺ Μυσίας B ATARNEUS, oppidum inter Mysiam
καὶ Λυδίας, πλησίον Λέσβου. [87] ὁ πολίτης, & Lydiam prope Lesbum. Oppidanus dici-
Α᾽ταρνεύς, ὡς Ὀδυσσεύς· καὶ Ἰθακήσιος, Α᾽τα- tur Atarnensis, uti Odyssensis: fœmininum,
ρνεύς. Atarnis.

Α᾽ΤΑΦΥΝΟΙ [88], ἔθνος μέγα Α᾽ραβίας, ATAPHYNI, gens magna Arabiæ,
C οὗ ὁ Γλαύκος ἐν δευτέρᾳ. cujus Glaucus libro secundo meminit.

Α᾽ΤΕΛΛΑ [89], πόλις Ὀπικῶν Ἰταλίας, ATELLA, urbs Opicorum Italiæ inter
μεταξὺ Καπύης καὶ Νεαπόλεως. τὸ ἐθνικὸν Capyam & Neapolim. Gentile non est Atel-
οὐκ Α᾽τελλάτης, [90] ὡς Ἀγύλλαι, ἀλλὰ Α᾽τ- læus uti Agyllæus, sed Atellanus, quo Po-
τελλανός· ὡς Πολύβιος ἐνάτῃ, [91] Α᾽τελ- lybius libro IX utitur. Atellani sese tradi-
λανοὶ παρέδοσαν αὐτούς. D dere.

Α᾽ΤΕΡΙΟΝ, ὡς Ῥήγιον, πόλις Σικε- ATERIUM, uti Rhegium, oppidum Si-
λίας. ὁ πολίτης, Α᾽τερῖνος. ciliæ, cujus oppidanus Aterinus dicitur.

Α᾽ΤΗΝΗ, δῆμος Α᾽ντιοχίδος φυλῆς. ATENE, populus Antiochidis tribus:
[92] φρωϊκῶς· ἢ τὴ Αἰολίδος Φησίν. ὁ δημό- Phrynichus dicit esse Attalidis. Popularis Ate-
της, Α᾽τηνεύς. [93] Παραλλὴς Α᾽τηνεὺς ἐχο- E nensis. Patrocles Atenensis ludos edebat, &
ρήγει, [94] ἢ Πανδιονίδος. Διονύσιος, Α᾽τηνέαν Pantacles. Dionysius populum Ateniam vo-
τὴν δῆμον. ἀλλ᾽ οὐκ ἐᾷ τὸ Α᾽τηνεὺς, ὀφεῖλον cat: sed non permittit gentile Atenensis, quod
Α᾽τηναῖος. Atenensis esse debebat.

Α᾽ΤΙΝΤΑΝΙ᾽Α, μοῖρα Μακεδονίας. ATINTANIA, pars Macedoniæ, cujus
οἱ οἰκήτορες, καὶ Α᾽ντίνες, καὶ Α᾽ντιτάνιοι. F incolæ Atintanes & Atintanii vocatur: ita autem
ἔστι καὶ Α᾽ντάνιον, ὑφ᾽ dicta est ab Atintane Macedonis filio. Genere
Μακεδόνος. λέγεται Α᾽ντάνιος καὶ fœminino Atintanis reperitur. Dicitur quoque
Α᾽ντανὶς τὸ θηλυκόν. λέγεται καὶ Atintan & Atintania, & neutro genere Atin-
Α᾽ντανία, καὶ Α᾽ντάνιον ἀδέ- tanium.
σποτον.

Α᾽ΤΛΑΝΤΕΣ, ἔθνος Λιβυκόν· ἡ πρό- G ATLANTES, gens Libyca, cujus Hero-
δοτος

τέτταρα πόλεσιν, ἐν αἷς λοιπὸν τῆς Ὀνασίου τέτρατος ἔρημον dotus
ἔστιν.

[84] καὶ ἄλλη πρὸς τῇ Πειραιεῖ.] Hujus meminit Strabo lib. IX, reiterata cognominem esse Euboicæ Locrensique.

[85] Α᾽ταρβίκις, πόλις ἐν τῇ Προσωπιτικῇ νήσῳ.] Hæc pessime contaminata conspiciuntur in omnibus vulgatis: Α᾽ταρβίτης, πόλις ἐν τῇ Προσωπιτικῇ νήσῳ. Nos ex libris MSS veterem veramque lectionem reduximus, quam manifeste librarii corruperant. Subolfecerant mendum illud Ortelius & Trissanus, idem plane conjicientes, quod Salmasio odd. Palatini, atque mihi Vossianus exhibebat. Insula hæc erat in Delta Ægypti: urbis & incolæ memoria reperitur apud Herodotum lib. II. ubi urbanum Α᾽ταρβίτης, sed Α᾽ταρβίκης appellatur. Α᾽πικιανὸς ἐν τῷ περὶ τῆς Δήλου, πελαγίους εἰσὶ κατοικίαι τὰς μὲν ἐν τῇ Προποντίδι· καθαιρεθῆναι ὑπὸ Μιθριδάτου τοῦ Εὐπάτορος· δι᾽ οὗτος εἰσὶ κατοικίαι τὰς μὲν ἐν τῇ Προποντίδι νήσῳ ὕπνου ἐν ᾗ ἡ Δήλος· ἐν δὲ τῇ Ἀσίᾳ Ἀτραμυττηνὸν, ἐν ᾗ ἡ Ἀδραμύττιον· ἀναμφισβήτως τὰ τοῦτο ἔχειν· ἐν δὲ τῇ Θρᾴκῃ Μεσημβρίαν.

[86] Α᾽ταρνα, πόλις μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας.] Constanter sic legunt libri calamo exarati & editi: nunquam tamen pro legitima hanc lectionem habebo. Sine dubio oppidi nomen in Ethnicorum, Hocratesin Panegyrico & alii vocem istam pronunciarunt. Imo sic olim Stephanum scripsisse, non est dubium, quod auferetur referibendo Α᾽ταρνέα. Hæc conformia Scylax, Strabo lib. XIII, Xenophon lib. III Hellenicorum, Isocrates in Panegyrico & alii vocem istam amendavere. Golzius vidit nummum cum inscriptione ΑΤΕΛΛΑΝΩΝ. urbanum Α᾽τελλάτης, ὡς ἐπὶ τῶν ἐθνικῶν ἐπὶ τῶν πόλεων

δόλ⊙. πατέρτ. [91] ἔστι καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῶν ὁρῶν τῶν δύο Ἀτλάντων. [92] Φιλοσ δὲ ὁ Ἀχαϊκῶν δδ πόρα Ἀτλαντίας μέν αὐτὰς εἶναί φησι, καὶ Ἀτλαντίας [93] καὶ ὅτι ἀ βλέπουσιν ὄπισ ὀνείρους. λέγεται τὸ κληδικὸν Ἀτλαντικός, [94] καὶ Ἀτλαντικὴ θάλασσα· καὶ Ἀτλάντι⊙, καὶ Ἀτλαντία θάλασσα.

A dotus libro IV meminit. Hoc nomen illis à duobus montibus, qui Atlantes nuncupantur, inditum est. Rhianus libro secundo Achaïcorum refert: Atarantas post ipsos esse, & Atlantas, qui nulla insomnia vident. Possessivum Atlanticus dicitur, & Atlanticum mare: & Atlantius, & Atlantium pelagus.

Ἄτραι, πόλις μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγρητ⊙· Ἀρριανὸς ἐπτακαιδεκάτῳ Παρθικῶν.

ATRÆ, urbs inter Euphratem & Tigrim, cujus Arrianus libro XVII Parthicorum meminit.

Ἀτραμῖται [95], ἔθνος εὐδαίμον⊙ Ἀραβίας, ὡς Οὐράνιος ἐν τρίτῃ Ἀραβικῶν. Ἀρτεμίδωρ⊙ [1] Ἀτραμωτίτας αὐτὰς καλῶ.

ATRAMITÆ, populi Felicis Arabiæ, uti Uranius libro III Arabicorum testatur. Artemidorus eos Atramotitas appellat.

Ἄτραξ, καὶ Ἀτράκια, πόλις Θεσσαλίας [2] τῆς Πελασγιώτιδος μοίρας. ὁ κλήθη ἀπὸ Ἄτρακος τοῦ Πλωτιέως καὶ Βυρρᾶς παιδὸς κλθεῖσα. [3] τὸ ἐθνικὸν, Ἀτράκιος· καὶ θηλυκὸν, Ἀτρακία. καὶ Ἄτραξ, ὁμόφωνον τῇ πόλει. Λυκόφρων,

ATRAX & Atracia, urbs Thessaliæ in tractu Pelasgiotidis: nomen habet ab Atrace Penei & Buræ filio, qui eam condidit. Gentile Atracius: genere fœminino Atracia: Et Atrax, quod sonat ut nomen urbis. Lycophron

Καὶ δόλιοι τ' ἔπεμψαν [4] Ἄτρακας λύκους.

Et secundos miserunt Atracas lupos.

τινὲς δὲ Ἀλκαῖον γ ἔκλιναν, Ἄτραγ⊙· ὡς Εὔπολις,

Quidam vero in casu obliquo faciunt Ἄτραγα; quod reperitur apud Eupolin.

[5] Εἰς Ἄτραγα νύκτωρ. ----

Ad Atragem noctu. ----

ἔστι καὶ Ἀτρακὶς θηλυκόν.

Genere fœminino dicitur Atracis.

ATRE-

[91] Ἔστι δὲ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῶν ὁρῶν τῶν δύο Ἀτλάντων.] Constanter sic legunt libri calamo exarati & editi. Salmasius in margine sui Stephani contendit legendum esse: Ἔστι δὲ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῶν δύο Ἀτλάντων. Et sic locum emendatum esse à viro incomparabili in Plinianis Exercit. positea cognovi. Vel hoc modo verba constituenda putat: ἔστι δὲ τὸ ὄνομα ἀπὸ ὁρῶν τῶν δύο Ἀτλ. ut dicat Stephanus, Atlantas populos à montibus Atlantibus nomen esse adeptos.

[92] Φιλοσ ὁ Ἀχαϊκῶν δδ πόρα.] In voce Ἀτλαντία ejusdem Rhiani liber secundus Ἀχαϊκῶν citatur: ad quem locum obiter admonuimus, Eustathium aliquando pro Rhiano allegasse Arrianum; quem errorem etiam nunc committit, ex Ethnicographo hunc de Atlantibus locum transcribens, ita enim ille in comment. ad Dionysium de situ Orbis pag. 15. ὁ δὲ περὶ Ἐθνικῶν γράψας, ἱδιῶ⊙ λόγῳ τοὺς Ἀτλαντίους. καὶ Ἀρίμασδι δέ φησι, Ἀτραγοῦσι ἔθνη, καὶ μετ' ὀλίγα λέγῃ κεῖσθ τοὺς Ἀτλαντίους, οἱ ὁ λέγοντες μὴ βλέπει ὀνείρους. Aut Archiepiscopus Thessalonicensis in depravatum Stephani codicem incidit, aut locum festinando male transcripsit: nam Rhianum Ἀχαϊκῶν scripsisse, non vero Arrianum, apud omnes in confesso est.

[93] Καὶ ὅτι ἃ βλέπουσιν ὄπισ ὀνείρους.] Fabulas quas de Atlantibus narrant Mela, Plinius, Solinus aliique, ex Herodoto hauserunt, qui de illis lib. II, jam à Stephano allegato, ita scribit. Ἐξῆσι δὲ καὶ ἄλλοις τῶν ὁμοίως πολλοῖσι Ἀτλας. Ἔχ δὲ σφέων ἐ κυκλοπεῖς πίπτει. ὀνομάζω δὲ ὅτου δὴ τι λέγεται ὑπὸ τοῦ πρωτέως αὐτῶν εἶναι εἰδὸς ὑδὲ πάντα τὸν αὐτὸν ἀποδείκνυσι νέφια ὅπου γίνε⊙· ὅπ γε μέσ⊙· τῶν κίονα δ' ἐστὶ λέγεται οἱ ἐπιχώριοι εἶναι. ἐπὶ τούτῳ δ' ὄνομ⊙· οἱ αὖ γράφουσι ὅτι ἐκάνυμοι ὀνομάζουσι. κυλίεται δὲ ὁ Ἀτλαντεὺς. λέγουσι δὲ ὅπ ὁμόλογον ἐδὲν σπίσας ὅπ εἰσαεὶ ὄρθ.

[94] Καὶ Ἀτλαντικὴ θάλασσα.] Lepidissimum est quod narrat de etymologia maris Atlantici Lycophronis Scholiastes, nempe Atlantem Mathematicum Pœnum extitisse, qui cum in montem altum conscendisset, ut diligentius astra specularetur, in subjacens mare decidens, ibi periit: unde mari nomen inditum est. Vide etiam Eustathium ad Odyss. A. pag. 1389 & 1390.

[95] Ἀτραμῖται, ἔθν⊙ εὐδαίμ.] Incidit Stephanus sine dubio in Uranii codicem, in quo gentis nomen diversimode scribebatur, unde & diversas gentes videtur facere τοὺς Ἀτραμίτας & Χαλραμωτάς. Uranii verba leguntur apud noltrum in voce Ἀδαμηνοί: regionis, quæ Chatramotitis dicitur, etiam Uranius lib. I Arabicorum meminit, uti in τῷ Χαλραμωτίτης liquet, eamque mari rubro vicinam statuit. Quibusnam autem appellationibus illorum regio, & gens ipsa insigniebatur lege apud Salmasium in Solinum pag. 489. Et Bochartum in suo Phaleg lib. II cap. XVI.

[1] Ἀτραμωτίτας.] Hæc vox formam ἔθνικῆ repræsentat. Non possum quin assentiar Salmasio existimanti τὰ Ἀτραμωτα loco nomen esse, unde gentile Ἀτραμωτίτης deducitur: nam plurima oppida & vici in Felice Arabia sic terminantur, quemadmodum τὰ Ἀλαβὼ, τὰ Χαδδὼ, τὰ Θαμηρὼ & similia.

[2] Τῆς Πελασγιώτ⊙.] Etiam Ptolemæus lib. III cap. XIII, hanc urbem inter Pelasgiotidas recenset. Δολίχη, Ἀτράκιον, Πύθιον, Γόννο⊙, Ἄτραξ, Γάλεκος &c.

[3] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀτράκι⊙.] Apud Statium lib. I Thebaidos hoc gentile occurrit:

--- *Quales per nubila Phœbes*
Atracia rubes arte labor. ---

Et Valerius Flaccus lib. VI:

Quamvis Atracio Lunam spumare veneno
Seret, & Æmonia agitari cantibus umbras.

Idem gentile hinc deducit noster etiam in voce Κόμαξ.

[4] Ἄτρακας λύκους.] Constanter ita exhibent MSS & vulgati codices: & Eustathius ad Iliada B confitetur, se in Stephani exemplaribus etiam hanc scripturam reperisse, verum communes Lycophronis codices ἀρπακας λύκους habuisse, hæc sunt ejus verba: Ὅρα δὲ πῶς αἰνιττομενος ρηθεῖσαν Ἄτρακα. καὶ οἱ πολίται, Ἄτρακας πικρὸς Λυκόφρων. καὶ αὐθ δ' Ἀτρακας λύκους (ὁ γραφὴ ὁ Ἐθνικολόγος) ἀρπακας λύκους γράφουσι τοῦ λυκόφρων κακόπιστα.

[5] Εἰς Ἄτραγα νύκτωρ.] Codex Vossianus male: καὶ Ἄτραγα νύκτωρ.

Α'ΤΡΗ'ΝΗ [6], πόλις. Φιλοστέφανος Φη- A
σιν, [7] δοῦ Δάσου ἐ Α'τρῶν⊙, [8] ᾗ Α'τρωνη-
σῶν, Α'ργεῖ⊙ & Κύκλωπος ἐ Φρυγίας νύμ-
φης περιηγορεῦσι. τὸ ἐθνικὸν, Α'τρωνδς,
ᾗ Α'τρωνισς, ᾗ Α'τρωνάι⊙.

ATRENA, urbs. Philostephanus perhibet, eam à Deuso & Atrone, & ab Atrena Argetis Cyclopis & Phrygiæ nymphæ liberis denominatam esse. Gentile Atrenensis, & Atrenites, & Atrenæus.

Α'ΤΡΙ'Α [9], πόλις Τυρρηνίας, Διομήδους B
κτίσμα. [10] χειμῶν⊙ πλαζομέν⊙, ᾗ μελ-
λησάσης ἁλῶναι, [11] καλέσαι Αἰθρίαν. καὶ με-
τονομάση ὕστερον πρὸς βαρβάροις τὸ ὄνομα.
[12] ἔστι δὲ ἄλλη πόλις Βοιῶν, ἔθνους Κελτικῆς.
[13] τὸ ἐθνικὸν, Α'τριανὸς, ᾗ Α'τρεύς, ᾗ Α'τριέ- C
της. ἀμείνων ᾗ τὸ πρῶτον. [14] σωτῆρος γὰρ Ἰτα-
λῶν ὁ τύπος, ὁ Δία ἔχ⊙ν.

ATRIA, urbs Tyrrheniæ à Diomede condita. Qui postquam è tempestate, qua mari fuerat jactatus, incolumis evasisset, urbem Æthriam vocavit. Quod nomen deinde à Barbaris corruptum fuit. Est quoque alia Boiorum urbs, gentis Celticæ. Gentile, Atrianus, & Atriensis, & Atriates. Verum primum reliquis præstat. Forma enim in anus desinens, Italis est usitata.

Α'ΤΡΟΠΑΤΙ'Α [15], ᾗ Α'τροπάτιος, ἡ τῆ D
Μηδίας διάτριφα μερὶς (ἡ γὰρ μητρόπ
λις ἐν Ἐκβατάνοις, ἡ μητρόπολις, ᾗ τὸ βα-
σίλειον τῆ Μηδίας) δοκεῖ ἔχειν ἡγεμόν⊙ Α'τροπά-
της. τὸ ἐθνικὸν, Α'τροπατῖνος, ᾗ [16] Α'τροπατικός.

ATROPATIA, & Atropatius, altera pars Mediæ (illa enim est prior pars, in qua sunt Ecbatana, metropolis & Mediæ regia.) quæ à duce Atropato nomen accepit. Gentile, Atropatenus & Atropatene.

Α'ΤΤΑΛΕΙΑ [17], πόλις Λυδίας, πρό-
τερον Α'γρόεσσα, ἡ Α'λλόεσσα καλουμένη.
[18] οἱ δὲ, τὴν Κιλικίας Κώρυκον ἔτω φασὶ E
λέγε-

ATTALIA, urbs Lydiæ, quæ antea Agroira seu Alloira vocabatur. Nonnulli tradunt Ciliciæ Corycum ita nominari, inter quos

[6] Α'τρήνη πόλις.] En manifestissimum in hisce verbis epitomes argumentum. Imo vix verisimile est, Hermonem compendii auctorem sic scripsisse: nam neque regionis neque provinciæ nomen, in qua *Atrena* sita fuerit, in libris vulgatis aut MSS exprimitur. Si quid conjectura valeam, censeo Stephanum hic de urbe Italica, in Volscorum mediterraneis sita, loquutum fuisse, eandemque esse, quam Livius lib. IV cap. LXI transpositis literis *Artenam* appellavit. *Deusa & arce & urbe Artena, reducta Legiones ex Velitris. omnisque vis Romana Veios conversa Volscorum fuisse credant: prabet errorem, quod ejusdem nominis urbi inter Care atque Veios fuit.* Hæc litterarum transpositio antiquis adeo fuit familiaris, ut opus non sit eam pluribus comprobare exemplis: pro ἄελμος dixere antiquiores, ἄλμος & similia. Si quis vel ex antiquitate, vel ex melioribus libris certius aliquid attulerit, ei maximas habebo gratias.

[7] Ἀπὸ Δέυσα.] Codices editi consentiunt in hanc scripturam: Vossianus: ἀπὸ Δίσυ. Nomen hujus heroïs apud alios, quod sciam, non occurrit: difficulter itaque dixerim, quid præferendum sit.

[8] Καὶ Α'τρωνῶν.] Certissimum est hanc vocem non esse sani coloris, atque imperitos librarios ex duabus unam confusse. Salmasius in margine sui Stephani totum hunc locum in modum constituit: Φιλοστέφανος Κυκλωπος ἐ Φρυγίας νύμφης περιηγορεῦσι. Καὶ Α'τρώνης ᾗ Α'τρεῖ⊙ & Κύκλωπος ἐ Φρυγίας νύμφης περιηγορεῦσι. Hanc conjecturam tam firmam existimat, ut non dubitet eam in textum recipere.

[9] Α'τρία, πόλις Τυρρηνίας, Διομήδους κτίσμα.] De appellationibus, situ & conditore hujus urbis consulendus Cluverius in antiq. Ital. descriptione. Ita quoque hæc urbs Ptolemæo vocatur, & in emendationibus Phnii codicibus, auctore Hermolao Barbaro in castigat.

[10] Χειμῶν⊙ πλαζομέν⊙.] Sic scripti & editi exhibent. Salmasius in margine sui Stephani scripsit, fortassis legenaum esse: χειμῶνος πλαζομένου.

[11] Καλέσαι Αἰθρίαν.] Cessante tempestate, servatoque Diomede, cælo sereno urbs est condita, quam significationem vox Αἰθρία apud lexicographos obtinet. Hesychius: Αἰθρία, αἴθρα. Αἴθρη, αἴθρα. αὐγὴ, αἴθρα καθαρά.

[12] Ἔστι δὲ ἄλλη πόλις Βοιῶν, ἔθνους Κελτικῆς.] Optime rejecit Xylander scripturam aliarum editionum, in quibus utique esse erat: ἔστι δὲ ἄλλη πόλις Βοιωτῶν, ἔθνους Κελτικῆς. Verum aliud quid in hisce verbis latet, scilicet error Stephani vel ejus auctoris, ex quo noster transcripsit, Atriam Bojorum Gallorum ab hac diversam fuisse. Alia equidem præter hanc Tyrrhenicam Atria fuit, verum longe à Bojorum finibus in Piceno sita, ut suo loco optime ostendit geographiæ peritissimus Cluverius.

[13] Τὸ ἐθνικὸν, Α'τριανὸς, ᾗ Α'τρεύς, ᾗ Α'τριέτης.] Ultima gentilia in mendo cubare vidit Cluverius: emendavit optime: τὸ ἐθνικὸν, Α'τριανὸς, ᾗ Α'τριάτης, ᾗ Α'τριάτις. Salmasius in ora sui codicis similiter corrigebat. Codex Vossianus mihi exhibuit. τὸ ἐθνικὸν, Α'τριανὸς, ᾗ Α'τριάτης, ᾗ Α'τριάτις. Nihil nos mutavimus in textu, quia editi omnes inter se conveniunt.

[14] Σωτῆρος γὰρ Ἰταλῶν ὁ τύπος.] Non soli Itali hac forma gaudent, sed etiam aliæ gentes: vide in vocibus Α'γυιεὺς & Α'μφιεύς.

[15] Καὶ Α'τροπάτιος⊙, ἡ τῆ Μηδίας διάτριφα μερίς.] Hanc Mediæ divisionem noster hausit ex Strabone lib. XI: nam postquam locutus fuerat de Media magna, cujus primaria urbs Ecbatana & Medorum regia dicitur, hæc de altera Mediæ parte subjungit. Η' δ' ἑτέρα μερὶς ἡ Α'τροπάτ⊙ν⊙, ὃς σατράπευσε κατὰ τοὺς Μακεδόνα χρόνους, μέρος ὄσον μαζάλης Μηδίας. Hæc Mediæ divisio etiam legitur apud Eustathium in Dionysium de Situ Orbis pag. 129.

[16] Α'τροπατικός.] Hoc gentile fœmininum passim pro regionis nomine usurpatur apud Strabonem & alios. Stephanus: Περσαῖα, πόλις τῆ Α'τροπατικῆς. Triplex igitur huic regioni nomen fuit, Α'τροπατία, & Α'τροπάτ⊙ & Α'τροπατική.

[17] Α'τταλεία, πόλις Λυδίας.] Locum hunc, librariorum negligentia corruptum, restituturum iri puto, si scribatur Λυκίας pro Λυδίας, quod vitii genus passim in antiquorum scriptis occurrit. Attalea urbs Lyciæ est maritima, non procul à fluvio Cataracta sita, uti perhibet Strabo lib. XIV. Hujus memoria etiam in Actis Apost. cap. XIV reperitur: Paulus enim ibi navem conscendebat, ut Antiochiam navigaret.

[18] Οἱ δὲ, τὴν Κιλικίας Κώρυκον &c.] Optime observat Incomparabilis Salmasius, Demetrium Coryeum Ciliciæ confundere cum Coryco Pamphyliæ. Nam Coryeum Pamphyliæ propter vicinitatem, & quod utraque eundem habuisset conditorem, eandem cum Attalia quoddam fecisse, verissimum est: sed Ciliciæ Coryeus procul ab Attalia sita erat. Strabo lib. XIV perhibet, Attalum Philadelphum Attaliam condidisse, atque ei vici-

λέγεσθαι, ὡς Δημήτριος· ἀπὸ Ἀτάλης Φιλαδέλφου κτίσαντος αὐτήν. [19] τὸ ἐθνικὸν, Ἀτταλεύς. καὶ Ἀτταλικὸς κλῆσις, [20] καὶ θηλυκόν.

Ἀ ΤΤΑΛΙΣ [21], φυλὴ τῆς Ἀττικῆς, ἣν Ἄτταλος ἀνέθηκαν Ἀθηναῖοι. ὁ φυλέτης, Ἀτταλεύς.

Ἀ ΤΤΑΛΥΔΑ [22], πόλις Λυδίας, κτισθεῖσα ἀπὸ Ἄττου· καὶ μὴ θαυμάσῃς αὐτὴν, ὅτι Λυδὴ ἦν παῖδος αὐτοῦ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀτταλυδδεύς.

Ἀ ΤΑΘΑ [23], καὶ Αὔαρα, ἀδιαφόρως, στοιχεῖα Ἀράβων, ὡς Οὐρανίου ἐν Ἀραβικῶν πρώτῃ. οἱ οἰκήτορες, Αὐαθηνοί, καὶ Αὐαρηνοί.

Ἀ ΤΑΛΙΤΗΣ [24], κόλπος, ἐν δεξιοῖς μέρεσι τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως.

Ἀ ΤΑΡΑ [25], πόλις Ἀραβίας, ἀπὸ χρησμοῦ δοθέντος [26] Ὀβόδᾳ, κληθεῖσα ὑπὸ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀρέτα. ἐξώρμησε γὰρ Ἀρέτας εἰς ἀναζήτησιν χρησμοῦ. ὁ δὲ χρησμὸς ἦν, Αὔαρα τοπον ζητεῖν· ὅ ἐστι [27] καθ᾽ Ἀραβας ἐστὶ Σύρας, λευκὸν καὶ φθάσαντι τῷ Ἀρέτᾳ, [28] καὶ λοχῶντι ἐφάνη φάσμα αὐτῷ, λευκείμων ἀνὴρ, ὅπου

num vicum Corycum, circumdatis mœnibus, in parvum oppidulum instruxisse. Hæc sunt Strabonis verba. Εἶτα πόλις Ἄτταλία, ἵδρυμα δὲ κτίσμα Φιλαδέλφου, καὶ εὐκτὸν εἰς Κώρυκον πολίχνιον, ἐπὶλιμένι κυκλικὸν ὄρμον, καὶ μικρὸν περιβόλιον. Hinc manifeste liquet, Attaliam & Corycum vicinas in Pamphylio littore, non longe à Cataracta, civitates fuisse. Præter Strabonem etiam Dionysius de Coryco Pamphyliæ mentionem facit.

Ἄκρας δ᾽ ἐξείης Παμφυλικὸς εἴσι γιάλος,
Κώρυκος Περγη τε καὶ ἰωμήστα Φάσηλις.

[19] Τὸ ἐθνικὸν, Ἀτταλεύς.] Hoc gentile non improbamus, sed alia forma reperitur apud Goltzium in nummo Trajani, hanc inscriptionem repræsentante: ΑΤΤΑΛΕΙΤΩΝ.

[20] Καὶ θηλυκόν.] Fortassis fœminina terminatio excidit: Legendum igitur ὁ θηλυκὸν, Ἀτταλικὴ.

[21] Ἀττάλις, φυλὴ τῆς Ἀττικῆς.] Hujus tribus Stephanus etiam in vocabulis Ἀγρυλῆς & Ἀντιοχαντίς mentionem facit.

[22] Ἀτταλύδδα, πόλις Λυδίας.] Nomen hujus urbis compositum esse ex duabus vocibus, Ἄττου & Λυδὴ scilicet & Λυδὴ nemo non videt. Exiitimo eandem esse urbem, quam Ptolemæus lib. v cap. 11, Alyddam nominans, in Mysiæ majoris mediterraneis inter Trajanopolim & Prænessum collocat hoc modo: Δάγγυλα, Ἀντωνία, σὺν Ῥωσδικαστ. Τεμενοσπολις, Ἀλυδδα, Περμηνιοῦς, Περγαμος &c. Certissimum est, non duntaxat in lingua Græca, sed etiam in Italica, Hispanica, Gallica & Belgica, urbium nomina, ii ex pluribus componantur vocabulis, levioris pronunciationis gratia contrahi, & per compendium efferri: ita hoc loco verum & antiquissimum civitatis nomen Ἀτταλυδδα fuisse, non est quod dubitem, pro quo facilioris pronunciationis gratia tandem Ἀλυδδα vel Ἀλυδδα in consuetudinem venit. Vide commentarios ad vocem Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες, pag. 87 & 88, comment 72, ubi pluribus exemplis, ex quacunque lingua petitis, sententiam hanc stabilitam conspiciet lector.

[23] Ἄταθα, καὶ Αὔαρα, διττῶς.] Mox sequetur alia sectio, ubi Stephanus τὸ Αὔαρα urbem Arabiæ, non vero viciniam appellabit. Quare hæc non continuatim legantur, & quasi à sua serie divulsa sint, rationem nullam video, cum idem sit locus atque eadem loci appellatio, unde quoque idem gentile deducitur.

quos est Demetrius. Nomen habet ab Attalo Philadelpho, qui eam condidit. Gentile, Attalensis, & Attalicus possessivum, cujus fœmininum quoque in usu est.

ATTALIS, tribus Attica, quam Athenienses Attalo dedicarunt. Tribulis, Attalensis.

ATTALYDA, Lydiæ oppidum ab Attye conditum, & post ejus mortem ab ejus filio Lydo denominatum. Gentile, Attalydensis.

AUATHA & Auara, genere neutro, Arabica vicinia, cujus Uranius libro I Arabicorum meminit. Incolæ Auatheni & Auareni dicuntur.

AUALITES, sinus ad dextrum latus maris Rubri. Gentile ejusdem nominis est.

AUARA, urbs Arabiæ ab oraculo Obodæ responso sic dicta, & ab ejus filio Areta condita. Profectus enim est Aretas, ut juxta oraculum investigaret. Oraculum autem præceperat, ut locum *Auara* quæreret, quæ vox secundum Arabas & Syros *Album* denotat. Et Aretæ [Obodam] prævertenti ac latenti spectrum apparuit, scilicet vir albis vestibus indutus & albo

[24] Ἀτάλιτης, κόλπος, ἐν δεξιοῖς.] Situm, & veram nominis originem hujus sinus tam accurate descripsit vir integris Samuel Bochartus in Geographia Sacra lib. II cap. XXIII, ut aliquid addere summum nefas putarem,

[25] Αὔαρα, πόλις Ἀραβίας.] Græcis dicitur Λεύκη Κώμη, quod Latinis Album Pagum denotat. Optime ejus situm doctissimus Bochartus indicavit ex Arriani Periplo. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Βερενίκης καὶ Μυὸς ὄρμου, ἀφ᾽ οὗ διαπλοῦς ἡ τριακοντόρους ἐστὶν, εἰς τὸν ἀνακλιτικὸν λιμένα τῆς πεντακοσιομεδίμνου χώρας, ὄρμος ἐστὶν ἴσιος. καὶ φασιανοὶ ὁ λίγατος Λεύκη Κώμη. Hinc liquet Auaram sive Album Pagum ex opposito Berenices sitam fuisse. Strabo lib XVI tradit, magnum Nabatæorum emporium esse; & Geographus Arabs, *oppidum populosum, cujus incolæ sunt nobiles, & portum & acropolim habere.* Itaque minus recte ab Epitomatore superius perhibetur, Arabum σωσιπολιτῶν esse

[26] Ὀβόδᾳ, κληθεῖσα ὑπὸ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀρέτα.] Hic locus inter mutilos est referendus. Lege ut sensus constet: Ἀναβὰς, πόλις Ἀραβίας, ἀπὸ χρησμοῦ δοθεὶς Ὀβόδᾳ κληθεῖσα, καὶ ὑπὸ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀρέτα κτισθεῖσα. Sensus etiam erit perspicuus, si pro κληθῆναι reposueris κτισθῆναι. Porro Obodam & Aretam affinitate, sed non quo gradu, junctos fuisse, refert Strabo libro XVI hisce verbis, ubi de Ælio Gallo loquitur. Διέβησαν πολλοὺς ἡμέρας ὄντες εἰς τὴν Ἀρέτα γῆν, συμβοῶντος τοῦ Ὀβόδα. ἰδίᾳ γὰρ ἦν αὐτὸς Ἀρέτας φιλικὸς, καὶ δόξαν ἀστασίαστον. Uti apud Nabatæos Aretas proprium territorium habebat, sic inter illos Obodes etiam χωρίον, de quo alibi Stephanus sic scribit. Ὀβόδα, χωρίον Ναβαταίων. Οὐρανίου· Ἀραβικῶν πρώτῳ. ὅπου Ὀβόδης ὁ βασιλεὺς, ὃν ἐθεοποίησαν, τέθαπται. De hisce regibus etiam Josepho multus est sermo.

[27] Καθ᾽ Ἀραβας δὲ Σύρας, λευκὸν.] Vocem Αὔαρα apud Syros, Chaldæos & Arabas situm obtinere significatum, etiam suo calculo comprobabit linguarum orientalium peritissimus Bochartus part. sec. Geographiæ Sacræ lib. I, cap. XLIV. *Hauara* eadem quæ Λεύκη Κώμη Albus Pagus. Syris enim & Chaldæis חור *havar* est albescere, חור *hivar*, vel *havar* albus. Et חור *haur* Arabice albedo. Inde igitur, Albus Pagus. *Haura* dictus, vel *Havara* si mavis, ut in Stephano scribitur.

[28] Καὶ λοχῶντι.] Xylander hunc locum asteriscō notavit sine necessitate, quem neque priores editiones agnoscunt.

Pro

ὅπ λελυκὴς δρομάδ⊙· πεφεών. ἀφανισθέν- A albo dromade vectus. Prodigio autem è con-
τ⊙· ὑ δ᾽ φάσμα⊙, σκόπελ⊙· ἀνεφάνη spectu ablato, scopulus sub terra fixus ultro ac
αὐτομάτ⊙· κ᾽ γῆς ἐρριζωμέν⊙· κἀκεῖ ἐ- sponte apparuit, & eo loci urbem Aretas con-
κτισε πόλιν. τὸ ἐθνικὸν, Αὐαρλικός. didit. Gentile, Auarenus.

ΑΥΑΣΙΣ [19], πόλις Αἰγύπτ. τοὔτλω ὑ AUASIS, urbs Ægypti. Hanc etiam Oa-
[20] κ᾽ Οασιν καλοῦσιν, [21] ἐοικυῖαν παρδαλέα. B sin nominant, pardali similem: est enim habi-
κατοικ⊙· χάρ ἐστιν, ἀνύδρῳ γῆ ἐ ἐρήμῳ tationibus interpuncta, quas habet in terra de-
τοῖς οἰκήσ ἔχουσι. [22] τὰ τοιαῦτα Αὐάσεις serta & aquæ inopi. Hujusmodi habitationes
Αἰγύπτιοι φασι. τὸ ἐθνικὸν, Αὐασίτης, [23] ὑ ab Ægyptiis Auases appellantur. Gentile,
Αὐσίτης. Ἡ ῥόδ⊙· ἐ ὑ Δᾶελις, [24] Μακα- Auasites & Auasitis. Herodotus vero & Duris
ρων αὐτὴν ὠνόμασαν νῆσον. eam Beatorum insulam nuncuparunt.

ΑΥΓΑΣΙΟΙ, ἔθν⊙· Μασσαγετῶν. C AUGASII, gens Massagetarum, de qua
[25] Στρεφῶν ἐνδεκάτη ὕτω φησίν. Strabo libro undecimo loquitur.

ΑΥΓΕΙΑ [26], πόλις Λοκρίδ⊙. [27] Ο῞- AUGEA, urbs Locridis, cujus Ho-
μηρ⊙, merus meminit.

---- Καὶ Αὐγλὰς ἐραπνάς. ---- *Et augeas amabiles.*

[28] ἔστ

Pro ἀγλὰς charta ceus Vossianus mihi suppeditavit χαλῶν, Est
quam lectionem in totum non improbo.

[19] Ἄασις, πόλις Αἰγύπτ.] Geminæ isthæc appellatione urbes apud Geographos occurrunt, Auasis magna & parva. Auasis parva *Eleocath*, live *Eleochet* appellatur, & versus septentrionem sita est, ex mil. pass. à magna distans. Auasis magna, de qua nunc sit mentio, à Thebis Ægyptiis tertie Herodoto, cujus verba mox producemus & emendabimus, itinere septem dierum in occidentem abest.

[20] Καὶ Οἄσιν καλοῦσιν.] Hæc Hebræorum est pronuntiatio. Arabum autem tanquam O proferentium. Hebraice ἐλλὶ, Arabice כוכב *cocab*: שושו *Sosan* Hebraice liliym, Arabice שוש *susan*: Pipio Hebr. גחל *gozal*, Arab. גזל *gazal*. Plura hujus rei exempla, si necessitas requireret, ex Bocharto aliisque suppeditari possent. Stephanus hanc urbem alio in loco etiam *Hyasin* appellavit. Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ Οἄσις. καὶ πόλιτης, Οἀσίτ- Τὸ αὐτὸ Αἴσιος. ἔστιν ἐ Οἄσις. καὶ πόλιτης, Οἀσί- Τὸ αὐτὸ Αἴσιος. ἔστιν ἐ Οἄσις. καὶ πόλιτης, Οἀσίτ

[38] Ἔστι δὲ Λακωνικὴ πόλις. τὸ ἐθνικὸν, Αὐγειάτης.

Est item urbs Laconica. Gentile, Augeates.

Α Υ̓ Γ Ι Λ Α [39], ὑδετέρως, πόλις Λιβύης. Ἀπολλόδωρος β' περιηγήσεως. [40] τὸ ἐθνικὸν Αὐγιλίτης, ἀφ' οὗ τὸ ἐπιχώριον, ὡς Γάβαλα Γαβαλίτης.

AUGILA, genere neutro, urbs Libyæ, de qua Apollodorus libro secundo Periegeseos mentionem facit. Gentile, Augilites, propter formam vernaculam, uti Gabala Gabalites.

Α Υ̓ Γ Ο Υ̓́ Σ Τ Α Ι [41], πόλις ἐν Κιλικίᾳ, [42] καὶ Ἰταλίᾳ. οἱ πολῖται, Αὐγουστανοί· φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδι η.

AUGUSTÆ, oppidum Ciliciæ & Italiæ, cujus oppidani Augustani appellantur, auctore Phlegonte Olympiade VIII.

Α Υ̓ Ε Ν Ἰ Ω Ν, πόλις Μασσαλίας πρὸς τῷ Ῥοδανῷ. [43] τὸ ἐθνικὸν, Αὐενιωνήσιος· καὶ τῷ ἐπιχωρίῳ, Αὐενίτης, καὶ Ἑλληνιστί.

AUENIO, urbs Massiliæ, ad Rhodanum sita. Gentile, Auenionensis forma vernacula, sed Græca, Auenites.

Α Υ̓ Λ Α Ἰ, Φρύγιον Κιλίκων, μεταξὺ Ταρσοῦ δὲ Ἀγχιάλης. οἱ οἰκοῦντες, Αὐλεῶται πρὸς τῶν ἐπιχωρίων ὀνομάζονται. [44] τῶν δὲ εἰς αι οὖσι ἐστιν ὁ Δρ Ε ωτης τύπος, ἀλλ' ἔοικεν ὡς ἀπὸ Ε Ῥάφια Ῥαφειώτης, Ῥαφεῶται. εἰσὶν Αὐλαὶ δὲ Λυκίας χωρίον. εἰ δέ τι ἐνικῶς ἐλέγετο Αὐλὴ, ὤφειλεν Αὐλέτης, ἢ Αὐλίτης. [45] τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ τ εἰς η δισυλλάβων ῥηλυκῶν, ὀξυνόμενα μὲν, Δρ Ε ε, ὡς τὸ Φυλέτης· βαρυνόμενα δὲ, Δρ Ε η, ὡς κωμήτης, σιδήτης. ἐξαιρέτων τὸ Καρνίτης, ἀπὸ τῆς Κάρνης, ὡς ἐρέμιν.

AULÆ, navale Cilicum inter Tarsum & Anchialem. Habitatores ab indigenis Auleotæ nominantur. Nomina in αι, non gaudent terminatione per ωτης: sed videntur formari, quemadmodum Rhaphea, Rhapheota, Rhapheotæ. Sunt item Aulæ Lyciæ castellum. Si numero singulari Aule diceretur, gentile esset Auleta sive Aulita. Nam nomina, quæ formantur à dissyllabis fœminis in η exeuntibus, & accentum in fine habentibus, penultimam per ι proferunt: sed accentu si in penultima notentur, derivativum in penultima cum η effertur, uti Cometes, Sidetes. Hisce quoque Carnites adjiciendum est, quod fit à Carne, uti postea dicemus.

Α Υ̓ Λ Η,

[38] Ἔστι δὲ Λακωνικὴ πόλις.] Utriusque & Locridis & Laconicæ Eusthathius meminit ad locum Homeri jam proxime allegatum: Αὐγειαὶ δὲ ἃ μόνοι Λοκρικοί, ὧν ὁ πολίτης Αὐγειάτης, ἀλλὰ δὲ Λακωνικὴ πόλις ἴσως ὁμώνυμος. Sed quare Xylander Stephani locum mutilæ orationis signo notaverit, rationem non video. Fortassis Salmasius in eadem versabatur opinione, ad marginem sui libri sic scribens. Ἔστι δὲ Λακωνικὴ πόλις Μαλίων. *Quantum conjicere potui in corrupto MSS.* Attamen sententia est perfecta, si τὸ Μαλίων hinc auferatur, quanquam verum sit, circa illud promontorium Αὐγειὰς Laconicas sitas fuisse.

[39] Αὔγιλα, ὑδετέρως, πόλις Λιβύης.] Apud Ptolemæum oppidi nomen etiam genere neutro & plurativo numero profertur, & Nasamonibus attribuitur: Ἐν τοῖς Αὐγίλοις δὲ Νασαμῶσι τὰ Αὔγιλα. In Herodoto Musa quarta loci nomen Αὔγιλα factum est. Τὰ δὲ χώρια τούτων ἔθνεα Αὔγιλα ἐστι, ἐς τοῦτο τὸ χωρὸν οἱ Νασαμῶνες ἐπισεμαίνοντες τὰς φοίνικας φοινίσσει. Ἀπὸ δὲ Αὐγίλων, Δρ Ε ίνος ὑμερίων &c. Salmasius in Herodoto rescribit Αὔγιλα, & Vossius testatur in aliquot Ptolemæi libris exaratum esse Αὔγιλα, uti etiam Herodotus habet.

[40] Τὸ ἐθνικὸν, Αὐγιλίτης, Δρ Ε τὸ ἐπιχώριον.] Non format hoc gentile ex ingenio Stephanus, quemadmodum viri eruditone insignes existimant, sed juxta generalem canonem, qui exigit gentilia Libyca & Ægyptia in ιτης terminari, de quo videsis in vocabulis Ἄβαρις, Ἄζιλις & aliis in locis plurimis. Verum est apud Pomp. Melam gentis nomen esse *Augila*, ut & apud Solinum, qui Græcis dicerentur Αὐγίλαι: sed optime observat Salmasius, illud gentile eodem modo formatum esse, ut ab Ἀσσύρια urbe Africæ Ἀσσύριος, & ab Ἀσσίγγη Libyæ oppido Ἀσσίγγιος: atque ita hoc loco ab Αὔγιλα Αὐγίλας. Noli tamen alterum gentile Αὐγιλίτης prorsus improbare, utpote juxta generalem, & Ἐθνικογραφῶν usitatissimum canonem formatum.

[41] Αὔγουστα, πόλις ἐν Κιλικίᾳ.] A Ptolemæo Σεβαστὴ appellatur, estque urbs Ciliciæ littoralis inter Tarsum & Anemurium, non longe ab Anchialo sita, liquet hoc ex Theophylacto Simocatta lib. 1 Histor. cap. iv, ubi refert Chaganum Augustam & Viminacium expugnasse: Ἀνελὼν Ἀυγοῦστον δὲ τὸ Βιμινάκιον (πόλεις δ' αὗται λαμπραὶ ἀπὸ τοῦ Ἰλλυριῶν φορολογήματος) πυρπολήσας ἐφ' ἑκάτερα ἐπεμήνυσεν. Stephanus plurali, alii autem singulari numero urbis nomen appellarunt.

[42] Καὶ Ἰταλίᾳ.] Cum plura in Italia hoc nomine oppida à geographis enumerentur, difficulter dixerim, quodnam hoc loco Stephanus intelligat. Est enim prope Padum *Augusta Taurinorum*, quæ Taurasia Livio, Stephano Taurania & Gallis hodie Turin dicitur. Alia est *Augusta Vagienorum*, quam Cluverius putat fuisse versus Ligures montanos circa Carmaniolam, oppidum Pessus Ligures montanos circa Carmaniolam, oppidum Pessus demontii. Reperitur præterea *Augusta Prætoria*, quæ à Solino dicitur Italiæ limes versus Alpes Grajas, ab Augusta Taurinorum LV mil. pass. dissans. De illis vide Cluverium jam supra nominatum. Occurrunt item aliæ plurimæ, sed nimis longum foret omnes recensere.

[43] Τὸ ἐθνικὸν, Αὐγιωνήσιος.] Hæc & quæ sequuntur Xylander in sua editione asterisco notavit. In charta Vossiano locus hoc ordine dispositus legitur. Τὸ ἐθνικὸν Αὐγιωνήσιος, καὶ Αὐγίτης τῷ ἐπιχωρίῳ καὶ Ἑλληνιστί. Hæc verba ita sunt digerenda: τὸ ἐθνικὸν Αὐγιωνήσιος· τῷ ἐπιχωρίῳ, καὶ Αὐγίτης Ἑλληνιστί. Certissimum est, primum gentile habere formam, Italis & Galliæ Narbonensis incolis usitatam. In voce Βίεννα Stephanus ita scribit: Ἔστι δὲ ἑτέρα πόλις ἐν Γαλλίᾳ &c. ἐκ μνημονεύει πολλάκις Εὐσέβιος ὁ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν. τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως Βιέννης, οἱ μὲν κατὰ τὸ ἐγχώριον τύπον Βιεννησῖοι, ὡς Ἀκυληϊησῖος. Vide præterea in vocabulo Βέρνα, & aliis in locis plurimis.

[44] Τῶν δὲ εἰς αι οὖσι ἐστιν ὁ Δρ Ε ωτης τύπος.] Optime sic edi curavit Xylander: in prioribus editionibus pessime legebatur: Τῶν δὲ εἰσαι οὖσι ἐστιν ὁ Δρ Ε ωτης τύπος.

[45] Τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ τ εἰς η δισυλλάβων ῥηλυκῶν.] Primo intuitu existimabam hunc locum esse mutilum, & nonnulla ei excidisse: verum deinde animadvertebam ex simili prorsus canone, qui in voce Σίδη exhibetur, nihil ei deesse, ita enim ibi Stephanus. Τὰ δὲ εἰς η λήγοντα δισύλλαβα, πρω-

Α Υ̓ Λ Η, ἡ ἔπαυλις.

[46] Χρύσῃ μέν τ' αὐλὴς ὑπεράλμενον. --- λέγεται δὲ αὐλὶς. καὶ σαυθῆναν, δύσαυλις. [47] ὁ οἰκήτωρ, αὐλίτης. αἱ δ' ἐν τοῖς ἀγροῖς οἰκήσεις, [48] αὔλειοι. [49] καὶ οἱ ἄποικοι τῶν ὑφαυλοι. λέγεται δὲ αὐλίζεσθαι ἀντὶ τοῦ ἀναπαύεσθαι. [50] καὶ αὐλιον ἄντρον, ἀπὸ τοῦ σκιᾶ χορδεων. ὡς Α' πολλώνιος.

--- [51] Σπῆσαί τε χορὸς ἄντροιο πάροιθεν.

Α Υ̓ Λ Ι Σ, πόλις Βοιωτίας κατὰ Χαλκίδα, εἰς ἣν ἠθροίσθησαν οἱ Ἕλληνες. Τρύφων [52] ἀπὸ τοῦ αὐλισθῆναι, ἀλὶς δὲ αὐλίς. βέλτιον δὲ τὸ Αὐλιδεύς, τὸ Εὐώνυμος, ἢ Κηφισιεύς. [53] τὸ ἐθνικὸν, [54] ἠδωΐτης Αὐλιδεύς, ἢ Αὐλίς. [55] ἔστι δὲ Αὐλίδεύς, ἢ Αὐλιδία.

Α Υ̓ Λ Ω Ν, πόλις Λακωνικὴ, μία τῶν ἑκατὸν ὁ πλίτης, Αὐλωνίτης. δεύτερα, [56] πόλις Ἀρκαδίας, ὁ πολίτης, Αὐλώνιος. γ [57] πόλις Κρήτης, ἡ τόπος. [58] ἔστι δὲ τόπος Ἀργείας. [59] ἔστι δὲ Αὐλὼν, ὄν ἐπόλισαν

A AULE, ſtabulum.

Perſtrinxerit caulam tranſilientem. ---- Dicitur quoque Aulis. Hinc compoſitum δύσαυλις. Iſtiuſmodi loci incola Aulites dicitur. Domicilia quæ in agris ſunt Αὔλεια, & qui ab iiſdem abſunt ὑφαυλοι nuncupantur. Veſperugo ſtella dicitur & Aulius, quia nos cubare facit. Hinc quoque Aulium antrum, quod ibi choreæ celebrarentur, teſte Apollonio:

---- Pro antro inſtituiſſe choros.

AULIS, urbs Bœotiæ è regione Chalcidis, ubi Græci convenere. Tryphon exiſtimat vocabula ἀλὶς & αὐλὶς derivari ab αὐλισθῆναι: ſed rectius deducitur nomen urbis ab Aulide, filia Euonymi, qui Cephiſſi filius erat. Gentile poterat eſſe Aulidenſis, & Aulis: eſt autem Aulidius & Aulidia.

AULON, urbs Laconica, una ex centum, cujus civis Aulonita dicitur. Secunda Arcadiæ civitas eſt, cujus civis Aulonius vocatur. Tertia urbs ſive locus Cretæ. Eſt item Arabiæ locus. Reperitur quoque Aulon, quam Cro-

---

στοῦσται, ἤτοι ἔφαρ ἠὲν, ἀλλ' ὅ γε τὸ παρέμφατον ὑφῄρει. φασὶ φαῦλον, &c. Plenior profecto eſt ſenſus in loco allegato; ſed eundem eſſe, nemo in dubium vocabit, qui rem probe examinavit.

[46] Χρύσεον ἦρ' ἀὐλῆς.] Eſt pars verſus Homerici, ex Iliade I. deſumpti.

[47] Ὁ οἰκητὴρ, αὐλίτης.] Fortaſſis reponendum eſt: ὁ οἰκητὴρ, αὐλητὴς. Nuſquam apud antiquos occurrit τὸ αὐλεῖν: verum αὐλητὴς apud Heſychium invenies, & αὐλητὴς apud Apoll. Rhod. lib. IV Argonaut.

Πάντα θοῷ ἐφόβησε, συωλώτας, εἴπερ ἀν' ἄντρα αὐλιτῆς. - - - -

[48] Αὔλειοι.] Salmaſius in margine ſui Stephani admonet, ex libris Palat. reſcribendum eſſe: αἱ δ' ἐν τοῖς ἀγροῖς οἰκήσεις, αὔλεια.

[49] Καὶ οἱ ἄποικοι τῶν ὑφαυλοι.] Apud Heſychium legimus: ὑφαυλοι, τὰ ἀποίκια ἢ οἰκήσεις. Sunt hoc loco paſtores qui ſub dio extra ſtabulum apud gregem pernoctant. Ἀπαυλίζειν eſt abnoctare, ſive pernoctare: ἀπαυλίζω igitur qui non petit lectum, & à ſtabulo abeſt. Verum profecto, ne apud Stephanum ſcribendum ſit: τῶν ὑπαύλων τόπων, ὑφαυλοι. Quid enim ſit ἄποικος, notius eſt, quam quod hic doceri debeat.

[50] Καὶ αὐλιον ἄντρον.] Noſter hæc hauſiſſe videtur ex lib. II Apoll. Rhod. cujus verba ſequenti commentario producemus, ſed ibi non ἀσυντρεχόντως accipitur, uti nequæ apud Etymologici Magni Auctorem, qui eundem Apollonii Rhodii locum citat.

[51] Σπῆσαί τ' χορὸς αὐλιος πάροιθεν.] Hic locus in libris MSS & vulgatis miſerrime erat depravatus: in iis legebatur: Σπῆσαι χορὸς αὐλιος. Nos veram & veterem lectionem Epitomatori noſtro ex lib. II Apoll. Rhod. Argonaut. reddidimus, apud quem totus locus hunc in modum legitur.

Ὣ δ' ἂρ Ν Ε Καλυδωνίοιο πανὸς σφυγὸς πολυμοῦσ
Ἠ' ὑλήεν. ἐπὶ γὰρ ἐπέπτατο δῖος Νυμφίος ὕμᾳ,
Ὅν ῥ' ἐνὶ νηὸν φῶτα λιπὼν κρατερώτατον Οἰνῆος,
Ὀρχηστὴν ἐθέλοντα χορὸν ἀνὰ ζυγὸν ἀνδρῶν.
Ὧ, ὃ ἀμοιβαίτης ἀνδρῶν ἐπὶ ζυγὸν ἀνδρῶν ἔστη.
Ἠ δ' ἐν ἕ αὐλιος ἐπαυλιος ἐπαυλιος ἔστης,
Τοῦτο ἐν αὐλιος ἐπαυλιος κρατερώτατον.

Totum hunc locum etiam Salmaſius oræ ſui Stephani ſpinxerat.

[52] Παρὰ τὸ αὐλισθῆναι.] Magnus Salmaſius in margine ſui libri hunc locum ita legit: Παρὰ τὸ αὐλισθῆναι ἀλὶς ἢ αὐλὶς. Hæc eſt Euſtathii opinio, ad Homeri Bœotiam pag. 265 ita ſcribentis. Ἡ δὲ Αὐλὶς, αὐλισθεῖσα μᾶλλον Εὐβοίας πόντου, φυλάσσουσα μᾶλλον ἢ νωῒ τὸ ὁμοῦ. σκολιὴν δὲ ἴσως, παρὰ τὸ ἐκεῖ αὐλισθῆναι πάλαι τοὺς Ἀχαιοὺς ἢ ἀλισθῆναι ἤγουν ἀθροισθῆναι. ἢ καὶ Αὐλίδες φασὶ ῥηταλοφ. Εὐώνυμοι ἢ Κηφισιεῖς. Etymologici Magni Auctor etiam ut Trypho, urbis appellationem παρὰ τὸ αὐλισθῆναι deducit. Ad me quod attinet, Tryphonis verba tali modo diſtincta & emendata vellem. Τρύφων παρὰ τὸ αὐλισθῆναι ἀλὶς ἢ Αὐλίς.

[53] Ἠ Αὐλιδεύς, ἢ Αὐλίς.] Primo intuitu hunc locum à librariis depravatum cenſebam, verum Goltzius ex veteri lapide hanc inſcriptionem exhibet. ΑΡΤΕΜΙΔΙ ΑΥΛΙΔΙ ΣΩΤΕΙΡΙ.

[54] Ἔστι δὲ Αὐλιδεύς, ἢ Αὐλιδία.] Hunc locum tranſcriptorum vecordia eſſe deturpatum, ex aliis locis manifeſte apparebit. Corrigendum videtur: ἔστι δὲ Αὐλιδεύς, ἢ Αὐλιδία. Hanc veriſſimam eſſe lectionem evincitur ipſiſſimis Stephani verbis, ita enim ille in Φωκίς. ὁ πολλαχόθεν κοινὸν γαμικὸς, ὡς ἡ Ἀργεῖος Ἀργεῖος, ἢ τὸ Αὐλιδεύς Αὐλιδεύς, ὥσπερ Φωκεὺς Φωκεύς. Plura hujus rei exempla produci poſſent, ſed alia probatione res non indiget.

[55] Πόλις Ἀρκαδίας.] In Arcadia locus fuit Aule dictus, ubi Panis delubrum erat, teſte Æliano lib. XI de Animal. cap. VI. Ἐν Ἀρκαδίᾳ δὲ χώρα ἐστὶν ἱερὸν Πανός. Αὐλὶς δὲ τῷ χώρῳ τὸ ὄνομα. An idem ſit locus de quo nunc Stephanus, alii diſpiciant.

[56] Πόλις Κρήτης.] Urbem hujus nominis in Creta non agnoſcunt alii geographi: ſed Mirœus ſub Archiepiſcopatu Cretenſi urbem Aulopotamum recenſet.

[57] Ἔστι δὲ τόπος Ἀργείας.] Et hic Arabiæ locus antiquis ſcriptoribus non nominatur. Marcianus Heracleota in Periplo circa mare rubrum non procul à Troglodytica Αὐλίτας recenſet, ſed ad hunc locum non pertinent: Παραπλεῦσαι δὲ τὴν ὀπὶ ἀσυμπρμφὲς Τραγλοδύται, ἢ οἱ Αὐλῖται, ἢ ἀσυσσῖται οἱ Μοσυλοφάγοι. Verum locus eſt depravatus, atque ita reſtituendus: καὶ οἱ Αὐλῖται: de quibus vide in præcedentibus.

[58] Ἔστι δὲ Αὐλὼν, ὃν ἐπόλισαν Κρητονιάται.] De ſitu & appellationibus hujus urbis agit Cluverius lib. IV Ital. ant. cap. XX. Rationem hujus denominationis adfert Stephanus ex Hecatæi Europa. Καυλωνία πόλις Υπολίας, ὡὸ Αὐ-

Κροτωνιάτης, ἧπερ ὠνομάσθη Καυλωνία. τὸ ἐθνικὸν, Καυλωνιάτης. A Crotoniatæ condiderunt, quæ mutato nomine Caulonia dicta est. Gentile, Cauloniata.

Α᾽υσεῖς, ἔθνος Λιβύης. [59] Α᾽πολλόδωρος δευτέρᾳ περιηγήσεως, καὶ [60] Η᾽ρόδοτος ἐν πρώτῃ. AUSES, gens Libyæ, ut perhibent Apollodorus lib. II Periegesêos & Herodotus lib. IV.

Α᾽υσιγδα, πόλις Λιβύης ἑβδομηκοστὸν ἀπὸ Καλλίμαχος. Ἑκαταῖος δὲ νῆσον οἶδε. τὸ ἐθνικὸν, Αὐσιγδοι. ἔστω δὲ Α᾽πόλλων πάσης. B AUSIGDA, urbs Libyæ, genere neutro, auctore Callimacho. Hecatæus vero insulam agnoscit. Gentile, -Ausigdi: ita enim Apollo colitur.

Α᾽υσχίται, [61] ἔθνος Λιβύης ὑπὲρ Βάρκης. [62] Α᾽πολλόδωρος περιηγήσεως δευτέρᾳ. C AUSCHITÆ, gens Libyæ supra Barcen sita, cujus meminit Apollodorus libro II Periegeseôs.

Α᾽υσων, [63] ὁ Ἴπαλός. Λυκόφρων, [64] Κπίνασιν αὐτὰν Αὔσονες Πελληνιοι. καὶ Αὐσονὶς, τὸ ἡλυκόν. καὶ Αὐσόνιος, καὶ Αὐσονία ἡ χώρα· ἀφ᾽ ἧς Αὐσονιδὸς, καὶ Αὐσόνιος. Λυκόφρων, D AUSON, Italus. Sic Lycophron:

Occidunt ipsum Ausones Pellenii.

Et Ausonis fœmininum. Et Ausonius, & Ausonia regio appellatur. Hinc Ausoniensis & Ausonius, quo etiam Lycophron utitur:

Ille autem prope Ausoneos locos Calchantis.

Ο᾽ δὴ Αὐσονείων ἄγχι Καλχαντίων πάτων.

καὶ Αὐσονίτης· ὁ αὐτὸς, [65] Παρ᾽ Αὐσονίτην φύλαμον δομήσατο, καὶ Αὐσονίτης ἡλυκὸν· ὁ αὐτὸς, E Apud eundem præterea Ausonites reperitur:

Juxta Ausoniten Philamum extruet.

Et Ausonitis fœmininum idem quoque usurpat:

Qui Ausonitidis aquæ sinus.

Ο᾽ τῆς Ἡλάδος Αὐσονίδος μυχός. καὶ Αὐσόνιος κτητικόν. Possessivum est Ausonius.

Α᾽ττάριαται, [66] ἔθνος Θεσπρωτικόν· Χάραξ ἑβδόμῃ χρονικῶν, καὶ Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇς, καὶ Ἐρατοσθένης. F AUTARIATÆ, gens Thesprotica, de qua Charax libro VII Chronicorum mentionem facit, & Phavorinus in omnigena historia, & Eratosthenes.

Α᾽υτομάλακα, χωρίον Λιβύης· Πολυίστωρ τρίτῃ. Α᾽πολλόδωρος δὲ Αὐτο- AUTOMALACA, oppidulum Africæ, uti Polyhistor lib. III perhibet. Apollodorus vero Auto-

---

Αὐσονίων Ἐγχέλεω καλεῖ, ἀφ᾽ τὸ μέσον αὐλὸν οἰκεῖ. λέγει δὲ αὐλὸν ὕστερον μετωνομάσθαι Καυλωνίαν.

[59] Α᾽πολλόδωρος δευτέρᾳ περιηγήσεως.] Codices Palatini, nunc vero Vaticani, & chartaceus Voss. Α᾽πολλόδωρος β᾽ περιηγῆς. Idem auctor & libri index etiam in Γαυχάμιλα citatur à Stephano. Γαυχάμιλα, πόλις Περσίδος. Α᾽πολλόδωρος δὲ τῇ περιηγῆς δευτέρᾳ.

[60] Η᾽ρόδοτος ἐν πρώτῃ.] Sine dubio noster hunc locum respicit, ubi sedem & mores hujus gentis Herodotus delineat. Τῶνται δὲ ἐσθῆτι τῇ Μαχλύων καὶ Αὐσέων. ἔστι δὲ ἐν τῇ Μάχλυες περὶ τὴν Τριτωνίδα λίμνην οἰκέοντες. τὸ μέσον δὲ σφέων ῥέεσι ὁ Τρίτων, ἐς δὲ τὰ Μάχλυες τὰ ὀνίατα κομέουσι τῆς κεφαλῆς. οἱ δὲ Αὐσέες περὶ μὲν αὐτὸν.

[61] Αὐσχίται, ἔθνος Λιβύης ὑπὲρ Βάρκης.] Ita hunc locum ex codicibus manu exaratis instaurare placuit, qui in vulgatis corruptissime hunc in modum circumferebatur. Αὐγίται, ἔθνος Λιβύης ὑπερβάσης. Lectionem, quam nostra repræsentat editio, esse verissimam, evincitur verbis Herodoti, quæ libro IV leguntur. Α᾽υσίοισι δὲ ἐπάνω τῶν σφέας ἐοικότες Αὐγίτῃσι. ἔστι δὲ χώρη Βάρκης οἰκεομένη, κατήκοντες ἐπὶ θάλασσαν καὶ Εὐεσπερίδας. De Barca postea suo loco agetur.

[62] Α᾽πολλόδωρος περιηγήσεως δευτέρᾳ.] Libri MSS: Α᾽πολλόδωρος περιηγῆς δευτέρᾳ. eodem prorsus modo uti in vocabulo Αὐσῆς.

[63] Αὔσων, ὁ Ἴπαλός.] Non ita consignavit hunc locum Stephanus: imo postquam ab Hermolao in compendium erat redactus, plura continuit, de quibus nunc nulla in hodiernis libris fit mentio. Ut hoc certissime credam, movet me Eustathii Archiepiscopi Thessalonicensis auctoritas, qui in commentariis ad Dionysii Periegesin de Ausonibus ὡς δὴ τοῦ Ἑσπερικοῦ χαράγματος ita tradit. Καὶ σημειωτέον, ὅτι τοὺς αὐτοὺς οἱονεὶ λαὸν Αὔσονας ἡ Ἰταλία. λέγονται δὲ Αὔσονες ἀπὸ Αὔσονος, ὃς παῖς ἦν τοῦ Ὀδυσσέως καὶ τῆς Κίρκης, ἢ ἀπὸ τῶν ἐπιτήτων, Ο᾽δυσσεὺς χρησθεὶς τοῦ κριοῦ τὸ τοῦ Ἑσπερικοῦ χαράγματος, ὡς Καλυψὼ χθονοῦσις τοῦ Α᾽τλαντὸς. ἀφ᾽ ὧν ἐστὶ τὸ Σικελικὸν πέλαγος Αὐσόνιον ὀνομάζεσθαι. Ex quibus verbis evidentissime liquet, Eustathium hujusmodi codice fuisse usum, in quo specialim de Ausonis genealogia hoc tradebatur, ipsum *ex Atlante & Calypso* esse genitum. Cum autem hæc verba nusquam in Stephano reperiantur, tutior ipsis non potuit assignari locus, quam ubi Ausonum origo & gentis incunabula erant pertractanda. Communior tamen & magis recepta erat sententia, *Ausonem Ulyssi & Calypsus* filium fuisse, solus Stephanus hac in re ab aliis dissentiebat. Pompejus Festus: *Ausoniam appellavit Auson, Ulyssi & Calypsus filius, eam primum partem Italiæ, in qua sunt urbes Beneventum & Cales. Deinde paulatim tota quoque Italia, qua Apennino finitur, dicta est Ausonia ab eodem duce, à quo etiam conditam fuisse Auruncam urbem ferunt.* Vide quoque hac de re Marcianum Heracleotam: Scholiastam ad lib. IV Apoll. Rhod: Suidam: Johannem Tzetzem in Chiliadibus, & alios quam plurimos.

[64] Κπίνασιν αὐτάν.] In vulgatis Lycophronis exemplaribus legitur: Κπίνασι δ᾽ αὐτὰ. Quæ lectio sit præferenda, alii examinaverint.

[65] Παρ᾽ Αὐσονίτην.] Guilielmi. Canteri editiones hoc loco exhibent: Παρ᾽ Αὐσονίτῃ: sed minus recte, uti ex Epitomatore nostro clare patet.

[66] Ε᾽θνος Θεσπρωτικόν.] Geographi omnes hanc gentem in Illyride collocant. Strabo lib. VII. Arrianus lib. I de Exped. Alex. Mag. & Scylax capite, cui Μάκεδνες titulus est. Igitur vel male Stephanus, vel Thesprotas origine, non habitatione intelligit.

Αὐτομαλά φησι. τὸ ἐθνικὸν, Αὐτομαλακί- A
της, ἀφ' ἧς χώρας τῷ ἢ καθ' ἡμᾶς τύπῳ, Αὐτομαλακός.

Automala nominat. Gentile, Automalacita propter regionis formam, sed noſtra Automalacenſis dicitur.

ΑΥΤΟΜΟΛΟΙ, ἔθνος Αἰθιοπικὸν, οἷς Ἡρόδοτος δύτρα. [67] πίσσῃ δ' Αὐτομόλοισι τύπτουσι ἤνυμά ἐστι Ἀσμάχ. δυώδεκα δ' τὰ τῶν τοῦ ἔθνος, καὶ τὰ Ἑλλήνων γλώσσαν, οἱ ἐξ ἀριστερῆς χεῖρος περιεστάμενοι βασιλεῖ. B

AUTOMOLI gens Æthiopica, de qua Herodotus lib. 11 ita ſcribit: Automoli iſti Aſinach appellantur: quod verbum Græca in lingua idem pollet, quod ſiniſtræ regiæ adſiſtentes.

ΑΦΑΝΝΑΙ [68], χωρίον Σικελίας ἄσημον. ἀφ' οὗ, [69] ἡ εἰς Ἀφάννας, ὅπι τὸ ἀδήλων ἢ ἐκπεπτωκότων. τὸ ἐθνικὸν, Ἀφαναῖος. C

APHANNÆ, ignobile Siciliæ oppidulum, de quo jactatur proverbium, *ad Aphannas*: quod de obſcuris & longe remotis uſurpatur. Gentile, Aphannæus.

ΑΦΑΚΗ [70], πόλις Λιβύης, ὡς Πολυΐστωρ ἐν Λιβυκῶν τρίτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀφακίτης, ἀφ' ἧς ἰδίων τὴ χώρας.

APHACA, urbs Libyæ, cujus Polyhiſtor libro III Libycorum meminit. Gentile Aphacites, propter formam regioni propriam.

ΑΦΕΙΔΑΝΤΕΣ, μοῖρα Μολοσσῶν, D ἀπὸ Ἀφείδαντος βασιλέως.

APHEIDANTES, pars Moloſſorum, quæ ab Apheidante rege nomen habet.

ΑΦΕΤΑΙ, πόλις τῆ Μαγνησίας. Ἑλλάνικος. [71] ὅτι ἐστοῦγεν δύτρα ἄφεσιν ἡ Ἀργὼ ἐπιπλοῦσα, ἢ ὅτι ἐκεῖ οἱ Ἀργοναῦται τὴ Ἡρακλέα κατέλιπον. [72] κεῖται δ' ἐν τῷ Παγασητικῷ κόλπῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀφετεύς, ὡς Παγασεύς, [73] Ἀναφαῖος. E

97 Παυσανίας τρίτῳ.] Hunc Pauſaniæ locum noſter videtur reſpicere: Βρασιαὶ δὲ ἐπάτω μὲ πωτὸν τῆ Ἐλαιοβολακώνων ἀπῆ, θαλάσσῃ ἐσῖ, Κυφαλῶν δὲ ἀπέχουσι σταδίους ἑξήκοντα. Ibidem etiam oppidani nomen reperitur: Βρασιάτας δὲ ἐ πάλαι ὀπιλέγουσι.

98 Βραχία, ἤτως ἡ Ἀραβικὴ θάλασσα καλεῖται.] Quotquot hujus maris mentionem faciunt, penultimam per diphthongum ſcribunt, & ita quoque Cl. Voſſius ad Melam hunc Stephani locum allegavit. Quare vereor, ne omnino hic Βραχεῖα ſit referibendum. Marc. Heracleota in Periplo: Μετὰ δὲ τοῦτα ἡ λεγομένη Βραχεῖα θάλασσα, ἧ

ΒΡΑΧΜΑ̃ΝΕΣ [99], ἴ'ενδικὸν ἔθνος. A [1] σοφιστῶν, ὡς δὲ Βραχμᾶς καλοῦσιν. [2] Ἱερωκλῆς δ' ἐν τοῖς Φιλίστορσί φησι· μὴ παύσασθαι ἄξιον ἐνομίσθη τὸ Βραχμάνων ἰδεῖν φῦλον, ἀνδρῶν φιλοσόφων, καὶ θεοῖς φίλων, [3] ἡλίῳ δὲ μάλιστα καθωσιωμένων. [4] ἀπέχονται δὲ σαρκοφαγίας πάσης, [5] καὶ ὑπομένουσι τὸ ἀεὶ χρόνον βιοῦσιν, καὶ ἀληθείαν τιμῶσι. [6] χρῶνται δὲ ἐσθῆτι λινῇ, τῇ ἐκ πετρῶν λίθων. τὰ μηρύματα μαλακὰ καὶ δέρ-

BRACHMANES, gens Indica sapientissima, quos etiam Brachmas appellant. Hierocles vero in Philistoricis de eis ita refert: Postea operæ pretium visum fuit Brachmanas visere, homines philosophiæ deditos, & diis charos, soli vero præcipue dedicatos. Cæterum ab esu carnium prorsus abstinent, sub dio totam ætatem degunt, & veritatem colunt. Utuntur autem veste linea, ex petris facta: lapidum enim filamenta quædam mollia & quasi cutanea contexunt,

ὁ καὶ ὡσαύτως μάγοις κέλεται. Eodem modo Agathemerus lib. II cap. XI. Μισῶ δὲ παύτας ὡς ἀπὸ ἀρχῆς τὸ Βραχμᾶς πάντας ἐκλιπόσας, ἢ ἢ ἀφ' βραχύτητος (ἐπὶ γὰρ μικρὸν) τοῦτο πεύσεται τὸ ὄνομα, ἀλλὰ ἀφ' τῶ ἐν αὐτῇ βαρύ. Igitur hoc maris etymon deducunt παρὰ τὸ βαρύς, quia plurima in eo sunt brevia & syrtes: Verum alii hoc nomen derivant ab Arabica voce بحر *Bahr mare*, quod auribus Græcis duriuscule sonans, paullo aliter redditum & immutatum est.

[99] Βραχμᾶνες, Ἰνδικὸν ἔθνος.] De hac gente & ejus moribus scribunt Strabo lib. XV: Plutarchus in vita Alexandri: Arrianus de Exped. Alexandri lib. VII, & in Indicis: Clemens Alexandrinus Stromat. lib. III: Porphyrius de Abstinentia lib. IV: Philostratus in vita Apollonii lib. III cap. IV. Quibus adde Palladium & Ambrosium de moribus Brachmanum. Veteribus etiam *Gymnosophistæ* appellabantur, hodie *Bramines*: Illorum doctrinam ac mores Belgico idiomate non indocte descripsit Abrahamus Rogerius, qui per aliquot annos apud orientales Indos ætatem egit.

[1] Σοφιστῶν.] Eorum sapientiam manifeste satis describunt auctores supra allegati, quibus addam verba Ciceronis Tusc. Quæst. lib. V: *Qua Barbaria India vastior aut agrestior? In ea tamen gente primum hi qui Sapientes habentur, nudi atatem agunt.* De illorum sapientia etiam sic scribit Apulejus in Floridis: *Est præterea genus apud illos præstabile, Gymnosophistæ vocantur. Hos ego maxime admiror; quod homines sunt periti, non propaganda vitis, nec inoculandæ arboris, nec proscindendi soli. Non illi norunt arvum colere, vel aurum colare, vel equum domare, vel taurum subigere, vel ovem vel capram tondere vel pascere. Quid igitur est? Unum pro his omnibus norunt. Sapientiam percolunt tam magistri senes, quam discipuli minores.*

[2] Ἱερωκλῆς δ' ἐν τοῖς φιλίστορσι.] Idem Hieroclis opus citatur à Stephano in Ταρακυῖα, & à Johanne Tzetze Chil. VII, Hist. CXLIV. Plurimas videtur peragrasse regiones, & res in itinere visas literis consignasse, ac libros Philistoreos nuncupasse.

[3] Ἡλίῳ δὲ μάλιστα καθωσιωμένων.] Plinius lib. VII cap. II scribit, eos ab exortu ad occasum perstare contuentes solem immobilibus oculis, hæc sunt ejus verba: *Philosophos eorum, quos Gymnosophistas vocant, ab exortu ad occasum perstare, contuentes solem immobilibus oculis; ferventibus arenis toto die alternis pedibus insistere.*

[4] Ἀπέχονται δὲ σαρκοφαγίας.] Testatur Porphyrius lib. IV de Abstinentia, illos præter recentes fructus & oryzam nihil commedere: imo apud ipsos, vel alimentum ex animatis tangere, extremæ impietati simile judicari: Τὸ δ' ἅπτεσθαι τινος ἀψύχου, ἢ ὅλως ἄνευ ἐμψύχου τροφῆς, ἴσον ἐστὶ τῇ ἐσχάτῃ ἀσεβείᾳ τε καὶ ἀσωτίᾳ νενόμισται. Addam præterea Alexandri Polyhistoris verba ex libro de rebus Indicis, quæ leguntur apud Clementem Alexand. lib. III Stromat. Βραχμᾶνάς γ' ὧν ἔτι ἐμψύχων ἐσθίουσι, ἵνα μὴ τὸν πόνον ξέσι. Idem de illis testatur Strabo lib. XV.

[5] Καὶ ὑπομένουσι τὸ ἀεὶ χρόνον βιοῦσιν.] Perhibet Arrianus in Indicis Brachmanas hyeme sub dio apricari, & æstate sub ingentibus arboribus degere, ita enim ille: Οὗτοι γυμνοὶ διατρίβουσι οἱ Σοφισταί, ἔν τε χειμῶνι ὑπαίθριοι ἐν τῷ ἡλίῳ. ἔν τε θέρει, ὅταν ὁ ἥλιος κατίσχυῃ ἐν τοῖς λειμῶσι, ἐν τοῖς ἀλσεσι τοῖς μεγίστοις.

lib. IV perhibet: Τὸν πίνακα χρόνου τὸ ἡμέρας ἐν τῷ νυκτὸς τὸ σκιὰν ἐς ὧρας τῆς ἡμέρας ἐν δίκαις, ἐκ τοῦ ἴσου καλοῦσιν ἡσυχίαν.

[6] Χρῶνται δὲ ἐσθῆτι λινῇ, τῇ ἐκ πετρῶν λίθων &c.] Hic locus in omnibus editis & codicibus MSS pessima interpunctione laborat, nec non aliis mendis à transcriptorum manu profectis, quod monuit clarissimus & eruditione conspicuus Johannes Pearsonus in prolegomenis ad Hierocl. em, hunc in modum constituens atque corrigens: Χρῶνται δὲ ἐσθῆτι λινῇ, τῇ ἐκ πετρῶν λίθων. τὰ μηρύματα μαλακὰ ἐ διημιτόδη συνυφαίνουσι. Hanc emendationem confirmat vir doctissimus verbis Plutarchi, libro de Oraculorum defectu: Τὸν δ' ἐν Καρύστῳ πέτρας, χρόνον ἢ ἐπὶλος ἀφ' ἧς ἀπάπυπτον μηρύματα λίνου μαλακὰ τηλικοῦτον συνυφάνται. Igitur ex Petra Carystia λίθου μηρύματα, eaque ἐ ημιτόδη, uti apud Stephanum διημιτόδη rescripsit: imo τὸ ημιτόδη, nisi nimium à veteri lectione recederet, substituisset. Hanc verborum interpunctionem agnosco summopere necessariam; nam nisi post τὸ πετρῶν collocaveris πλεονασμῶ, tantæ erunt hoc in loco tenebræ, ut ejus defectu universa hujus orationis commoditas interrumpatur & pereat. Verum quod pro τὸ διημιτόδη reposuerit διημιτόδη, in eo tam tute ejus opinionem sequi non licet: nam ὁ πάνυ Salmasius in margine sui libri hæc habet verba: *Lege meo periculo, μηρύματα μαλακὰ ἐ ὁμίματα.* Ego autem hac in re adeo ancipiti nihil definio, cum utraque conjectura, à maximis ingeniis profecta, aliquid contineat, quod veri speciem præ se ferat. Verum præterea in hisce verbis aliud quid est, quod judicium meum remoratur, nimirum, ingens illa & nequaquam reconcilianda discrepantia, quæ apud vetusti ævi scriptores in hac gente describenda conspicitur. Hierocles apud nostrum non duntaxat perhibet eos vestimentis usos fuisse, sed & addit, eadem ex materia linea, quam ipsis petræ suppeditabant, confici solita. Vulgares lineæ vestes Indorum texebantur ex arborum lana, quæ plurimis lini nomine censetur: Arrianus in Indicis: Ἐσθῆτι δὲ ἐνδύονται χρῶνται, κεκτῆσθαι λέγει Νέαρχος, λίνῳ ἢ λαὶ τῷ δενδρίνῳ. Idem invenire est apud Strabonem, Theophrastum, Plinium & alios. Videtur Hierocles hic loqui de lino asbesto, quod describit Plinius lib. XVIII cap. I: *Inventum etiam est, quod ignibus non absumeretur. Vivum id vocant, ardentesque in focis conviviorum ex eo vidimus mappas sordibus exuftas, splendescentes igni magis, quam possent aquis. Regum inde funebres tunica, corporis favillam ab reliquo separant cinere. Nascitur in deserto adustisque sole Indiæ, ubi non cadunt imbres, inter diras serpentes: assuescitque vivere ardendo, rarum inventu, difficile textu propter brevitatem.* Formam vestium accurate describit Philostratus lib. III de vita Apollonii; erat enim ad exomidum formam concinnata, de quibus. Gellius lib. VII cap. XII & Hesychius in illa voce. Philostrati hæc sunt verba, vestimentorum formam & materiam depingentia. Καὶ τὸν ἐσθῆτα ἐκπεπλέξθαι παρασκευὴν τοῦ ἐξωμίσεν. ἐξωμὶς δὲ ἐστὶ, ἐξαιρεῖ αὐτοφυὲς ὁ γῆ φύει, λεπτὸν μὲν ὑ δὲ ὕλη ἐ ἐλάτης, ἐξαιρεῖ αὐτοφυὲς ὁ γῆ φύει, λεπτὸν μὲν ὑ δὲ ὕλη ἐ Παμφύλων, μαλακώτερον δὲ πάντ ἢ ὑ πίμελλα, ὅσα τε Ἴλλυσι ἐν αὐτῷ λείουσι. τῶν ἐμῶν ἑώρων πολλάκις, καὶ ἐ τῆς ὑπερ τῆς Ἰνδῶς τούτας ἀπεσκεύασαν αὐτό. ὑ μὴν ὅτι γε ἐ ἰδεῖν. Adeo ut nobis ex antiquorum monumentis innotescat materia & forma vestium, quibus Brachmanes utuntur: Sed alii contra aperte testantur, eos nudo corpore degere. Arrianus lib. VII de exped.

Alexan-

κὴ δέρματα,[7] ὅ δὴ σωυφαίνεσιν. ἐξ ὧν ὑφάσματα γίνεται,[8] μήτε πυρὶ καιόμενα, μήτε ὕδατι καθαιρόμενα,[9] ἀλλ' ἐπιδὰν ῥύπῳ ἓ κηλιδὶ ἁλῷ, ἐμβληθέντα εἰς φλόγα, λύκα ἓ λαμπανῆ γίνεται.

texunt, ex quibus vestimenta fiunt, neque igne comburenda, neque aqua purganda; sed cum sordes & maculam contraxerint, in flammam conjecta, pura & splendida evadunt.

ΒΡΑΧΥ'ΛΗ, πόλις Κρητῶν· ἔστι δὲ τῆς Ἴβηρίαν ὁμορέσα. τὸ ἐθνικὸν, Βραχυλαῖος.

BRACHYLE, urbs Cretenarorum. Illi autem Iberis sunt contermini. Gentile, Brachylæus.

ΒΡΕΑ'[10], πόλις, εἰς λῶ ἀποικίαν ἐστίλαντο Ἀθηναῖοι. τὸ ἐθνικὸν, ἐδὲ Βρεάτης. ἔστι δὲ Βρεὰς ὡς ἀπὸ Θεοπόμπῳ εἰκοστῷ τρίτῳ.

BREA, urbs in quam Athenienses coloniam misere. Gentile oportebat esse Breates, verum Breæus reperitur apud Theopompum libro XXIII.

ΒΡΕ'ΝΘΗ[11], πόλις Ἀρκαδίας, ἧ πλησμὸς[12] Βρενθιάτης. καὶ τὸ ἐθνικὸν, Βρενθιάτης, ἢ Βρενθιάδης,[13] ὡς εἰρήκασι ἀπὸ Θεοπόμπου *

BRENTHE, urbs Arcadiæ, & fluvius Brenthiates. Gentile, Brenthæus, sive Brenthiensis, quemadmodum in voce Orthe dicetur.

ΒΡΕΝΤΗ'ΣΙΟΝ, πόλις ἀπὸ τῆς Ἀδρίας,[14] ἀπὸ Βρέντης Ἡρακλέους, ἢ ὡς ἐλίμενόν ἐστιν, ἐνὶ μὲν στόματι λιμένες πολλοὶ συγκλείουσι. ὡς ἐοικυῖα τοίνυν κεφαλῇ ἐλάφου, ὅταν ὠνόμασεν.[15] Βρένιον ἓ ἀπὸ Μεσσαπίου, ἢ τὴ ἐλάφου κεφαλὴ, ὡς

BRENTESIUM, urbs Italiæ, ad mare Adriaticum, sic dicta à Brento Herculis filio, vel quod portum opportunum habeat: uno enim ostio complures includuntur portus. Unde quod figuram capitis cervini præ se ferat, nomen ei impositum. Brentium enim Messapiis caput cervi-

Alexandri: Ἐκ Ταξίλα αὐτὸ ἀφικομένῳ, τὸ ἰδιωτικὸν τῶν Σοφιστῶν ὑπὸ τῆς γραφῆς, πεῖσαι ἐγένετο ξυνεῖναί πᾶσι οἷς ἓ ἄνδρα τινὰ, ἐπ' ἴσης ἐφεπόμενον αὐτῷ ἐπαίσασιν. Vide præterea alium Artemi locum in Indicis, & Ciceronem lib. v. Tuscul. jam supra à nobis allegatum. Megasthenes apud Strabonem inter Brachmanas & Germanas distinguit; illos refert post septem & triginta annos συνδιατρῖβειν, (qui appellantur Ἀλανοὶ) ex libris arborum vestem habere. Quicquid sit, non facile mihi persuaserim hoc vestimentum, de quo Hierocles apud nostrum, Brachmanibus adeo vulgare fuisse, ut quotidiano privatove usui inservierit: ejus enim materia inventu rara, & textu difficilis erat: fortasse ea veste circumdati rebus sacris operam dedere, quod ex Philostrati verbis haud obscure liquet.

[7] Ὃ δὴ σωυφαίνουσι.] Vetustissimus codex Palatinus, nec non chartaceus Vossianus: ὃ δὴ σωικφίμουσιν. Ad hanc vocem quædam in margine sui libri annotavit Salmasius, quæ adeo sunt exesa atque detrita, ut legi minime possint. Cl. Paersonus illud ὃ δὴ expunxit, quod malim hunc in modum corrigere: ἃ δὴ σωυφαίνουσιν.

[8] Μήτε πυρὶ καιόμενα &c.] Serium vestimentis (quos Brachmanibus finitimos statuunt) Anonymum in Exegesi Ordi τῇ τῆς ἀδυναμίας, ἐξαίτιας πᾶσι κοινοῦ. ἀλλ' ὅτιως ἐπὶ τῶν συμβαινόντων, ὅλῳ τινὶ ἓ ἐξ ὅλου τῶν μερῶν ἕνεκα ἐστὶν, ἢ μηδὲ κεκοινωνήκασιν ἀλλήλοις, τῷ μὲν ἓ ἐξ ὅλου τῶν μερῶν, τοῖς δὲ μέρεσι τοῦ ὅλου γίνεται.

[9] Ἀλ' ὑπερβάντα ἓ καλῶς ἐμπλεκθῆ.] Codex Vossianus MS. & antiq. Palatinus auctiores sunt, in iis enim hic locus hunc in modum legitur: ἀλλ' ἐπιδὰν ῥύπῳ ἓ καλῶς ἐμπλακθῇ ἓ χρώμασι, ἐμβληθῇσα εἰς φλόγα &c. Ad quam accessionem Salmasius in ora sui Stephani ita scribit: *illud ἓ καλῶς non est otiosum, sed optime savet, & ἓ ἐμπλακθῇ elegantur dyti veteris sapiens.* Sed orationis sententiarum locum ita supplerem: ἀλλ' ἐπιδὰν ῥύπῳ ἓ κηλῖδι ἁλῷ, ἢ ἐμπλακθῇ δὴ τῇ χρώμασι, ἐμβληθέντα εἰς φλόγα, λύκα ἓ λαμπανῆ γίνεται.

[10] Βρέα, πόλις.] Mirum profecto, Epitomatorem non addidisse, qua in regione urbs fuerit sita. Hesychius et Cratino ejus meminit, & Thraciæ adscribit, ita enim ille: Βρεὰ. Κρατῖνος. μνημονεύει ἓ τῆς εἰς Βρέαν ἀποικίας. ἓσι δὲ πόλις Θρᾴκιος, εἰς ἣν Ἀθηναῖοι ἀποικίαν ἐξεπεμψαν.

[11] Βρένθη, πόλις Ἀρκαδίας.] Sine dubio Stephanus in genuino opere auctoritate Pausaniæ usus est, quam neglexit Epitomator, sic enim ille de urbe & fluvio in Arcadicis: Παυσανίας δὲ ἓ ἐγχ.[1] πεῖσιν ἐξηνεγκὼς τοιῶνδε μέλλοντα, ἓ πέλειος ἱρείσια Βρενθίης ἐστὶ οὐ διέπω ἓ ὁδῷ, ἓ ποταμὸς ἐξεισιν αὐδὴ Βρενθιάτης. Verum Sylburgius jam monuit eo in loco Βρένθη & Βρενθιάτης scribendum esse.

[12] Βρενθιάτης.] Sequor editiones Xylandrianam præcedentes: male enim hæc exhibet: Βρεντιάτης.

[13] Ὡς εἰρήκασι] παρὰ ἓ Ὀ ἔξη.] Ita codex Vossianus exhibet, & eodem modo Salmasius in quodam codice invenit, uti testatur in margine sui Stephani: præterea addens: *ne quid dissimulem, legunt MSS uno consensu* παρὰ ἓ Ὀ ἔξη. *Itaque forte legendum esset: τὸ ἐθνικὸν, Βρενθιάτης, ἢ Βρενθιάδης, ὡς εἰρή*] παρὰ τῷ ὀρθῷ Βρενθιάδι. Verum hanc conjecturam minime probo: locus enim in libris MSS satis integer conspicitur. Stephanum in genuino opere de *Orthe*, urbe Perhæbica, loquutum fuisse, nullus ego dubito, quanquam ne χῷ quidem de illa Epitomator: nam post vocem Ὀρθία nunc ingens lacuna conspicitur. Præterea si τῆ Βρένθη & Ὀ ἔξη terminationis similitudinem consideres, infallibile habebis documentum, in voce Ὀ ἔξη de gentilibus ἀπὸ Βρένθης mentionem fieri potuisse.

[14] Ἀπὸ Βρέντε Ἡρακλέους.] Salmasius in margine sui libri existimat, hunc eundem esse Herculis filium, quem noster infra in voce Βρέντιον appellavit *Brentium*.

[15] Βρένιον γὰρ παρὰ Μεσσαπίοις ἡ ἐλάφου κεφαλή.] Omnia hæc de opportunitate portus Brundulini, & illa quæ nominis etymologiam spectant, noster hausit ex Strabone lib. VI: Καὶ δύλιμένον δὲ μᾶλλον τὸ Βρεντέσιον. ἐνὶ μὲν στόματι πολλοὶ κλείονται λιμένες ἀλλήλοις, πολλὰν κόλπων ἀποπλατυνομένων εἴσω. ὥστε ἐοικέναι κέρατι ἐλάφου τὸ χῶρον· ἀφ' ἓ ἐστὶ τοιοῦτος, σημεῖον ἓ τῇ πόλει κεφαλὴ κρίνεται ἐλάφου ἀποτόμου ὁ τόπος, τῇ δὲ Μεσσαπίων γλώσσῃ Βρεντέσιον ἡ κεφαλὴ ἓ ἐλάφου καλέσθαι. Optime Cluverius emendavit Βρένιον quemadmodum habet Stephanus. Sed operæ pretium videtur admonere, vitium hoc Eustathii ætate codicibus Strabonis insedisse, ita enim ille ad Odyss. A. pag. 1409: Καὶ τὸ μὲν Βρεντέσιον, δύλιμένον εἶναι λέγει. καὶ κέρατι ἐλάφου ἐοικυῖα φησὶ κεῖσθαι τὸ χῶρον, ἀφ' τὸ εἰς πολλοὺς κόλπους ἐκεῖθεν πολυμερεῖς· καθ' ἃμιλλάν τινα, ὡς εἰκὸς, ἓ Ἐυζωνίοις κίνεσι γράσασα μὲν φησι Μεσσαπίων, Βρεντέσιον τὴν τῆς ἐλάφου καλεῖ κεφαλήν. Ibi quoque Βρένιον reponendum esse, non duntaxat liquet

ὡς [10] Σέλδικος ἐν δωτίρῳ γλωσσῶν. τὸ ἐθνικὸν, Βρεντησῖνος.

ΒΡΕΤΤΙΑ [17], νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, πολλῶν ἔχουσα Βρέττιον· πρώτην Ἐλαφρόσαυν Ἕλληνες, οἱ δὲ Βρεττανίδα καλοῦσι. [18] τὸ ἐθνικὸν, ἔδη Βρεττιανὸς, ὡς Πολύβιος· τὸ ἡλυκὸν, ὅπου Βρεττιανλὸν πῶων. νῦν δὲ Βρέττιοι λέγουσι). εἰσὶ δὲ [19] Βρεττανίδες νῆσοι ἐν τῷ Ὠκεανῷ, ὧν τὸ ἐθνικὸν Βρεττανοί. Διονύσιος· [20] ὑφελὼν τὸ ἐν τ, ἔφη,

Ὠκεανὸς κέχυται ψύχρος ῥόος, ἔνθα Βρεττανοί.

[21] καὶ ἄλλοι ὕπω Δ᾽ Τ, Πρεταινίδες νῆσοι, ὡς Μαρκιανὸς δὲ Πτολεμαῖος.

ΒΡΕΤΤΟΣ, πόλις Τυρρηνῶν, [22] ἀπὸ Βρέττου Ἡρακλέους, καὶ Βαλητίας τῆς Βαλήτου. οἱ οἰκήτης, Βρέττιοι. καὶ ἡ χώρα Βρεττία, [23] καὶ ἡ γλῶσσα. [24] Ἀριστοφάνης,

Μέ-

ex Stephano, verum præterea ex Hesychio, apud quem ita legimus Βρέντιον, ἕλαφον. Quare poëtæ brevitatis causa hanc urbem *Brendam* appellarunt. Sex. Pomp. Festus: *Brundisium quidam poëta brevitatis causa Brendam dixerunt.* Etymologici Mag. Auctor: Βρέντιον, ἕλαφον, ἢ κεφαλὴν ἐλάφου. Sylburgius ex Suida monuit, hic Βρέντιον reſcribendum eſſe. Vide inſuper Etymologum in Βρεντήσιον, Suidam, & alios.

[10] Σέλδικος ὁ δωτίρῳ γλωσσῶν.] Seleucus grammaticus Hesychio, Etymologicographo & aliis frequentiſſime adeſt.

[17] Βρεττία, νῆσος ἐν τῇ Ἀδρίᾳ.] In libris MSS & vulgatis manifeſtiſſimus conſpicitur error, in illis enim legitur Βρεντέλλα, νῆσος. Monente Cl. Salmaſio ad marginem ſui libri, emendavimus Βρεττία, quod appellationi fluminis & gentili reſpondet. Hanc ſententiam etiam Holſtenio receptam comperi. Eadem hæc leguntur apud Etymol. Mag. Auct. in Βρεττιανοί. Βρεττία δὲ ἡ νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, πολλῶν ἔχουσα Βρέττιον. οἱ δὲ Βρεττανίδα καλοῦσι. Ita hic locus eſt legendus. Hæc, uti judicat Hermolaus Barbarus, eſt *Prattia* Plinii, de qua lib. IV cap. XXVI ita ſcribit: *Contra Surium bubus & caprii laudata Brattia, Iſſa civium Romanorum reliqua, & cum oppido Pharia.*

[18] Τὸ ἐθνικὸν, ἔδη Βρεττιανὸς, ὡς Πολ. &c.] Florentina editio: τὸ ἐθνικὸν, ἔδη Βρεττιανὸς, male. In Palatinis codicibus & Voſſiano totus locus ita legitur, & interpungitur: Τὸ ἐθνικὸν ἔδη Βρεττιανὸς, ὡς Πολύβιος. τὸ ἡλυκὸν ἐπὶ Βρεττιανλῷ τόπων. Fulvius Urſinus in fragmentis Polybianis hunc locum, cum nota defectus, ita conſtituit. Βρεττία, νῆσος ἐν τῇ Ἀδρίᾳ· τὸ ἐθνικὸν ἔδη Βρεττιανὸς, ὡς Πολύβιος· τὸ ἡλυκὸν. ἐπὶ Βρεττιανλῷ * τόπων. Illud autem ἡλυκὸν ita conſtruit, quaſi alibi Polybio uſurpatum fuiſſet. Certiſſimum eſt & minime dubium, Polybium ea voce eodem genere uſum fuiſſe lib. I ubi de populatione agri Brutiorum loquitur: Καίτοιγε δὲ τῶν Λοκρίδων ἐν τῶν Βρεττιανλῷ μέρει, ἐπιπολῆς σὺν ὅλῳ κατῆρε πολὺ τῆς γῆς ἐσῆς τῶν Παναρμίτην, ἢ κακλαμβάνει τ ἐπὶ τ Ἐρκτῖνες λεγόμενα τόπον. Præterea veritati congruum videtur, Stephanum hunc locum in genuino opere habuiſſe, & jam Epitomatoris incuria, nullius momenti ac mutilum δύπαρ ἀφάνισεν ſupereſſe. Verum illud Polybii Βρεττιανὸν, gentile non eſt ab inſulæ cujuſdam appellatione deductum, ſed ab illa regione, quæ Latinis Brutiorum ager dicitur: de quo Stephanum hac ſectione præter alia mentionem feciſſe firmiter mihi perſuadeo, nam in ſequentibus addit: πῶν δὲ Βρέττιον λέγοντες, quod de Brutii agri incolis intelligendum Fortaſſis Stephani verba hunc in modum ſunt conſtituenda: Τὸ ἐθνικὸν, ἔδη Βρεττιανὸς, ὡς Πολύβιος· τὸ ἡλυκὸν, Βρεττιανὸν, ἐπὶ τόπων.

[19] Βρεττανίδες νῆσοι.] Intelligit noſter Albionem & Hyberniam. Euſtathius ad Dionyſium: Αἱ Βρεττανίδες εἰσὶ δύο νῆσοι, Οὐϊρνία, καὶ Ἀλβιών. ἤτοι Βρεττία δὲ Ἀλβιών. Sic quoque alibi Stephanus: Ἰέρνια, ἡ Πρεταινικὴ νῆσος, ἤ δύο ἐπίκλησιν. Vide Plinium lib. IV cap. XVI.

[20] Τ᾽φελὼν τὸ ἐν τ.] Quanquam Dionyſius, unde hunc verſiculum noſter tranſcripſit, ob moduli legem alterum τ expunxerit, evidentiſſimum tamen eſt ex antiquis Romanorum nummis, diverſimode hujus inſulæ nomen ſcribi ſolitum; in iis enim conſpicitur *Brettania*, *Brittania*, & *Britannia*. Quæ ſcripturæ inconſtantia hinc originem traxiſſe videtur, quod hæc inſula ipſis minus nota, & eorum armis jam pridem occupata eſſet.

[21] Καὶ ἄλλοι ὕπω Δ᾽ Τ.] Plurima occurrunt in antiquorum ſcriptis & regionum & oppidorum nomina, in quibus B in Π mutatur, uti Ἀμβρακία Ἀμπρακία, Ἄβδηρις Ἄπδηρις. &c.

[22] Ἀπὸ Βρέττου Ἡρακλέους.] Eandem quoque appellationis rationem adducit Euſtathius ad Dionyſium, addens præterea aliam ex Strabone lib. VI. Lucani huic genti nomen dedere, qui deſertores ſive deſectores Brettios vocant, hæc ſunt Geographi verba: Ὠνόμασται δὲ τὸ ἔθνος ἀπὸ Λεύκωνος, Βρεττίους γὰρ καλοῦσι τοὺς δουλόσους, ἀπόστασιν δή, ὡς φασι, ποιμαίνοντες σφίσιν τοὺς &c. Vide quoque Diodorum Sicul. lib. XVI, & Cluverium hac de re ſcribentem lib. IV cap. XV Ital. Antiq.

[23] Καὶ ἡ γλῶσσα.] Sic conſtanter legunt libri MSS & vulgati, ſed peſſimo errore. Primus omnium vidit doctiſſimus Bochartus, hunc locum maxime depravatum eſſe, & manifeſtiſſimis documentis oſtendit, hic pro γλῶσσα ſcribendum eſſe πίσσα, quam vocem lubentiſſime in contextum admiſiſſem, ſi vel minimam mutationem in MSS animadvertiſſem. Locum unum atque alterum addam, ubi veteres de *Brutia pice* mentionem fecere. Columella lib. XII cap. XVIII: *Nec dubium, quin ſi quinta pars picis Brutiæ in univerſam coctluram adjiciatur, utiliſſimum ſit omni vindemiæ.* Plinius lib. XIV cap. XXII: *Pix in Italia ad vaſa vitibus condienda maxime probatur Brutia.* Alia loca, & longe quidem præſtantiora, ex ſupra laudati Bocharti lib. I de Phœnicum coloniis peti poſſunt.

[24] Ἀριστοφάνης.] Hic verſiculus re vera non eſt Ariſtophanis comici, ut optime monet Cl. Bochartus; nam Brutiorum nomen illius ævo nondum exſtabat. Neque enim ſcripſit Ariſtophanes olympiade CXIV, ut habetur in Suida, ſed olympiade LXXXVIII ad XCVI. At olympiade demum CVI latronum & ſervorum in Lucania colluvies, urbibus aliquot occupatis, Brutiorum nomen accepit. Igitur pro Ariſtophane reſcribendum Ἀγαθοφῶν, qui novæ comœdiæ poëta multo recentior eſt, & ſæpiſſime Athenæo citatur.

A cervinum appellatur, uti Seleucus libro II Gloſſarum auctor eſt. Gentile, Brentesinus.

BRETTIA, inſula maris Adriatici, habens fluvium Brettium. Hanc Græci Elaphuſſam, alii vero Bretanidem appellant. Gentile oportebat eſſe Brettianus, cujus fœmininum Brettiana uſurpavit Polybius pro loci nomine. Nunc autem Brettii vocantur. Sunt item Brettanides inſulæ in Oceano, quarum gentile eſt, Brettani. Dionyſius alterum τ auferens, dixit:

Oceani diffuſum eſt frigidum fluentum, ubi Bretani.

Et alii quoque, per Π efferunt, Pretanides inſulæ, uti Marcianus & Ptolemæus.

BRETTOS, urbs Tyrrhenorum, quæ à Bretto Herculis filio & Baletia Baletæ filia nomen habet. Incolæ, Brettii. Brettia quoque de regione & de pice dicitur. Ariſtophanes:

Pix

Μέλαινα [27] δεινὴ γλῶσσα Βρεττία παρῆν. A
[28] Ἀντίοχος δ' ἐν τῷ Ἰταλίαν φησὶ κληθῆναι Βρεττίαν, ἀπὸ Οἰνωτρίας.

Pix nigra odore Brettia adsuit gravi.
Antiochus vero perhibet, Brettiam Italiam vocatam fuisse, deinde Oenotriam.

ΒΡΙΓΕΣ [29], ἔθνος Θρᾳκικόν. [30] Ἡ πρόδοσις ἰόδμη. οἱ δὲ Φρύγες, ὡς Μακεδόνες λέγουσι, καλέοντες Βρίγες. [31] καὶ Βριγία ἡ Τρωικὴ, τυπίσιν ἡ Φρυγία, [32] ἀπὸ Βρίγα τοῦ κατοικήσαντος ἐν Μακεδονίᾳ. [33] Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ κλίσεως ὀνομάτων, Βρίγαλλας αὐτὰς φησι. τὰ δὲ εἰς γας λήγοντα ὀνόματα, ἰσοσυλλάβως κλίνεται, ὅτι μόνον εἰσὶ κύρια. τὸν δὲ φημι διὰ τὸ Βρίγας. [34] ἔθνος ἐστὶ Βρεττανικὸν ὀι. *

BRIGES, gens Thracica, de qua Herodotus libro VII: Phryges autem, uti Macedones ajunt, appellantur Briges: Et Brigia, ager Trojanus, hoc est Phrygia, à Briga qui in Macedonia habitavit. Herodianus libro primo declinationis nominum, eos Brigantas vocat. Nomina enim in γας desinentia, parisyllabice declinantur, cum duntaxat propria sint. Hoc autem dico propter τὸ Βρίγας: est vero gens Britanniæ. *.

ΒΡΙΚΙΝΝΙΑΙ [35], πόλις Σικελίας. τὸ ἐθνικὸν, Βρικιννιάτης.

BRICINNIÆ, urbs Siciliæ, cujus gentile, Bricinniates.

ΒΡΙΣΑ [36], ἄκρα Λέσβου, ἐν ᾗ ἵδρυται Διόνυσος Βρισεῖ.

BRISA, promontorium Lesbi, ubi Dionysus Brisæus colitur.

ΒΡΟΥΣΙΣ, μοῖρα Μακεδονίας, [37] ἀπὸ Βρύσου Ἡμαθίου παιδός. τὸ ἐθνικὸν Βρῦσοι, ὡς Κόλχοι. [38] τινὲς γεάφουσι διὰ ὑ.

BRUSIS, pars Macedoniæ, quæ à Brusо Emathii filio nomen habet. Gentile, Brusi, uti Colchi. Quidam vocem per y scribunt.

ΒΡΟΥΤΤΟΒΡΙΑ, πόλις μεταξὺ Βαίτιος ποταμοῦ, [39] καὶ Τυρλανῶν· δηλοῖ δὲ Βρεττόπολιν. [40] τὸ δὲ Βρια τὸν σημαίνει, ὡς

BRUTOBRIA, urbs inter Bætim amnem & Turditanos. Significat autem Bruti urbem: nam hoc notat vox *Bria*; quemadmodum

[27] Δεινὴ γλῶσσα Βρεττία.] Ex emendatione Cl. Bochartі legendum est: Δεινὴ πίσσα Βρεττία, qua in re ipsi manus dare nemo paullo humanior recusabit.

[28] Ἀντίοχος δὲ ἐν τῷ Ἰταλίαν &c.] Antiochi sententia, ut putat Cluverius, hæc fuit: Id terrarum spatium, quod Brutii incoluerunt, primo vocatam fuisse Oenotriam, deinde Italiam, ac tandem Brettiam. Certissimum est, hæc verba esse transpolita, quæ Cl. Bochartus ita constituit: Ἀντίοχος δὲ τὴν Βρεττίαν φησὶ κληθῆναι Ἰταλίαν, εἶτα Οἰνωτρίαν. Verum Antiochi locum ex Strabone lib. VI in medium adducam, ut hinc appareat, quæ vera historici sententia fuerit, & quem in modum illa apud Stephanum verba sint constituenda: Φησὶ δ' Ἀντίοχος· ὃν τὸν τόπον τινὲς συγχωροῦσι, πρότερον μὲν Οἰνωτρίαν, ὕστερον δὲ Ἰταλίαν συγχωρήσαι, τὸν τελευταῖον δὲ καὶ Βρεττίαν κληθῆναι, οὕτως ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος. Itaque Stephani locus fortasse hoc modo est emendandus: Ἀντίοχος δὲ τὴν Βρεττίαν φησὶ κληθῆναι Ἰταλίαν, πρότερον δὲ Οἰνωτρίαν. De Antiocho & ejus Scriptis videtis Vossium de Hist. Græcis.

[29] Βρίγες ἔθνος Θρᾳκικόν.] Briges ex Europa in Asiam transiere, ibi Phrygiam incolentes, Phryges appellati sunt. Plinius lib V cap. XXXII: *Sunt auctores transisse ex Europa Mysos, & Brigas & Thynos, à quibus appellantur Mysi, Phryges, Bithyni.* Eustathius ad Dionysium: Βρίγες, μετωβάντες εἰς Ἀσίαν, μετωνόμασε καὶ τὸ τῶν Φρυγῶν ὄνομα. Hac de re etiam Strabo lib. VII

[30] Ἡ δὲ προδοσις ἰόδμη.] Addam integrum Herodoti locum: Οἱ δὲ Φρύγες (ὡς Μακεδόνες λέγουσι) σὺν ἀλίσκετο Βρίγες ἐόντες Εὐρωπαῖοι ἐοντες στρατῷ Μακεδόνι. Μετεβάντες δὲ ἐς τὴν Ἀσίην, ἅμα τῇ χώρῃ ἐ τὸ ὄνομα μετέβαλον ἐς Φρύγας.

[31] Καὶ Βριγία ἡ Τρωϊκὴ. &c.] Servius ad hæc verba Virgilii lib. I Æneid. *Phrygiaque biremes*, ita scribit. *Phrygias, Troianas: Troja enim Phrygia provincia est, & verisimile est, Æneam de omni illa provincia socios habere potuisse.*

[32] Ἀπὸ Βρίγα τοῦ κατοικήσαντος.] Pessime exhibet Xylandriana editio: ἀπὸ Φρύγα τοῦ καθικόμενος εἰς Μακεδονίαν. Veterem veramque lectionem ex prioribus editionibus & codicibus calamo exaratis revocare placuit.

[33] Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ κλίσεως ὀνομάτων.] Cod. Vossianus: Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ κλίσεως ὀνομάτων. Herodianum de inflexione nominum declinentium in ας scripsisse, etiam liquet ex nostro in voce Ἄσσα, ubi hæc citantur: Ἡρωδιανὸς δὲ φησιν, ὅτι τὸ Ἄσσος, ὅτι ἴδιόν σημαίνει, ἀσύλλαβον κλίνεται· οἷον· ὅτι δὲ ἴδια κύριον, καὶ ἰσοσυλλάβως κλίνεται· Ἀσσείου Ἀσσίου. Igitur hinc satis liquet τὸ Βρίγας nomen gentis, imparisyllabice, sed nomen proprium herois denotans, parisyllabice, & ex canone allegato, etiam imparisyllabice mutari posse.

[34] Ἔθνος δὲ ἐστι Βρεττανικὸν.] Brigantes rerum Anglicarum scriptoribus sunt *Eboracenses*, qui vulgo *Yorkshire men* appellantur. Videsis Lelandum & Camdenum.

[35] Βρικιννίαι, πολ. Σικελ.] Omnes vulgati singulari numero hujus loci nomen efferunt, quod nos auctoritate codd. Palatinorum immutavimus. Fuit hoc nomine arx in agro Leontino, cujus meminit Thucydides lib. V: Ὑστερον δὲ πάλιν αὖτοῖς τινες, ἀφ' ὧν μὲν ἀφίκοντο, ἀσπασάμενοι ἐκ τῶν Συρακοσίων, Φυκικὰς πρὸ πολέως πρὸ Λεοντίνων χωρίον καλούμενον καλλιπαρδάσιοι, καὶ Βρικιννίας, ὃν ἵδρυτο ἐκ τῆς Λεοντίνης.

[36] Βρίσα, ἄκρα Λέσβου.] Hujus promontorii, & Bacchi ibidem culti meminit Androtion apud Etymologici Mag. Auct. Βρισεῖ, ὅτιως ὁ Διόνυσος. νῦν οἱ δὲ Δι' ᾗ ἡ, πεσσῷ τὸ βρίζειν ἐστί, ὁ ὀρμηθήκως· οἱ δὲ ἀπὸ ἄκρας Λεσβιακῆς Βρίσης, ἧς μέμνηται Ἀνδρωτίων. ὅτι τὸ ἱερὸν ᾗ ἵδρυται ἐν τῇ Βρίσῃ Φησὶν ἱδρύσας ὑπὸ Μακαρέως.

[37] Ἀπὸ Βρύσου Ἡμαθίου.] Codex Vossianus: Ἀπὸ Βρίσου Γιγαντίου.

[38] Τινὲς γεάφουσι διὰ ὑ.] Ita emendavi ex chartaceo Vossiano: pessime enim in aliis editionibus excusum est: τινὲς γεάφουσι διὰ τοῦ ε.

[39] Καὶ Τυρλανῶν.] Leve mendum irrepsit, quod Cluverius in Germania antiqua, legendo καὶ Τυρρηνῶν, emendavit. Stephanus noster Τυρρηνία, χώρα τῆς Ἰταλίας. καὶ ἡ Βασιλὴ καλεῖται, ἀπὸ Βασιλῆ τοῦ πολεμήσαντος. οἱ οἰκοῦντες Τυρρηνοί.

[40] Τὸ δὲ βρία τὸν σημαίνει.] Igitur ex mente nostri auctoris τὸ βρία urbem denotat, quod etiam aliis in locis manifestе satis indicat: Μεσημβρία, πόλις Πόντου. Νικόλαος, πίμπλημι· ἐκλέγουσι δὲ Μίλητοι· βρία γὰρ τὴν πόλιν φασὶ Θρᾷκες. Verum est, Thracum lingua τὸ βρία urbem significare, quemadmodum etiam ex Strabone lib. VII

ὡς Πολτυμβρία, Σηλυμβρία. ὅθεν τὸ ἐθνικὸν Βρεττοβριανὸς, ὡς Σηλυμβριανὸς, Πολτυμβριανὸς, Μεσημβριανός.

ΒΡΟΤΤΙΑ [39], μέρος Σικελίας. τὸ ἐθνικὸν, Βρέττιοι.

ΒΡΥΑ΄ΝΙΟΝ [40], πόλις Θεσπρωτίας. τὸ ἐθνικὸν. Βρυάνιος, [41] ὡς Βυζάντιος.

ΒΡΥΓΙ΄ΑΣ, πόλις Μακεδονίας. [42] τὸ ἐθνικὸν, Βρύγιος.

ΒΡΥ΄ΓΙΟΝ, πόλις Μακεδονίας. τὸ ἐθνικὸν, Βρύγιος, καὶ Βρυγιεύς.

ΒΡΥ΄ΚΗΣ, καὶ Βρύκαι, ἐθνικὸν Θρᾴκης. λέγονται δὲ Βρυκεῖς, καὶ Βρυκήσιοι.

ΒΡΥ΄ΑΛΙΟΝ, πόλις ἐν τῇ Προποντίδι. Ἔφορος δὲ ἐν πέμπτῃ [43] Κεῖον αὐτὸν φησιν εἶναι. τὸ ἐθνικὸν, Βρυλλιανός· δὲ τὸ θηλυκὸν Βρυλλὶς ἡ χώρα, [44] ἐν ᾗ Δασκύλειον ἔστι μικρὸν πολισμάτιον.

ΒΡΥ΄ΞΙ, τὸ ἐθνικὸν, [45] καὶ Βρυγαί. δὲ Βρύξ τὸ θηλυκὸν, Βρυγὶς δὲ Βρυγὶς, ὡς Καδμηΐς. εἰσὶ δὲ Μακεδονικὸν ἔθνος, παροικοῦσι δὲ Ἰλλυριοῖς.

ΒΡΥΣΑ΄ΚΙΟΝ, [46] πόλις τῆς Παρθίνης. [47] οἱ πολῖται, Βρυσακηνοί.

ΒΡΥΣΙΑΙ [48], πόλις Ἠλίδος, ὡς Αὐγεῖαι, ἀπὸ τοῦ πληθυντικῶς λέγεσθαι.

ΒΡΥΣΤΑΚΙ΄Α [49], πόλις Οἰνώτρων, τὸ ἐθνικὸν, Βρυσακιάτης.

dum Poltymbria, Selymbria. Unde gentile Brutobrianus, uti Selymbrianus, Poltymbrianus, Mesembrianus.

BRUTTIA, pars Siciliæ. Gentile, Brutii.

BRYANIUM, urbs Thesprotiæ. Gentile Bryanius, uti Byzantius.

BRYGIAS, urbs Macedoniæ. Gentile, Brygius.

BRYGIUM, urbs Macedoniæ. Gentile, Brygius & Brygiensis.

BRYCES & Brycæ, gens Thraciæ. Appellantur etiam Brycenses & Bryceïi.

BRYLLIUM, urbs in Propontide. Ephorus vero libro quinto eam Cium esse perhibet. Gentile, Bryllianus: & regio genere fœminino Bryllis dicitur, in qua Dascylium exiguum oppidum situm est.

BRYX, populus, & Brygæ. A voce Bryx fit fœmininum Brygis & Brygeis, quemadmodum Cadmeïs. Est autem gens Macedonica, Illyriis finitima.

BRYSACIUM, oppidum Parthinæ, cujus oppidani Brysacii dicuntur.

BRYSIÆ, urbs Elidis, uti Augiæ, propterea quod numero multitudinis efferatur.

BRYSTACIA, urbs Oenotrorum. Gentile, Brystaciates.

BYBE,

ΒΥ΄ΒΗ,

apparet. Sed quid Thracum lingua in Hispania? Cum Cluverio existimo, erasse Stephanum, eumque affinitatem vocabulorum Βέλα & Βέλγα decepisse. Illud Briga Celtis, Hispanis, Gallis, & Anglis notum fuit: nam plurima oppida in istis regionibus reperiuntur, quæ in dictam vocem exeunt, nihil aliud quam pontem significantem. Qua de re vide Cluverium Germ. Antiq. lib. 1 cap. VII.

[39] Βρεττία, μέρος Σικελίας.] Quod Brutia Siciliæ pars existimetur, hinc originem duxit; quia veterum plurimi opinabantur, Siciliam Bruttio agro annexam fuisse. Mela lib. II cap. VII: *Sicilia, ut ferunt, aliquando continens, & Bruttio agro annexa, post freto maris abscissa est.* Plinius lib. III cap. VIII: *Sicilia quondam Bruttio agro cohærens, mox interfuso mari avulsa* An Sicilia unquam Italiæ fuerit annexa, disputat Cluverius libro 1 Sicil. antiq. cap. 1.

[40] Βρυάνιον, πόλις Θεσπρωτίας.] Hujus oppidi meminit Strabo lib. VII, verum non Thesprotiæ, sed Deuriopibus adscribit, qui non procul à Thesprotis abfuere.

[41] Ὡς Βυζάντιος.] Charta ceus Vossianus: ὡς Βυζάντιος.

[42] Τὸ ἐθνικὸν, Βρύγιος δὲ Βρυγιεύς.] Libris vulgatis aliquid deerat, quod addere ex MSS placuit. In excusis legebatur: Τὸ ἐθνικὸν, καὶ Βρυγιεύς. Illa conjunctio καὶ manifeste docet, alterum gentile excidisse. Τὸ Βρύγιος etiam formatum conspicio à voce Βρυγίας, quæ proxime præcedit, unde non levis oritur suspicio, τὸ Βρυγίας & Βρύγιον easdem urbes fuisse. Brygii meminit Plinius lib. IV cap. X. & prope Pallenen peninsulam collocat.

[43] Κεῖον αὐτὸν φησιν εἶναι.] Plinius cum Ephoro nequaquam convenit, Cium manifeste à Bryllio distingens, ita enim ille lib. V cap. XXXII: *Postea sinus, in quo flumen Ascanium, oppidum Bryllium, amnes Hylas & Cios cum oppido ejusdem nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiæ, à Milesiis quidem conditum, in loco tamen qui Ascania Phrygia vocabatur.*

[44] Ἐν ᾗ Δασκύλειον.] Codex Vossianus: ἐφ' ᾗ Δασκύλειον.

[45] Καὶ Βρυγαί.] Straboni, ut mihi quidem videtur, Βρύγοι appellantur, sic enim de iis loquitur libro VII: Τὸς δὲ Ἐπιδάμνου δὲ τῆ Ἀπολλωνίας, μέχρι τῶν Κερκυραίων εὐθειακῶν Βυλλίδος τε δὲ Ταυλαντίων, καὶ Παρθίνων, καὶ Βρύγων. Casaubonus existimat Βρύγους & Βρύγας eosdem esse, & illorum oppidum dici Βρυγίαν, quod Stephanus in præcedentibus Macedoniæ adscripsit, inde gentile Βρύγιος deducens, quod etiam à voce Βρύγιον descendere nos supra indicavimus. Brygorum etiam meminit Scymnus Chius, qui Marciani Heracleotæ nomine circumfertur:

Τοῦτ' οὖν τὸ τέτρας οἰκεῖ Βρύγοι βάρβαροι.
Πλησὶ τῆ θαλάττῃ δ' ἐστὶν Ἐπίδαμνος πόλις
Ἑλληνίς, ἐν Κόρκυρ' ναυσὶν οὐσα δεκάτῃ.
Ὑπὲρ δὲ Βρύγων Ἐγχελεῖοι λεγόμενοι
Οἰκοῦσι &c.

[46] Πόλις τῆς Παρθίνης.] Parthine, sive ut alii scribunt, Parthene, illa Illyridis regio est, in qua sita fuit Πάρθενος, de qua urbe alibi Stephanus.

[47] Οἱ πολῖται, Βρυσακηνοί.] Sic legunt libri editi & MSS: Sed rescribendum videtur Βρυσακιεῖς.

[48] Βρυσιαί, πόλις Ἠλίδος.] Quotquot antiquorum de hoc oppido mentionem fecere, in Laconica collocant, & penultimam per diphthongum efferunt: imo necessario apud nostrum corrigendum Βρυσίαι, ut eum Αὐγείαι respondeat. Eustathius ad Hom. Iliad. B. pag. 295. Αἱ δὲ Βρυσίαι, καὶ αἱ Αὐγείαι, ὑ Λακεδαιμόνιοι. πολίτης δὲ τῶν Αὐγεάτων, Αὐγεάτης, παρὰ τὸ ἐν Βρυσιάτης ὁμοίως. Vide præterea Homerum ipsum lib. citato, & Pausaniam in Laconicis.

[49] Βρυσακία, πόλις Οἰνώτρων.] Existimare quosdam, testatur Cluverius, esse id oppidum Episcopale, quod inter Nexthum Træntaque amnes, & Crimisam promontorium vulgo dicitur *Briatico*, & nonnunquam *Umbriatico*.

ΒΥ΄ΒΗ [10], πόλις καὶ ἀπὸ Πελικέλης. τὸ ἐθνικὸν, Βυβαῖος. εἰσὶ δὲ ἔθνος Θρᾳκικὸν. τὸ ἐθνικὸν Βύβαι, ὡς Λοκροὶ καὶ Δελφοί.

A BYBE, urbs juxta Peucetios. Gentile, Bybæus. Sunt quoque gens Thracica. Gentile, Bybæ, quemadmodum Locri & Delphi.

ΒΥ΄ΒΑΣΣΟΣ [11], πόλις Καρίας, ἀπὸ Βυβάσσου νομέως, ὃν ἱστορεῖ Ἀπολλόδωρος ἀπὸ Ποδαλείριον τοῦ Ἀσκληπιοῦ καὶ Χαριόπης τῆς Μάκητος ἐκπεσόντα ἐν τῇ Καρίᾳ ἐμπεσεῖν εἰς τὸν Μαιάνδρου ποταμὸν καὶ ἐκεῖ τὸν Ποδαλείριον ἀποθανεῖν. καὶ τὸ ἐθνικὸν, Βυβάσσιος. Ἔφορος δὲ Βύβασσον φησὶ, καὶ Βυβάσιον.

B BYBASSUS, urbs Cariæ, ita dicta à Bybasso pastore, qui Podalirium ex mari & tempestate in Cariam appellentem conservavit. Gentile, Bybassius. Ephorus vero Bybastum inquit, & Bybastium.

ΒΥ΄ΒΛΟΣ [12], πόλις Φοινίκης ἀρχαιοτάτη πασῶν, Κρόνου κλῆσμα, [13] ἀπὸ Βύβλης τῆς Μιλήτου γυναικός. Βύβλιος δὲ ὁ ποιητὴς, [14] ἐν ᾧ πάσης ἀρχαίας βίβλου φυλακὴν ἀσυλίαν ἐν πάσῃ γῇ ἐδίδου. [15] ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἴσις κλαύσασα Ὄσιρεν, τὸ διάδημα ἔθηκε. [16] τὸν δὲ ἐν τῷ βιβλίον, Βύβλα, τῆς Φυλῆς τῆς Αἰγηΐδος, ἧς ἀνέπαφε Νάλος ἐν τοῖς ἕλεσι. τὸ ἐθνικὸν, Βυβλίος, καὶ Βυβλίας. εἰσὶ δὲ Βυβλίοι Σκυθικὸν ἔθνος. [17] ἔστι δὲ Βύβλος ἐν τῷ Νείλῳ, πόλις

C BYBLUS, urbs Phœniciæ antiquissima, Saturni opus, à Byblide Mileti filia nomen habens. Urbs quoque ex eo Byblus, id est Papyrus, appellata est, propterea quod ibidem papyrus vetustissima sine noxa conservaretur. Alii vero censent nomen inde habere, quod Isis Osiridem deD flens, illic capitis diadema deposuerit, ex Ægyptia byblo confectum, quam Nilus in palustribus profert. Gentile, Byblius & Byblias. Sunt item Byblii gens Scythica. Est quoque Byblus in Nilo, urbs munitissima.

[10] Βύβη, πόλις καὶ ἀπὸ Πελικέλης.] Salmasius in MS invenit Βύβα, & in alio Βύβαι, quam ego veram lectionem existimo: quia sequitur apud nostrum: εἰσὶ δὲ ἔθνος Θρᾳκικὸν. Verum præterea aliud quid hoc in loco latere videtur: nam quis geographorum nemo, tum veterum tum recentiorum, de hac Italica hujus nominis civitate mentionem fecit, fulpicor Stephanum in cujusdam scriptoris vetustè depravatum incidisse codicem, in quo pro ΡΥΒΑΙ exaratum invenerit ΒΥΒΑΙ. Quod σφάλμα facili negotio à librariis committitur, ut optime norunt in antiquorum scriptis veriati. Est enim juxta Peuceriorum fines, Comptam inter & Pontem Ausidi, Hirpinorum oppidum Rufe dictum, quod ego idem exilimo, de quo nunc noiter. Apud Virgil. lib. VII Æncid. ejus reperitur memoria:

Quique Rufas Batulumque tenent, atque arva Celenna.

Nostram conjecturam minime vanam esse, hodiernum loci nomen, quod est Ruvo, satis manifeste evincere videtur.

[11] Βύβασσος, πόλις Καρίας.] Hæc eadem est urbs, quæ ab Alexandro libro secundo Caricorum Μύκητος appellatur, de qua alibi Stephanus: Μύκητος, ὡς Βυβασις, πόλις Καρίας. Ἀλέξανδρος δ' ἐπίτριτος Καρικῶν. Non sunt urbes diversæ, quamvis noiter hic opinerur, & diversa scribendi ratio apud auctores obtinet. De situ Bubassi mentionem facit Mela lib. I cap. XVI: *Tum ter ex ordine finus, Thymnias, Schœnus, Bubessius. Thymnus promontorium Aphrodisium est: Schœnus ambit Hylam, Bubessius Acanthum.* Plinius lib. V cap. XXVIII *Hylam, Bubassius Acanthum* vocat. Stephanus *Schœnus ambit* regionem Bubassum commemorat: *Oppidum Hylas. Sinus Schœnus Regio Bubassius. Oppidum sunt Acanthus, alio nomine Dulopolis.* Certum est, urbem Bubassum in peninsula Bubessia, quæ etiam Acanthus appellabatur, juxta Cnidiam sitam fuisse. Imo, uti optime judicat Cl. Vossius, ejusdem oppidi nomina sunt, Bubassus, Acanthus & Dulopolis.

[12] Βύβλος, πόλις Φοινίκης.] Sita est urbs in excelso loco non procul à mari, ut tradit Strabo lib XVI. De situ porro lib. V cap. XX.

[13] Ἀπὸ Βύβλης τῆς Μιλήτου.] Libros omnes editos & manu exaratos mendum occupat: sine dubio corrigendum: ἀπὸ Βυβλίδος τῆς Μιλήτου. Adducam verba Scholiastæ ad Theocriti Idyl. VII, quæ hunc in modum sunt legenda: Τῶν δὲ Βυβλίδος, ἣν φασὶ Μιλήτου θυγατέρα καὶ Κεφάλου, ἐρασθεῖσαν τοῦ ἰδίου παιδὸς Καύνου καὶ Βυβλίδος, ἃς ἐφονεύσεν ὁ Καύνος, ἀπάλυσαι Μίλητον. In his verbis

πόλις

[14] Ἐν ᾧ πάσης ἀρχαίας βίβλου φυλακὴν] &c.] Etymologici Mag. Auctor etiam testatur urbem ex eo dictam esse, quod βιβλίας, id est, libri papyracei, ibi incorrupta & putredinis immunia conservenrur. Ita enim ille: Βύβλος, πόλις Φοινίκης ἀρχαιοτάτη. εἴρηται, ὅτι πρὸ οὐ αὐτῇ βιβλία ἀσηπτα ἐφυλάττετο).

[15] Ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἴσις κλαύσασα Ὄσιρεν.] Hanc nominis originem etiam agnoscit Etymologici Mag. Auctor; cujus verba apprime ad rem facientia, atque emendatione indigentia, huc transcribere non pigebit, ita enim ille in voce Βύβλος. Οἱ δὲ φασὶν, ὅτι ἡ ἴσις ἀπὸ δήπου τοῦ κεφαλικοῦ ἐκείσε ἀπέπεμψε βυβλίου ὑπαρχοῦν, ἀπὸ τοῦ Νείλου φυούσης βύβλου. Ἡσίοδος, Βυβλοιο τ' ἀγχιγάλοιο, καὶ Σιδῶν, ἀνέτειλε δὲ ὁ ποιητὴς ἐκ τοῦ ἐπὶ τοῦ Νείλου φυούσης βύβλου. τὸ ἐθνικὸν, Βυβλίος καὶ Βυβλίας. Verum ne quis exiltimet, hic Asciæi vatis fragmentum reperiri, monco, versiculum illum ex Dionysii periegesi depromptum esse Itaque pro Ἡσίοδος indubitanter lege Διονύσιος.

[16] Τὸν δὲ ἐν τῷ βιβλίον, Βύβλα, τῆς φυλῆς τῆς Αἰγηΐδος.] Hæc Salmasius in codicibus Palatinis corruptissima invenit, quod itidem de Vossiano MS affirmare habeo. Itaque res conjecturis peragenda, quibus non mediocrem lucem & certitudinem præbebunt verba Etymologi, jam proxime allegata. Totum locum ita conceperam: Οἱ δὲ ὅτι ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἴσις κλαύσασα Ὄσιριν τὸ διάδημα τὸ κεφαλῆς ἔθηκε τὸν δὲ ἐν βυβλίοις, ἀπὸ βύβλου τῆς Αἰγηΐδος, ἧς ἀνέπαφε Νάλος ἐν τοῖς ἕλεσι. Pro βιβλίοις repolui βυβλίου: & ante τῆ βύβλα præpositionem ἀπὸ excidisse, evidentissime liquet ex verbis supra allegatis. Illud præterea τῆ φυλῆς non duntaxat maxime deturpatum est, verum & loco motum, quod in τῆ κεφαλῆς mutare placuit, & auctoritate Etymologici Magni cum διάδημα conjungere: nam papyri flore Dii olim coronabantur. Plinius lib. XIII cap. XI: *Semine nullo, aut ipsis ejus alio, quam floris ad Deos coronandos.* Plutarchus in Agesilao perhibet, cum papyra coronaria delectatum fuisse ob coronarum simplicitatem, eamque discedentem à rege petiisse, & accepisse.

[17] Ἔστι δὲ Βύβλος ἐν τῷ Νείλῳ.] De hoc oppido mentionem facit Photius ex Ctesiæ Periicis: Φοίνιξ δὲ ἀπὸ τῆς Βύβλου Γέρων (πόλις ἰχνεῖ ἐν Αἰγύπτῳ αὐτὴ) ἐξ οὗ Ἑλλάνικος δὲ μετ' αὐτὸν.

πόλις ἀσφαλεστάτη. τὸ ἐθνικὸν, Βύζλιος, A ma. Gentile Byblius, vel forma Ægyptia Byblites.

ἡ Βυζλίτης, τῷ τύπῳ τῷ Αἰγυπτιακῷ.

ΒΥΖΑΝΤΕΣ[58], Λίβυες περὶ Καρχηδόνα τὴν Λιβύης ἔθνος, ἀφ' [59] ἧς ἡ πόλις Βυζάντιον. καὶ Βυζάντιοι, οἱ ἐν Λιβύῃ. [60] παρ' Ἡροδότῳ ἢ κακῶς λέγεται Γύζαντες. B [61] Πολύβιος δὲ Βυζακίδα χώραν εἶναί φησι περὶ τὰς Σύρτεις ἐν δωδεκάτῳ, πεδίων μὲν ὅσων πρὸς πεῖραν ἑξακοσίων, τῷ δὲ σχήματι περιφερῆ. [62] τὸ ἐθνικὸν, τῷ τύπῳ Βυζακίτης ἐστὶ. νῦν δὲ Βυζακηνοὶ λέγονται C [64] τῷ δυϊκῷ χαρακτῆρι. καὶ ἱμάτια δ' ἐκάλουν Βυζακηνά. ἔστι δὲ διμερὴς ἡ Βυζακία, Καρχηδόνος ἐνδοτέρω. [63] καὶ δύο ἔθνη Βυζακηνῶν, ὡς ἱστοροῦσι.

ΒΥΖΑΝΤΙΟΝ, τὸ ἐν Θράκῃ βασί- D λειον, πόλις Προποντίδι παρακειμένη πρὸς τῇ Περινθίδι, πρὸς τῷ μέρει τῆς Εὐρώπης. χρησμὸς δ' ἐδόθη ἐρωτησάντων [66] εἰς Δελφοὺς Μεγαρέων τοιόσδε,

Ὀλβίοι,

BYZANTES, sunt Libyes circa Carthaginem Libyæ, à quibus urbs Byzantium nomen habet, & Byzantii qui sunt in Libya. Apud Herodotum vero male per G scribitur *Gyzantes*. Sed Polybius perhibet libro XII, Byzacida regionem esse circa Syrteis, quæ circuitum bis mille stadiorum, figuram vero orbicularem habet. Gentile, secundum regionis formam esset Byzacites, nunc vero Byzaceni appellantur, juxta occidentalem loquendi modum. Et vestimenta Byzacena inde nomen sortiuntur. Byzacia vero bipartita est Carthagine interior, & Byzacenorum duæ sunt gentes, ut tradunt historici.

BYZANTIVM, regia in Thracia, & urbs clarissima ad Propontidem in parte Europæ sita. Hujusmodi autem apud Delphos Megarensibus oraculum interrogantibus responsum est:

Felices

58 Βύζαντες, Λίβυες περὶ Καρχηδ. &c.] Admodum inconstans hujus gentis appellatio in antiquorum scriptis occurrit: nam Βύζαντες alio loco appellantur Γύζαντες. Stephano non improbante, uti hic fit, Herodoti scribendi rationem. Præterea etiam Ζύζαντες nuncupantur; ita enim Epitomator: Ζυζαντὲς, πόλις Λιβύης. Ἐκατταῖος Ἀσίᾳ Περιηγήσει. οἱ πολῖται Ζύζαντες. Sed nostrum incidisse in depravatum Hecatæi & Eudoxi Cnidii codicem, ad illum locum demonstraturi sumus

59 Ἀφ' ἧς ἡ πόλις Βυζάντιον. καὶ Βυζάντιοι. &c.] Ita emendare visum fuit ex libris MSS. Vulgari omnes male exhibent: Ἀφ' ἧς ἡ πόλις Βυζάντιον. Quemadmodum gentis nomen, sic quoque oppidi, varie exaratum reperitur; de quo etiam quæstus est illustris Scaliger ad Varronem: nam præter Plinium & alios, *Byzacium*, non *Byzantium* vocat oppidum illud in Africa vetus inscriptio: *PER PROVINCIAS, PROCONSULAREM, ET NUMIDIAM. BYZACIUM AC TRIPOLIM.* In altera vero tabula ejusdem exempli legebatur BYZANTIUM: ut, si in hoc variant vetera monumenta, mirandum non sit, & in libris aliter atque aliter legi. Verum Salmasius in Exercitationibus Plin. pag. 321. multis probare nititur, Byzacium passim apud auctores pro ipsa provincia, non vero pro urbe accipi: adducens hunc in finem Ptolemæum, Antonini Augusti itinerarium, Acta Conciliorum Carthaginensium & alios, quemadmodum lectori loco jam allegato patebit.

60 Παρ' Ἡροδότῳ δὲ κακῶς λέγεται Γ. Locus quem noster respicit, reperitur Musa quarta: sed gentis nomen in vulgatis non per Γ scribitur: Τέσσιοι δὲ Ζύγαντες ἴσχυσι, οἳ τῶν μέλι μὲν πάσαν μελίσσαις κατεργάζονται.

61 Πολύβιος δὲ Βυζακίδα χώραν εἶναί φησι περὶ τὰς Σύρτεις ἐν δωδεκάτῳ.] Ita hæc & sequentia emendavit Magnus Salmasius in Plin. Exercit. & ad marginem sui libri. In omnibus Stephani vulgatis hic locus circumfertur misserime hunc in modum depravatus: Πολύβιος δὲ Βυσακλαΐδα χώραν εἶναί φησι περὶ τὰς Σύρτεις, ἐν δυσκαίδεκα, σταδίοις μὲν ὅσων πρὸς πεῖραμέτρων, δύο δὲ τῷ σχήματι περιφερῆ.

62 Σταδίων μὲν ὅσων πρὸς πεῖραμέτρων διμυρίων.] Hæc Polybii bis mille stadia, uti viri doctissimi annotarunt, plane idem sunt, quod CCLM passuum Plinii & Marciani. Omnino igitur Plinii Byzacium, & Marciani Byzantium eadem regio cum Polybii Byzacide. Idem habet Isidorus lib. XIV cap. V: *Byzacena regio &c. est patens passuum ducenta vel amplius millia.*

63 Τὸ ἐθνικὸν, τῷ τύπῳ Βυζακίτης ἐστὶ.] Hic aliquid excidisse firmiter mihi persuasum habeo: sine dubio legendum: τὸ ἐθνικὸν, τῇ δ' χώρᾳ τύπῳ Βυζακίτης ἐστὶ. Forma enim gentilium Libybus solita in ιτης desinit, ut passim docet noster, & cum de peculiari regionis forma agit, sic loqui amat. Præterea in omnibus libris legitur male Βυσακίτης & Βυσακλωοὶ, quod in hac editione emendare visum fuit, quanquam certum sit, τ ζ sæpe confundi cum σ.

64 Τῷ δυϊκῷ χαρακτῆρι.] Dubitare non immunis: nam δυϊκὸς χαρακτὴρ non format gentilia in ιῶν, verum ὁ τοῦ ἴου, ut alibi satis inculcat Stephanus. In voce Ἀξία hujus characteris etiam noster meminit, unde tamen veram lucem expiscari nequeo: Τὸ δὲ Γαλλίας Ἀξιάτης, καὶ ἡλικὸς Ἀξιάτης, ἀφ' ἧς δυϊκὸς χαρακτήρ.

65 Καὶ δύο ἔθνη Βυζακηνῶν.] Geminas esse Byzacenorum regiones, alteram littoralem, alteram vero mediterraneam jam luculenter demonstravit Cl. Bochartus. Littoralis illa circa Syrteis ponitur, atque ejus Polybius hoc loco meminit: hæc vero mediterranea, duobus populis Libyphœnicibus & Carthaginensibus interjectis, longissime à mari distat, quod liquet evidenter ex Ptolemæi descriptione: nam apud eum post Medenos sunt οἱ κατὰ τὸν Καρχηδόνιον, ὑφ' ἧς οἱ Λιβυφοίνικες, εἶτα οἱ Μασσυλιεῖς ἔθνη ἐν Βυζακίῃ.

66 Εἰς Δελφοὺς Μεγαρέων.] De antiquis illustrissimæ hujus urbis conditoribus inter se valde discrepant historici: imo hujus rei tot ferme opiniones, quot quidem scriptores reperiuntur. Maxime tamen receptam opinionem sequitur Stephanus, scilicet à Megarensium colonia Byzantium fuisse conditum. Marcianus in sua Periegesi:

Μισῶ δὲ τὴν χερρόνησον ἐν Προποντίδι
Θρᾴκην παρακί, τὴν Σαμίων ἀποικίαν
Περινθίους ἐσω ἰόντας ἐν Σελυμβρίᾳ,
Ἢ τοὺς Μεγαρεῖς κτίζοντας σφὶν Βυζαντίους.
Ἐξῆς Μεγαρέων εἰσὶ πόλεις Βυζάντιον.

Sic etiam opinantur Strabo lib. VII, Eustathius ad Dionysium, Cedrenus, aliique. Hesychius Milesius in Constantinopol. descriptione perhibet, oraculum illud, cujus apud nostrum & alios reperitur memoria, Argivis responsum fuisse: Λευκίου δὲ ἡμῖν ὅπως τι ἐξ ἀρχῆς γένοιτο, καὶ ναοὶ πῶν ἀποκείσθω, οὐ τῷ Ἀπόλλωνι πιστεῖν ἐ συμφέρειν τῶν ναοῦ τῶν πανάφρων. φασὶ γὰρ Ἀργείοις σφᾶς χρησάσθαι αὐτοῖς τ Πυθίας ὅτως &c. Deinde tamen idem Hesychius addit narrari, Megarenses Byzante duce illic appulisse, & Byzantium condidisse, adeo ut hunc scriptorum hac in re dissensum etiam agnoverit. Vellejus Paterculus lib. II Milesiorum coloniam, & Ammianus Marcel-

[67] Ὄλβιοι, οἱ κείνῃ πλιν ἀνέρες οἰκήσουσιν
Λ'κτὴς Θρηϊκίης, [68] ὑγρὸν παρ' ἄκρον ῥόμα Πόντου.
Ἔνθ' ἰχθὺς, ἐλαφός τε νομὸν βόσκουσι τὠυτόν,
[69] Σπίλλαν δ' ὡς ἄκιστα, Θ' ὡς φρένα πάντα λαβόντα.

Felices qui hanc civitatem incolent viri,
Ripæ Thraciæ humidi ad extremum ostium Ponti,
Ubi pisces cervusque eodem pabulo pascuntur.
Mittite vero & quam celerrime, [& virum] omnia mente agitantem.

Atque ita condita est à Byzante Ceroëssæ, quæ Jûs filia fuit, & Neptuni filio. Vel nomen habet ex eo, quod Byzas exercitus dux fuerit; vel quod echini ibidem tempestates præsentiant. Deinde Constantinopolis & nova Roma vocata est. Gentile Constantinopolita finer. A voce Byzas formatur gentile Byzantius per

Marcel. lib. XXII Atticorum esse affirmat. Imo Const. Porphyrogenneta libro II Themate primo, non duntaxat Megarenses, sed & Lacedæmonios atque Bœotos hujus urbis conditores fuisse aperte statuit, ita enim ille: Αὐτὸ δὲ τὸ Βυζάντιον Μιχαήλ, ὁ Λακεδαιμόνιος, ὁ Βοιωτὸν ἐπώνυμος, ἢ ἀφορμὴν ἐσχήκασι.

[67] Ὄλβιοι, οἱ κείνῃ πλιν &c.] Non ubique iisdem verbis & eodem sensu oraculum illud legitur; apud Hesychium Milesium hunc in modum:

Ὄλβιοι, οἱ κείνῃ πλιν ἀνέρες οἰκήσουσιν,
Λ'κτὴς Θρηϊκίης τ' ὑγρὸν παρ' ἄκρα ῥόμα Πόντου,
Ἔνθ' ἰχθὺς καὶ ἐλαφος πολλὸν λαβόντες γλαυκῶπα.

Eadem scholiasta ad Dionysium & Eustathius ad eundem locum. In Selectis Georgii Cocini de originibus Constantinopolitanis etiam de hoc oraculo fit mentio, sed integrum non est: nam duo priores versus omittuntur, & tertius hunc in modum concipitur ibidem: Ἐ'ν᾽ τε δὴν σιλλαχεις ἀγαθὸν ἐφράσσατο. idem oraculum etiam reperitur apud Eustathium in comment. ad Dionysium, sed tertio versiculo mutilum, quem optime & satis ingeniose interpretatur est Tristanus de Cydaro & Borbyze, fluviis in unum confluentibus, de quibus ita scribit Codinus in Selectis supra allegatis: Παξοῦ τοὺς οἰκήσεις σὺν ἐκείνοις τοῦ χρόνου ἐν ᾧ Κύπρος τε & Βορβύζης ποταμοὶ τὰς διεξόδους & ῥοὰς τῆ Σικυωνίᾳ ῥέοντες, ὁ δὲ τῆ ἐπιστείλει ἀποστέλλοντες. Quartum versiculum idem Tristanus explicat de Pelamidum admodum celebrata olim Byzantiis piscatione, & de Byzantino Cornu, quod erat promontorium Græciæ quod Pelamides, rapidissimo fluxu ex Euxino Ponto delatæ, vulgo capiebantur, quas hac de causa Oppianus lib. V Halieutic. Euxini maris sobolem appellavit.

Φῶλα δὲ Πελαμύδων τε ῥοῆ γιγνόμενα εἰσαλάασται.
Εὐξῖνος, &c.

De loco Cornu dicto ita scribit Strabo lib. VII: Ἐ'τι δὲ ἐστὶν ἐπὶ τοῦ Βυζαντίου τοῦ κέλητος ἀνέχων ὡς πρὸς ἕω ἐπὶ πολὺ τὸ κέρας, ὃ καλοῦσι κέρατα, εἰς ὃ ἐμπίπτουσι τὰ θηνήματα, ἃ ἐστὶ καλούμενα πηλαί, εἰς ἃς ἐμπίπτουσι τὰ ἐκ τοῦ Πόντου φερόμενα ξύλα, ἃ δὴ καὶ συνέπιπτε τῷ κέλητι, ὥστε ἐκβάλλειν, ἐμβάλλειν τὰ ἐπιφερόμενα.

[68] Ὑγρὸν παρ' ἄκρον ῥόμα Πόντου.] Mutavit Salmasius & rectius meo quidem judicio.

[69] Σπίλλαν δ' ὡς ἄκιστα.] Libri Palatini & Vossianus: σπιλλαν δ' ὡς ἀκιστα. Quod Salmasius mutavit in σπιλλον ad oram sui libri. Totum ego verficulum ita concepe-rim:

Σπίλλαν δ' ὡς ἄκιστα, Θ' ὡς φρένα πάντα λαβόντα.

Hoc obitur admonendum judico, ultum verficulum non extare apud quenquam eorum, qui hujus oraculi mentionem fecere.

[70] Ἀπὸ Βυζᾶ Θ' Τ' Κιγίσιος, ὁ Ἰὼς ψηφισῆς.] Libri Κεγίσιος, quod aperte mendosum.

Nos ex codicibus calamo exaratis genuinam lectionem revocavimus. Nonnus in Dionysiacis lib. XXXII:

- - - - Οὔτις ὁ Ἰὼς
Φαιτίδης Γοργῆος τωσφάσπιδος, ἢ παρὰ Νείλῳ
Τίμπτι γενὸς Ἐπαφοιο Θ' ἀρχήγονα Κισσίοσσης.

Addam præterea locum Hesychii Milesii in Constantinopol. descriptione: Ἡ τῶν Κεφάλαια πυρὸς τῇ Σιμέτρῃ νύμφῃ πεφρίκασι, ἢ πικρὸν δέξῃ μορφὴ λαμπαδηφόρα, πολὺ τὸς Θρᾳκικοὺς ὑπερβάλλα παίγνις, τῷδε γαλατίῃ μιχέσσα Ποσειδῶνι πικτὴ τ' κελαινόμορφον Βυζάντα. Eadem hæc etiam verbotenus leguntur apud Codinum ὠ παρισολαΐς de originibus Constantinopolitanis. Vide præterea Eustathium ad Dionysium & Etymologici Mag. auctorem in voce Βύζαντις.

[71] Ἡ δὲ ὅτι Θ' τίλε Βύζας ἰὼ ἡγεμών.] Neque hic locus in vulgatis mendi immunis est; in iis enim fine sensu exhibetur: ἡ ὅτι Θ' τίλε ᾗ Βύζης ἰὼ ἡγεμών. Illud ᾗ facili negotio in τῆς mutari, & sensus integrior reddi posse: verum auctoritate codicis Vossiani illud rejecimus. Præterea pro Βύζης rescribere placuit Βυζᾶς, quod genuinum ducis nomen est, uti liquet hac sectione, & in voce Γωμαικόπολις, itemque ex aliis plurimis, qui ejus meminere: ut Codinus, Hesychius Milesius, Eustathius, nec non Fastorum Siculorum auctor, quos Chronicon Alexandrinum appellant.

[49] Γελωνοί, πόλις Σαρματίας.] Sic edi curavimus monentibus MSS Palatinis & Vossiano codice. Male hactenus fuit in editis: Γελωνὸς, πόλις Σαρματίας. Pejus in editione Veneta & Florentina: Γελωνὸς, πόλις Ἀγησιλάου, quanquam verum sit, τὸ Σ nominibus propriis nunc addi, nunc vero demi. Olim etiam Eustathius in Stephani codicibus eam lectionem invenit, quam divulgavimus, ita enim ille in comment. ad Dionysium: Ὁ δὲ τὰ Εὐκτικὰ γράψας ὧν φησι Γελωνοὶ, πόλις Σαρματίας, ἀπὸ Γελωνοῦ, υἱοῦ Ἀγαθύρσου καὶ Ἡρακλείας ἐστίν. Apud Herodotum tamen lib. IV, quem locum noster innuit, urbis nomen hodie legitur Γελωνὸς, ita enim ille: Βουδῖνοι δὲ ἔθνος μέγα καὶ πολλὸν οἰκέουσι. ἐπὶ δὲ τῇ πόλι ἐστὶ πᾶσι ξυλίνη· ἕκαστον δὲ τεῖχος τῆς πόλιος ἐστὶ τριήκοντα σταδίων ξύλινον· ἔοικε δὲ τῇ πόλι ἡ Γελωνίς. Magis tamen arridet τὸ Γελωνοί; nam, ut passim observare est, multa urbium & populorum nomina, eadem terminatione gaudent, vide in Ἀλιεῖς, Γόμφοι, Γελγοί, Δελφοί & aliis locis plurimis. De Gelonorum moribus legendi Herodotus, Mela, Plinius, Solinus, Ammian. Marcellinus & alii.

[50] Ἀγαθύρσου ἀδελφοῦ.] Gelonum & Agathyrsum fratres fuisse, testatur Herodotus lib. IV. Hos, præterea & Scytham, Hercules genuit in regione Hylæa ex virgine ancipitis naturæ, quæ superne femorum tenus, fœminam, inferius autem viperam repræsentabat.

[11] καὶ ἰκμάς· ὁ γὰρ χαμαιλέων, καὶ πολύ- A rum non est; nam etiam chamæleon & polypus colorem mutant. Magnitudinem habet bovis, & faciei forma cervo similis est, uti refert Aristoteles libro v de Admirandis auditionibus.

ΓΕΝΕΑ [12], κώμη Κορίνθ. ὁ οἰκήτωρ, Γενάτης. ἀφ' ἧς παροιμία,

[13] Εὐδαίμων ὁ Κορίνθιος, ἐγὼ δ' οὐδὲ Γενεάτης.

τὰς τὰ ποιὰ πώπης καλεῖσι Γενεάδας, ὡς Παρθένιος· τινὲς δὲ, [14] Γενεὰ χάριν φασί.

ΓΕΝΕΣΗ, πόλις Λακωνικῆς. τὸ ἐθνικὸν, Γενεσεύς, [15] ὡς Τεμεσεύς. ἀμείνων δὲ ἡ Δι' ἣ χώρα [16] Γενεσάτης.

ΓΕΝΗΤΗΣ, [17] λιμὴν, καὶ ποταμός. [18] Ἀπολλώνιος ἄκρα Γενητίαν φησί. [19] Σοφο-

B GENEA, pagus Corinthi, cujus incola dicitur Geneates. Hinc proverbium:

Fortunatus Corinthius: at ipse fiem Geneates.

Quidam, inter quos Parthenius, fœminas inde C oriundas Geneadas appellant. Nonnulli vero Tenea scribunt.

GENESE, oppidum Laconicum. Gentile, Geneseus, ut Temeseus. Præstat vero, propter solitam regioni formam, Genesates.

D GENETES, portus & fluvius. Apollonius promontorium Genetæum appellat: Sopho-

[11] Καὶ ἰκμάς.] Salmasius in ora sui Stephani rescribendum existimat: καὶ ὁ ἰκμάς: scilicet respectu chamæleontis & polypodis, quibus eadem coloris mutatio obtingit. Deinde, hæc conjectura rejecta, legendum judicat: Ὅλως δὲ ὁ τοιοῦτος, πιθήκου μὲν πόρρω κτλ. ὁ ἰκμαλέος &c. Ultimam lectionem valde probo; sic enim Eustathius sua ætate hunc Stephani locum legebat, cujus verba mox ex commentariis ad Dionysium in medium producam.

[12] Γενεάτης βοὸς.] Quanquam stare possint hæc verba, Eustathius tamen, inserta quadam vocula, legisse apud nostrum videtur: Τὶ μεῖζον ὄσαν βοὸς.

[13] Τὸ αὐτὸ καὶ τὸ παλίλφρ.] Aliquid excidisse huic loco, unde regatur ille dandi casus, tam certum est, quam solem ipso meridie lucere. Locus ita videtur supplendus: Ἐοικὸς τὸ αὐτὸ καὶ τὸ παλίλφρ. Sic olim Archiepiscopus Thessalonicensis in comment. ad Dionys. Perieg. hunc locum reperisse testatur, apud τὸν τῆς Εὐπώρης χαμαιλέοντα μόνον γοᾶζ, τὸ μεγάθ⊙ ὄσον βοὸς, ἰσοκὸς τ' τῷ αὐτῷ καὶ τὸ παλίλφρ. δυσδιαγνῶν, λῷστον δὲ τὸν μαλακὸν, εὐμέγεθες τὸ μέγ⊙ ἰσοκὸς βοῦς, τὸ αὐχένιον δὲ ὅμοιον ἐλάφῳ, ὠσὶ δὲ μικροῖς, κέρα δὲ οὐ τέτακται τοῖς ἄλλοις, κρῖνε δὲ ὁ χαμαιλέων, ὃ ὁ πολύπους. Hoc animal habere faciem cervo similem, præter alios testatur Theophrastus in Fragmento de iis qui colorem mutant. Ὁ δὲ πολύπ⊙ τὸ μὲν μέγεθ⊙ ἐστὶ κρῖνε βοῦς, τὸ αὐχένιον δὲ ὅμοιον ἐλάφῳ· τὸ δὲ ὠὸν ἐστὶ κατὰ τὸν ἐχῖνον· ὅμοιοι δὲ καὶ δύο συγκτίσματα, θάτερον τοῦ ἑτέρου πάμπολυ. Solinus cap. xxx: *Mittit & Tarandum, bouem magnitudine, bisulco vestigio, ramosis cornibus, cætite cerumno* &c. His adde locum Eustathii Antiochensis in Hexaem. Ἐ⟨ν⟩ δὲ τοῖς Σκῶμμι τοῖς κωμικοῖς ὁ Λυκ. ἔφη καλλιφθόρ⟨ους⟩ ἵππους· ἔστι δὲ ὄνομα τὸ ἐκ τοῦ ἴλλω παρηλλαγμένου. Ad quem locum vide Allatium, de Tarando, Chamæleonte & Polypode non contemnenda adducentem.

[14] Ἀ⟨ττικῶς⟩ πίπτ⊙.] Libri numerus in Xylandriana deerat, quem ex prioribus editionibus revocavimus: eum quoque a MSS codicibus abesse animadverto.

[15] Γενεὰ, κώμη Κορίνθ⊙.] Ambigua admodum est hujus nominis scriptura; hic enim in principio cum Γ, & circa finem cum Τ incipientia, ejusdem fere loco inter oppida refertur a Τ incipientia, quæ de re etiam noster hac sectione mentionem facit. In aliis enim rocibus, teste Cl. Vossio ad Melam, literæ saepe permutantur: sic μαλλ⊙ & μαλλ⊙, ἰσῖο & ἰσῖο, Τεγέ⊙ & Γεγέ⊙, Τιλλοῦς & Γιλλοῦς: & apud Stephanum Τάνεις & Γάνεις, atque jam Τενεὸς & Γενεά. Verum præter hanc scriptionis differentiam & alia est, non raro obvia & antiquis scriptoribus commemorata; nam pro Τενεὰ, aliquando Τεγεὰ exaratum reperitur, quod non improbat Vir idem incomparabilis, cui Τεγεὰ & Τενεὰ τὰν κάρυξαν denotare profitente. Verum aliud addam argumenti pondus ex Eustathio, qui manifestissime hanc scribendi rationem ad Iliad. B confundit, ita enim ille: Λέγ⟨ει⟩ δὲ ὁ Τεγεὰ, παραμικρὸν ἐκτὸς τῶν Εὐβοϊκῶν, ὅτι ὁ Τεγεάτης κατὰ τὸ Γενεάτης· Εὐδαίμων ὁ Κορίνθ⊙· ἐγὼ δ' οὐδὲ Τεγεάτης· διὰ Τενεᾶτις κώμη φησὶ Καισάρεια, ἐν ᾗ Τυνδάτα Κυπαρισσεῖς. Hic igitur promiscue scribitur Τενεὰ & Τεγεὰ, Τεγεάτης & Τενεάτης. Verum perhibet Strabo, ita hanc vocem a quibusdam per inscitiam mutari, quem vide lib. VIII. De situ & conditoribus dicendum ad vocem Τενεά.

[16] Εὐδαίμων ὁ Κορίνθ⊙.] Male exhibet Xylandrianæ Εὐδαίμων ὁ Κορίνθ⊙. Sed duo ultima in voce latent errores; prima syllaba secundum omnium poetarum & aliorum auctoritatem est corripienda: deinde Κορίνθ⊙, non vero Κορινθ⊙ scribendum est; licet Strabonis codices, ubi de hoc adagio mentio fit, eandem scripturam repræsentent. Nos inducti auctoritate Suidæ, Eustathii, cujus verba jam allegavimus, omnium calamo exaratorum codicum, nec non Venetæ Florentinæque editionis τὸ Κορίνθ⊙ in contextum recepimus. Hæc lectio etiam magno Salmasio tantopere placebat, ut in margine sui Stephani promiserit, se eam in suo *Proverbiorum commentario* pluribus adstructurum. Miror itaque Eratmum depravatam lectionem sequutum esse, & hunc in modum Latine vertisse: *Fortuna Corinthus, ac ipse fiem Teneates.* Quæ versio mihi omnis venustatis & elegantiæ videtur expers. Apud Suidam ultima proverbii vox mendosa est, nam pro Τυπάτης, ibi scribitur Τυναράτης, & pagi nomen identidem librarii male Τάναις fecere, cum sine dubio Τενεᾶτις sit scribendum.

[17] Τενεά.] Pessime in Xylandri editione legitur Γενεά. Tangit hic obiter scribendi modum, de quo noster in sequentibus suo loco.

[18] Ὡ⟨ς⟩ Τιμοσθ⊙.] Hoc gentile abest ab omnibus libris editis. Solus Vossianus hic erat auctior, quem sequi libuit.

[19] Γενεσάτης.] Xylandriana aliis editionibus hic præstat. Male in Aldina Florentinaque legitur, Γενεσίτης. Verum ibi typographicum, & in Vossiano codice librariorum σφάλμα esse videtur.

[20] Λιμὴν ἐ⟨στὶ⟩ πόρ⟨ου⟩.] Vel librariorum, vel Epitomatoris incuria regionis nomen periit. Juxta Strabonem libro XII Cappadociæ promontorium est inter Jasonium & Cotyorum. Geographus, qui Scylacis nomine prostat, *Genetæ* portum clausum apud Chalybes post Tibarenos agnoscit: Μετὰ δὲ Τιβαρηνοὺς Χάλυβοί εἰσιν οἱ⟨ ὑπ⟩ὸ τὴν λιμένα κλῖσιν. Ἀμισὸς πόλις Ἑλληνὶς &c. In eadem de situ sententia versatur Apollonius Rhod. lib. II.

[21] Ἀπολλώνιος.] Nostrum locum Apollonii lib. II respicit.

[61] Σοφοκλῆς, [61] πλαμὼν Γενήτα Φησίν. ἔστι καὶ ὄρος Γενήτης, καὶ Γενητικὸν ἄκρα· καὶ τὸ Γενήτης, ὁ καὶ Γένητος, [62] ὡς ἡ Οἰδιποδὼ Οἰδιπόδης, καὶ τριποδὼ τριπόδης. Ἡρωδιανὸς δέ, ὡς τὸ Σελήναια, ἁμαξαῖα Φησί.

A Sophocles fluvium Genetam nominat. Formatur igitur a genitivo Γενήτα, Genetæus, & Genetæum promontorium. Et illud Genetes fit a voce Γενήτης, uti ab Oedipodis Oedipodes, & tripodis tripodes. Herodianus vero dixit, ut Selenæum, Hamaxæum (promontorium.)

ΓΕΝΟΑ [63], πόλις Λιγυρῶν, [64] Σαλία καλουμένη ποτέ, ὡς Ἀρτεμίδωρος. [65] τὸ ἐθνικὸν, Γενοάτης.

B GENOA, urbs Ligurum, nunc Salia nuncupata, uti Artemidorus auctor est. Gentile, Genoates.

ΓΕΝΟΑΓΟΙ, ἔθνος Μολοσσίας, ἀπὸ Γενόα ἀρχηγέτου αὐτῶν Ῥιανὸς παρὰ τῷ Θεσσαλικῶν.

C GENOÆI, gens Molossiæ, quæ a Genoo illorum duce nomen sortita est, teste Rhiano libro IV Thessalicorum.

ΓΕΝΤΑ, πόλις Ἰνδικὴ, πρὸς ἕωσπερ Γάγγην. τὸ ἐθνικὸν, Γεντεανός.

GENTA, urbs Indica extra Gangem. Gentile, Gentæus.

ΓΕΝΤΙΝΟΣ, πόλις Τρωάδος, κλισμά τινος τοῦ Αἰνείου παίδων. οἱ οἰκοῦντες, Γεντίνιοι.

D GENTINUS, urbs Troadis, a quodam filiorum Æneæ condita. Incolæ, Gentinii.

ΓΕΡΑΙΣΤΟΣ [66], κώμη Εὐβοίας, ἐν ᾗ ἱερὸν Ποσειδῶνος, [67] ἀπὸ Γεραίστου τοῦ υἱοῦ τοῦ Διός. καὶ οἱ ἄνθρωποι Γεραίστιοι· καὶ Γεραιστία τὸ ἡμίλυκον, καὶ Γεραιστὶς· καὶ Γεραίστιον τὸ ὑδατηρόν.

E GERÆSTUS, vicus Eubœæ, in quo templum Neptuni, quod a Gerælto Jovis filio nomen habet. Incolæ appellantur Gerælstii. Et Gerestia & Gerælstis fœminini, at Gerælstium neutrius generis est.

ΓΕΡΑ'ΝΕΙΑ, πόλις Φρυγίας. [70] ἔστι καὶ ὄρος μεταξὺ Μεγάρων καὶ Κορίνθου, [71] ἀφ'

F GERANEA, urbs Phrygiæ, & item mons inter Megara & Corinthum, de quo Ino Atha-

Ἄγχι δὲ ναυτίλοις πολύφημος Τιτυαρίοιο
Ἕλκων Εὐξείνου Γεντησίου ὕδατος οἶκος.

[61] Σοφοκλῆς.] Cave heic Tragediarum scriptorum intelligas. Notissimum est, hodie in Apollonium Rhodium Græca extare scholia, quæ ex Lucillo Tarrhæo, *Sopbocle* & Theone collecta atque concinnata existimantur. Unum igitur ex istis triumviris intellige, cujus noster etiam in *Καίνεψιν* atque aliis locis meminit. Hæc sunt Scholiastæ ad locum jam allegatum verba: Γενητικὸν ὄνομα ἄκρου· Γενητὴς ἄκρος κυρίως ὁ τὸν λιμένα ἔχων Γενήτης πόλεως, ἀπὸ Διὸς ἔχουσα τὴν ἐπωνυμίαν. Γενητὴς ἄκρος κυρίως ὁ τὸν λιμένα ἔχων Γενήτης πόλεως, ἀπὸ Διὸς ἔχουσα τὴν ἐπωνυμίαν.

[62] Πεδιμὸν Γενήτα Φησίν.] Ita hunc locum contra auctoritatem codicum MSS & editorum emendare placuit; in illis enim pessime legitur: Σοφοκλῆς, πεδιμὸς Γενήτα Φησίν. Video quoque Salmasium ea de re aliquid dixisse ad oram sui Stephani; sed adeo detriti sunt characteres, ut commode legi nequeant.

[62] Ὡς τὴς Οἰδιποδὼ Οἰδιπόδης.] Hujusmodi mutationes & syllabarum transpositiones apud Grammaticos passim occurrunt. Eustath. ad Odyss. A pag. 1684: Τὸν δὲ Οἰδιποδίωνα χωριαζόντων Ἡρωδιανὸς ἴσῃ λέγει οὐδὲ τὸ Φωκέων φασιὰς, ἀλλὰ Φωκίδος ἤκουεν, παραδιδοὺς ὡς τὸ Φωκικὸν τῷ Οἰδιποδίης· μεταθέσει τῆς ος εἰς ης, καὶ τὸ Οἰδιποδίης Οἰδιπόδης, ὥσπερ ὑμνοποιὸς, ὑμνοπόδης, καὶ τριποδὼ τριπόδης, καὶ ἀπὸ Οἰδιποδίης παρ' Ἡσιόδῳ. His non dissimilia occurrunt apud Etymologici Mag. Auctorem in voce Ἀρης.

[63] Γενόα.] Ab aliis hoc oppidi nomen cum diphthongo in medio exaratur Γένουα. Videantur Strabo, Ptolemæus, Eustath. ad Dionys. & alii plurimi. Hinc Latinorum GENUA.

[64] Σαλία καλουμένη ποτέ.] Hanc civitatem ætate Artemidori aut Stephani *Salianam* nuncupatam fuisse, nemo unquam somniavit. Bene arbitratur Cluverius, præterquam quod hæc pessime cohæreant, heic vel ingens librariorum mendum vel Epitomatoris nugamentum latere, ut sæpe alias, credens in hanc mentem fuisse scriptum a Stephano: Γένοα, πόλις Λιγυρῶν ἡ Γαλλία, ὡς Ἀρτεμίδωρος, καλουμένη ποτὲ Γάλλια. Hanc correctionem amplectendam judico, donec alius certiora doceat, quod profecto vix est sperandum, nisi ab orco redeat ipse Stephanus: nam constanter quoque libri MSS exhibent, quod in vulgatis circumfertur. Quare hæc urbs sequioris ævi scriptoribus *Ianua* appelletur, lege apud eundem Cluverium Ital. Antiq. lib. I.

[65] Τὸ ἐθνικὸν, Γενοάτης.] Apud Nicetam Chaoniten gentile nomen ΓΕΝΟΥΙΤΗΣ reperitur, ubi narrat *Genuenses* ex infidiis atque negotiandi prætextu Cretam occupasse, verba ejus sunt in Imperio Balduini: Πέμπτοι μὲν οὖν Γενοῦται τὴν νῆσον ἐκείνην ἐκ δόλου κατέσχον. Ἐκ δὲ ἀμηχάνου ἐκεῖ Vocantur etiam GENUATES in antiqua tabula ænea, quæ in ipsa custoditur urbe, teste Ortelio.

[66] Γεραιστὸς, κώμη Εὐβοίας.] Ita hunc locum supplevimus ex chartaceo Vossiano, ultima enim vox in editis non conspicitur. Geographi Eubœæ longitudinem dimetientes eam a *Cenæo* promontorio ad *Geræstum* usque extendunt, quod est inlulæ totius extremum, Ægæum mare & Cycladas versus prominens. Habuit portum multarum navium capacem, quemadmodum ex Homero intelligimus, ita enim ille Odyss. Γ. de navibus Nestoris:

---- ἐς δὲ Γεραιστὸν
Ἐπύσχον κατέχοντες. ----

Hujus portus etiam meminit Etymologici Mag. Auctor: Γέρεσος· Γερεστὸς Δημοσθένης· γέρεσος δὲ τὸ λιμὴν τοῦ χάρακος, ὁ ὅλμος· Γερεστὸς, ὁ ἀκροτήριον, ὅμως ἐν ἑτέροις. Hinc evidenter liquet hujus promontorii sive vici nomen in medio etiam fine diphthongo scribi aliquando. Euripides Oreste:

Πέλοψ ἐπ' ἀκτὰν πλάταν διελίσσετο,
Μυρτίλου φόνου δίκαν ἐς δίδυμα πόντια,
Λιβυκοκυμασι κρᾶτ' ἐς Γεραίστιον
Πισσαῖον αἰόλαν
Ἥνεγκε δρομάδεσσιν.

Mendum leve occupant hæc verba; legendum enim Γεραιστιον, vel Γεραισιον, ut sensus sit integer. Porro perhibet Strabo circa lib. X initium, Geræstum peropportune situm esse trajicientibus ex Asia in Atticam, quin Sunio propinqua est.

[67] Ἀπὸ Γεραίστου.] Hujus vici sive promontorii etymon alii non deducere solent a *Geræsto* Jovis F. sed παρὰ τὸ γεραίρειν a *venerando*. Etymologici Auctor: Γεραιστὸς, ἀκρωτήριον Εὐβοίας, ἤτοι Ποσειδών· παρὰ τὸ αὐτὸ γεραίρεσθαι ὑπὸ Ποσειδῶνος· παρὰ τὸ γεραὸν γεγονέναι, γεραιστός.

[70] Ἔστι καὶ ὄρος.] Montis situm satis accurate describit Stepha-

η ἀφ' ἧς ἤλατο ὑπὸ φόβου ἡ Ἀθάμαντα. Ἀ Achamanta fugiens se præcipitem dedit. Primitivum est Gerane, unde fit Geranea. Geranensis, sive Geraniates juxta regionis formam.

η πρωτότυπον, Γερανία· ἐξ ἧς Γερανέα. η ἰθυντικὸν Γερανεύς, τ ἡ Γερανιάτης τῷ τύπῳ τ χώρας.

ΓΕΡΑΝΘΡΑΙ[71], πόλις Λακωνικῆς· Παυσανίας πρίτῳ. ὁ πολίτης Γερανθρώτης, ὡς αὐτὸς Παυσανίας.

GERANTHRÆ, oppidum Laconicum, auctore Pausania libro III. Oppidanus, Geranthrotes, ut idem perhibet Pausanias.

ΓΕΡΑΣΑ[72], πόλις τ κοίλης Συρίας, τ[71] πεντεκαιδεκαπόλεως. ἐξ αὐτῆς Ἀλεξάνδρων ῥήτωρ ἀξιος, ὡς Φίλων, καὶ Κήρυκος σοφιστὴς, καὶ Πλάτων νομικὸς ῥήτωρ, πᾶσιν παῖδευσιν τὸ ὡς μίαν ὁσοῦν παιδεύων, καὶ ὁ σωφρονιστής.

GERASA, urbs cavæ Syriæ regionis Decapolitanæ. Ex hac originem habuere Aristo rhetor urbanus, teste Philone, & Cerycus sophista, & Plato causidicus, omnem disciplinam ut unam eandemque memoriter exponens, & in causa-

Stephanus, cui addam locum ex Scylace, juxta emendationem Cl Palmerii: Μετὰ δὲ Βιωτὸς Μεγαρὶς πόλις Ἑλληνίς, καὶ λιμὴν δύο. Hoc nomen huic monti indidit Megareus, qui, sequuta gruum prætervolantium voce, illuc natando salvus evasit, sub Deucaliane diluvio immisso. Locus in hanc rem egregius est apud Etymologici Mag. Auctorem: Γεράνεια, ἔστι Μέγαρα· Εὐφορίων δὲ ἐν τῷ Γεραιστίῳ ἱστορεῖ, ὅτι ἐν Μεγαρεῦσί φησιν ὁ Δίος ἐ μαθὼν τ παλαιωτάτην ἡλικίαν γυναικῶν, καὶ φωνὴν γεγενημένην ταχέως ἀποδύρεσθαι τ ὄνειρον· καὶ δὴ τ γεράνων, Γεράνεια καλεῖσθαι τ τόπον. Vox ἡλίκων in mendo cubat: Sylburgio suspecta est, qui quid reponendum sit ambigit: nos docuit Pausanias, eandem hanc de Megareo historiam narrans, hoc referibendum esse Σιτάλκῃ, ita enim ille in Atticis: Τὰς δὲ Σιτάλκης νόμφας λέγουσι Μεγαρεῖς εἶναι ἢ ἑτέρου ἐπιχωρίου, μαθὼ δὲ αὐτὰς ὑγιαπτῆ συγγενέσθαι Διὶ, Μεγαρέα τε παῖδα ἐξ Διὸς ἐ τοῦτος δὲ τ νόμφης, ἐπειδὴ τὸν ἐπὶ Δελφοὺς στρατὸν ἐπεμόβλεψε, ἀνδρωθεὶς δὲ τὸν εἶπε πρὸς τ Γεραιέας, ὅτι ὄνειρός οἱ ἐπιστὰς κελεύοι τὸν θεὸν ὁμοῦ τῷ ἀδελφῷ τ ἀφ' ἑαυτοῦ ἱδρῦσθαι. Illustrari possent ex Scholiasta Iliad. Ἄλλοι perhibent Inonem se ex Scironis filia cum Palæmone præcipitem dedisse. Solinus cap VII: *Quæ mox Attici, Aclæ prius dicta. Ibi Athenæ, cui arbi fama Scironia propinqua fimt, porrecta sex millibus passuum se nominata. Ex istis rupibus Ino se cum Palæmone filio in profundo præcipitem jaculata auxit maris numina.* Alii tradunt Inonem se a Moluride petra præcipitasse. Tzetzes ad Lycophronem: Φόβῳ γὰρ ἀφ' ἧς τῆς Γερανείας ὄρους Μεγαρικοῦ, ὑπὸ τῆς Μολυρίδ Ἀθηνᾶς ἐκπεσὼν ἱδρύσατο ἐν τῷ Μολυρίῳ τ τῷ ἐ Παλαίμονι, οὗ καὶ ἐτάφη. Plurimi inter fabulatores de loco, unde se præcipitem dederit, verba non faciunt; ex his igitur locis commodissime illustrari possent.

[71] Ἡ Γερανθρώτης.] Constans hæc est vulgatorum librorum lectio. Cod. Vossianus: ἡ Γερανεώτης. Quid sit præferendum, alii videant.

[72] Γέρασα, πόλ. Λακ.] Idem suadet chartarum Vossianus in omnibus editis male Γερανέα excusum reperitur: hic olim quoque Sylburgius conjecit in Stephanum referibendum, emendans loca Pausaniæ, in quibus hodie male Γερανέων circumfertur. Sed eundem apud Pausan in Laconicis locus est insignis, ubi urbis nomen a gentile librariorum negligentia non est vitiatum: Ἐπὶ τοῖς ὁρίοις Λακεδαιμονίων τ ἀφεστικόσιν κεφαλὴν ἐστὶ Γερανθρώτης ἐ Γερανθρώται τῶν ὑφόδων τῶν ἐπὶ Μεσσήνην. Hinc igitur manifestissime liquet gentilitium hujus urbis apud nostrum mutandum esse, scribendumque Γερανθρώτης, non vero Γερασηνός, quod libri omnes repræsentant.

[73] Γέρασα.] Hæc urbs nomen invenit ex eo, quod sedibus sequi poterant, ibi domicilium fixerint. Docet hanc Jamblichus commentario in Nicomachi Arithmeticen, quarti, MS habet Cl. Marc. Meibomius: Γερασηνοὶ δὲ καὶ οἱ τῆς πολεως, ὑπόνομα Γέρασα· ἴσι δὲ ἀπὸ βόρρω τ

Ἀ ρμένιον· Γέρασα δὲ λέγεται, διὰ τὸ τὰς συρφετιδώσεις τῆ Ἀλεξάνδρῳ γεγενῆσθαι, καὶ μὴ δυναθῆναι πολεμεῖν, ὑπὸ τῆς ἀκεσπὶ ταπόσεως. Sic Alexander milites suos curando sovendoque, fortassis non duntaxat senio detritos, sed etiam magnis itineribus laboreque fractos, atque vulneribus ægros, nobile imperatoris nomen acquisivit, magnamque in administrandis rebus ad militiam spectantibus, laudem invenit; sedulo enim cavebat, ne ætate provectiores, pedibus, brachiis aliisve membris truncati ostiatim stipem peterent, sicuti hodie innumera concauciatorum exempla civium misericordiam movent atque merentur. Urbe igitur ædificata, omnes bello minus idoneos, eumque ultra Gangen & Indum sequi non valentes, in ea cohabitare fecit, ut reliquos suæ ætatis annos honesto ibi otio finirent. Sunt vero grammatici atque historici, qui, salva hujus nominis origine, aliam hanc urbem condendi occasionem commiscuntur: scilicet Alexandrum, oppido quodam expugnato, atque in eo adolescentibus interfectis, senes liberos liviſſe, qui ad condendam urbem deinceps convenerunt. Locus in hanc rem reperitur apud Etymologici Mag. Auctorem, quem hausit ex scriptore vetusto, cujus nomen reticet: Γέρασα, διὰ τὸ τὰς Ἀλεξάνδρῳ πόλει πεπολεμῶσθαι, τοὺς δὲ κλινεῖς πανίους κτείνας, ἀπιλιπεῖν τοὺς γεγηρακότας, ἐπιμεῖναι τῇ πόλει. καὶ λαβόντες γυναῖκας, ἐπωκίσθησαν.

[74] Τετραπεντεκαιδεκαπόλεως.] Mirum profecto videri potest, quare Stephanus hanc Syriæ partem sic appellaverit, cum non quatuordecim, sed decem duntaxat hoc in tractu urbes a geographis recenseantur, unde *Decapolitana* regio nomen sortita est. Plinius lib. v cap. XVIII: *Jungitur ei latere Syriæ Decapolitana regio, a numero oppidorum, in quo non omnes eadem observant. Plurimi tamen Damascum Eupoton regnis ex amne Chrysorrhoa fertilem, Philadelphiam, Raphaneam, omnia in Arabiam recedentia. Schythopolim, antea Nyssam, a libero patre, sepultura nutricis ibi, Scythis deductis. Gaddara Hieromiace præfluento & jam dictum Hippon, Dion, Pellam aquis divitem, Gerasa, Canatha.* Ita hunc locum Plinii restituit Salmasius, quare in Stephano fortassis referibendum monet: Γέρασα, πόλις τῆς κοίλης Συρίας, τῆς χώρας δηκατέλεως. Verum hoc Decapolitanæ regionis oppidum, non est confundendum cum altero ejusdem nominis, quod in Arabia deserta circa Bostram collocant, de quo loquitur Jamblichus loco iam citato: sed in eo pessime fallitur, censens hinc Nicomachum originem traxisse: is enim Philosophus, omnibus unanimiter asseverantibus, Gerasa Cavæ Syriæ, non vero Arabiæ Petræ, patriam habuit. Præterea manifestum illis verbis ineſt mendum: quam enim sententiam hæc conficiunt, ἐν δὲ ἀπὸ βόρρω κεῖ Ἀ ρμένιον? Cum & Bostra & Gerasa Arabiæ defertæ urbes sint. Legendum videtur: ἴσι δὲ ἀπὸ βόρρω κεῖ Γυψιανοῦ. Ptolemæus lib. v in Arab. Pet. descriptione: Πόλεις δὲ εἰσὶ τῆς ἐπαρχίας μεσόγειοι κεῖ κάμπεις αἵδε, Ἐζεδὰ, Μαλιμβρα, Καλγαλία, Λύσις, Γάβα, Γυψμία, Γέρασα &c.

[75] Ὡς φασιν.] Sine dubio ἐγκυκλοπαιδείαν intelligit, qua præstantiores & veteres Sophistæ erant imbuti. Cicero III de Orat: *Veteres illi usque ad Isocratem omnem omnium rerum, quæ ad mores hominum, quæ ad vitam, quæ ad*

σοφίας,[77] ἢ παρεδρεύοντας,[78] ἢ θρόνοις τῶν ὁρ- A
θοῦντας τῶν νόμων ἐπιτηδείων. τὸ ἐθνικὸν Γερα-
σηνὸς, ὡς Μηδαδα Μηδαδηνός.

ΓΕΡΓΙΣ, πόλις Τροίας· καὶ κλίνεται
Γέργιθος. λέγει καὶ ἡ Γέργιθος ἀληθεία ἀπὸ
γυναικὸς, ὡς Τροίζηνος. ὁ πολίτης, Γεργίθιος. B
τὸ ἠθικὸν, Γεργιθία.[79] ἀφ' ἧς Γεργιθία ἡ
χρησμολόγος Σιβύλλα, ἥ τις ἐν τύπῳ τινὶ ἐν
τῷ νομίσματι τῶν Γεργιθίων, αὐτή τι καὶ ἡ
σφίγξ, ὡς φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδων πρώ-
τῃ. ἐν ᾗ τῷ ἱερῷ τοῦ Γεργιθίου Ἀπόλλωνος, C
Σιβύλλης φασὶν εἶναι τάφον. ἔστι καὶ ἄλλο
Γεργίτης, καὶ ἠθικῶς Γεργίτης. ἔστι δὲ Γερ-
γηθώς.

ΓΕΡΗΝ, πόλις ἡ κώμη Λέσβου, ἀπὸ
Γέρηνος τοῦ Ποσειδῶνος. καὶ ἠθικῶς, Γερηνίς. D

ΓΕΡΗΝΙΑ, πόλις τῆς Μεσσηνίας, ἔνθα
Νέστωρ ὁ Πυλίου ἐτράφη, ἢ Φυγὰς ἤχθη.
Ἡσίοδος ἐν πρώτῳ καταλόγων,

[81] Κλῖνε δὴ Νηλῆος παλασίφρονος υἷες ἐδῶλες
Ἑνδεκα· δωδέκατος δὲ Γερηνίου ἱππότα Νέστωρ, E
Ξεῖνος ἐὼν, ἐτύχησε παρ' ἱπποδάμοισι Γερηνοῖς.

ἀπὸ

causarum patrociniis, in assessionibus, & tribu-
nalibus excellentiæ legum studens. Gentile,
Gerasenus, ut Medaba Medabenus.

GERGIS, oppidum Troiæ. In casu obli-
quo habet Γίργηθος. Deducitur etiam *Gergithus*
casus rectus ab illo genitivo, quemadmodum
Trœzenus. Oppidanus, Gergithius, genere
fœminino Gergithia. Hinc Gergithia Sibyl-
la, fœmina fatidica, quæ una cum sphinge
in Gergithiorum numisinate excusa est, ut Phle-
gon in prima Olympiade perhibet. Ferunt
in Gergithii Apollinis templo Sibyllæ sepul-
chrum esse. Est quoque aliud nomen Gergi-
tes, & genere fœminino Gergitis. Reperitur
etiam Gergithensis.

GEREN, urbs sive vicus Lesbi, a Gerene Ne-
ptuni F. nomen habens. Et fœmininum, Gerenis.

GERENIA, urbs Messeniæ, ubi educa-
tus est Nestor Pylius, aut fugam capessivit. He-
siodus in Catalogo primo :

Interfecit vero Nelei in adversis patientis
filios generosos
Undecim. Duodecimus vero Gerenius eques
Nestor
Hospes evasit apud Gerenos equorum do-
mitores.

A casu

que ad virtutem, quæ ad Rempublicam pertinent, cogni-
tionem & scientiam cum dicendi ratione jungebant.

77 Καὶ παρεδρεύοντας.] Fortassis emendandum παιδεύοντας. Quod si ita fiat, lenius erit multo dilucidior.

78 Καὶ θρόνοις.] Opinatur Cresolius lib. IV de Sophi-
stis, hic per θρόνον intelligi *civilium orationum suggestum*, sive πολιτικὸν θρόνον, cui Athenis Sophistæ prætuisse di-
cuntur. Sciendum est, in illa urbe, ut idem bene distin-
guit, duos fuisse θρόνους ad docendam eloquentiam in-
stitutos, πολιτικὸν & σοφιστικὸν, & cuique certam propriam-
que fuisse mercedem. Philostratus loquens de Apollonio
Sophista, Athenis, inquit, docuit τὸν πολιτικὸν θρόνον σοφω-
τάτῳ ἐπὶ πλοίου. Olympiodorus apud Photium perhibet, sua cura atque studio Leontium ad Sophisticam se-
dem evectum fuisse, quanquam ille repugnaret: εἰς τὸν σοφιστικὸν θρόνον ἀναχθῆναι, ὅπου ἐβόσκετο. Etiam aliis in
urbibus fuere hujusmodi *throni*: de Romano mentio-
nem facit Philostratus in Euodiano: Τὰ δὲ τῆς φωνῆς ἀθλα
ἐς τὸν Ῥώμῃ ἐν τῷ ἐκείνου θρόνου. Eosdem Greg. Nazian-
zenus Orat. XX Cæsarex institutos meminit.

79 Ἀφ' ἧς Γεργιθία ἡ χρησμολόγος Σιβύλλα.] Vitium
in vulgaris & MSS irrepsit. Corrigendum, ἀφ' ἧς Γεργίθια. Hæc urbs, unde Sibylla Gergithia nomen accepe-
rit, sita fuit in agro Lamptaceno, teste Strabone lib. XIII: Ἐν δὲ τῇ Λαμψακηνῇ τέτταρα κώμια Γεργιθίων. ἐκ δὲ
τούτων πόλις Γέργιθα, ἐν ᾗ τὸ τῆς Κυμαίας Γεργιθίου. ἐν ᾧ καὶ
πόλις παλαιὰ Ἑλληνὶς καὶ ἠθικῶς λεγομένη αἱ Γέργιθες. Ver-
um cum non duntaxat Gergis in ditione Lamptacena,
sed & Mermessus ibi sita fuerit, non incommode ex co
posset conjici, Erythræam Sibyllam & Gergithiam can-
dem esse, quibus Stephanus & alii diverſam patriam ad-
scribunt. Etiam Mermessum in agro Lamptaceno, vel
saltem non longe inde remotam a geographis constitui,
liquet ex Polemone apud Stephanum, illud oppidum
cum Myrmisso confundente, ita enim ille: Μυρμισσός,
πολις περὶ Λαμψακηνῆ, ὡς Πολέμων. Si ergo Gergithia &
Erythræa eædem sint habendæ, tum etiam Hellespontica
his erit annumeranda; etenim illa quoque *Mermessi* nata
existimatur. Lactant. de Fal. Rel. lib. I: *Oëlavam Hel-*
lespontiam in agro Trojano natam, vico Marpesso, circa
oppidum Gergithium, quam describit Heraclides Ponticus
Solonis & Cyri fuisse temporibus. Malim hic *Marmesso*
legere, quanquam Lactantii codd aliter suadeant. Sed
ut fatear quod res est: ingens inter veteres certamen fuit,
quænam ei patria attribuenda, liquet hoc ex Suida, cujus
verba, huc transcribam; ita enim ille in Σιβύλλα. Ἐμυ-
θρραία, πατρὶ τὸ πρῶτον ἐν χωρίῳ τῇ Ἐρυθρᾷ, ὁ δεύτερος ἐν
Βαβυλῶνι. Νῦν δὲ αὐτὸ τὸ χωρίον πολλοὶ τῶν συγγραφέων Ἐρυ-
θραί· τινὲς δὲ αὐτὴν Σικελὴν, ἄλλοι Σαρδιανὴν, ἄλλοι δὲ Γε-
σίαν, ἄλλοι δὲ Λίνδιαν, ἄλλοι Λιβυκὴν, ἄλλοι Σαμίαν
ἰδέσθαι. Hinc igitur evidenter apparet, veteres de hujus
Sibyllæ natali solo, haud aliter ac olim de Homeri patria,
inter se disputasse: verum fortassis *Gergithia* vocatur,
non propterea quod ibi nata, sed quod in æde Apollinis
Gergithii tumulo condita commemoretur, uti hæc lectio-
ne videre est.

80 Ἡσίοδος ἐν πρώτῳ καταλόγων] Codices MSS illud
ἐν πρώτῳ inferunt, quod in omnibus editis non conspi-
citur. Quod si Meursius ita hunc locum emendatum
conspexisset, medicas ei manus in Lectionibus Atticis
non attulisset legendo, ὡς Ἡσίοδος ἐν καταλόγων γ'. Opti-
me tamen observat, ab Hesiodo illud opus, quod εἰς γυ-
ναῖκας scripsit, in tres καταλόγους distributum fuisse, atque
primum citari a Scholiasta in Apol. ad lib. III: Ὅτι Πειρι-
μήδης ὁ Παιόβιος υἱὸς Δόκιμλον, Ἡσίοδος ἐν πρώτῳ κα-
ταλόγων φησί. Verum hoc longissime a veritate remotum
judico, apud Stephanum in Ἀβαντὶς (ubi in præcedenti-
bus editionibus locus mutilatus circumfertur, ὡς Ἡσίοδος
ἐν Αἴγι * δεύτερῳ) secundum allegari, ibique referiben-
dum supplendumque esse, ὡς Ἡσίοδος ἐν γυναικῶν δεύ-
τερῳ. Tu lector inspice locum, & quid ad eum observa-
tum sit. Certus sum, te aliter judicaturum. Tertius Ca-
talogi liber reperitur apud eundem Scholiast. ad lib. III.
Eustathius sua ætate hoc Stephani ex Hesiodo loco usus
est, tecto licet nomine, ita enim ille ad Iliad. B. pag. 231.
Λέγει δὲ ἡ πόλις αὕτη, κ. ἰτιαὶς Γίργωνι· ὡς Ἡσίοδος. Νέσσης
δὲ ἡ πόλις αὕτη, κ. ἰτιαὶς Γίργωνι· ὡς Ἡσίοδος. Νέσσης
οὖν ἀλυξὼν οὐ δύημορίη Γεργίθι· καὶ παληθηλικὸς ὡς ὁ αὐ-
τὸς. Κλῖνε δὲ Νηλῆος παλασίφρονος υἷες ἐδῶλες. Ἐνδε-
κα, &c.

81 Κλῖνε δὲ Νηλῆος.] Ita hunc versiculum placuit
emen-

καὶ ἀθηίας ἡ Γέρηνος. Καὶ αὖθις, Νέστωρ οἶος ἄλυξεν ὁ ἀνθεμόεντα Γερηνόν.

ἐξ ἧς ἀθηίας ἡ ἡ Γέρηνος, τὸ Γερηνδὶς, καὶ ὡς Ἄλις· Ἀλισίς· καὶ ἐξ αὐτῆς Γερηνία, καὶ Γερήνιος.

ΓΕΡΜΑΝΙΚΕΙΑ [81], πόλις Εὐφρατησίας. Κυάδρατος ἐν τρίτῳ Παρθικῶν, χωρίον αὐτὴν φησιν. ὁ πολίτης, Γερμανικὶς.

ΓΕΡΜΑΡΑ, Κελτικῆς ἔθνος, ὃ τὴν ἡμέραν ἀβλεπτεῖ, ὡς [82] Ἀριστοτέλης φησὶ ἐν τοῖς Θαυμασίοις· τοὺς δὲ λωτοφάγους καθεύδειν ἑξάμηνον.

ΓΕΡΜΗ, πόλις Ἑλλησποντία, [83] πλησίον Κυζίκου, ἣν Ἡρωδιανὸς Ἀσίας φησίν. ὁ πολίτης, Γερμηνὸς, καὶ Γερμηνή.

ΓΕΡΟΥΝΙΟΝ, πόλις Ἰταλίας· Κυάδρατος δὲ [84] Γερμανίαν αὐτὴν καλεῖ. τὸ ἐθνικὸν, Γερουνῖνος.

ΓΕΡΡΑ, πόλις Χαλδαίων. ὁ πολίτης, Γερραῖος· καὶ θηλυκὸν Γερραία, καὶ Γερραῖς, ὡς Θηβαῖς.

ΓΕΡΡΟΣ [85], τόπος, καὶ ποταμὸς παρὰ τὴν Βορυσθένη. ὁ πολίτης, Γέρριος.

ΓΕΤΙΑ, ἡ χώρα τῶν Γετῶν. Γέτης γὰρ τὸ ἐθνικὸν, ἐπὶ τοῦ κύρους. ἐστὶ δὲ Θρᾳκικὸν ἔθνος. [86] ἐστὶ δὲ θηλυκῶς Γέτις· ὅτου γὰρ ἐκαλέσατο ἡ γυνὴ τὸν φίλιππον τὸν Ἀμύντου. καὶ κληθικῶς λέγεται Γέτισσα, ἀφ' οὗ Κείτων Γετικά. καὶ θηλυκὸν, Γετική. [87] νόμοι δὲ Γετῶν τὸ ἐπὶ σφαγῇ τὴν γυναῖκα [88] τῷ ἀνδρὶ, καὶ ὅταν ἐπὶ τὴν

A A casu recto Gerenus. Et rursum:

Nestor solus effugit in florido Gereno.

Ex quo casu recto Gerenus, rursum formatur Gerenensis, uti ab Alus Alensis. Et hinc Gerenia & Gerenius.

GERMANICEA, oppidum Euphrantesiæ. Quadratus libro tertio Parthicorum castellum nominat. Oppidanus, Germanicensis.

GERMARA, Celticæ gens, quæ diem non videt, ut Aristoteles libro quinto de Admirandis auscultationibus perhibet. Lotophagos vero dormire per sex menses.

GERME, oppidum Hellespontiæ prope Cyzicum, quod Herodianus Asiæ attribuit. Oppidanus Germenus & Germene.

GERUNIUM, urbs Italiæ. Quadratus illam vocat Geruniam. Gentile, Geruninus.

GERRHA, oppidum Chaldæorum, cujus oppidanus, Gerrhæus. Fœmininum est Gerrhæa, & Gerrhaïs, ut Thebaïs.

GERRHUS, locus & fluvius Borysthenis adjacens. Cives dicitur Gerrhius.

GETIA, regio Getarum. Geta enim gentile, non vero proprium est. Est autem gens Thracica. Et genere fœminino dicitur Getis; ita enim Philippi Amyntæ uxor appellabatur. Et possessive dicitur Geticus, unde Critonis Getica. Et fœminino genere Getica. Getarum leges sunt, mulierem in honorem mariti defuncti sacrificare, & citra

81 Γερμανίκεια] Emendandum, auctoribus libris calamo exaratis, nec non Eutropio, quem proxime citavimus. Pessime & sine sensu in vulgatis circumfertur: κλύσιν Νεάλη πολισμάρχου. Γερμανίκεια.

82 ὡς Ἄλις· Ἀλισίς.] Et hic locus emendatione indiget. Corrige: ὡς Ἄλσις, Ἀλσίς. Vide nostrum illa in voce, & de correctione non dubitabis.

83 Γερμηνὸς.] Urbs est sub Patriarchatu Antiochenæ, apud Amanum montem, cujus meminere Ptolemæus, Antonini Itinerar. & Constant. Porphyrog. de vita Basilii Macedonis, qui Callipolin & Padasiam ei restituit, ita enim ille: Πλησὶ δὲ τῆς Καλλιπόλεως καὶ τῆς Γερμηνείας, εἰτα Δ[illegible] ἀνδρώπων ὀθόνιον εὑρὼν, τῷ ἴσπερ ἐκείνης τὸ ἔθος, ἀλλ' ἐκείνη πὰ ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ ἐκόσμει τὴν ἑαυτῆς ἀπὸ τῆς ἐκείνου ἀποθήκης ἐφόδια. Τὴν μὲν οὖν τῆς Γερμανίας ἐφόδια &c.

84 Γερμανίαν αὐτὴν καλεῖ.] Ex quo auctore noster relationem hanc hauserit, nondum compertum habeo: licet hic addatur Aristotelis nomen, pro vero tamen habendum quod ἐν τοῖς θαυμασίοις circumfertur, ubi de re & gente nullam fieri mentionem. Quin imo ipse, a Stephano ex Aristotele allegatus, mutilus est, cum in eo de ipsa gente ne μὲν quidem: loquitur enim de Lotophagis, qui ad rem non pertinent. His non dissimiles verbis illud abest, quod potissimum ad rei proventum requiritur.

85 Γέρρος, Κυζίκου.] Ex Episcopis, qui Concilio Ephesino & Synodo Chalcedonensi inter fuere Hollitenius fuit & verum hujus oppidi nomen colligit, quem vide

tiara in Annotat. ad Geographiam sacram Carol. à S. Paulo. Non puto tamen hanc eandem fuisse urbem, quam ejusdem nominis alii collocant in finibus Bithyniæ & Phrygiæ inter Pessinuntem & Ancyram, de qua vide Ptolemæum & Antonini Itinerarium.

86 Γεῖσσαι τοῦτο κακῶς.] Pessime sic exhibent libri editi, & vix melius calamo exarati, Γέρσαι τοῦτο κακῶς. Bene corrigit Salmasius in margine sui codicis Γερουσίαι τοῦτο κακῶς. De hujus urbis situ & aliis appellationibus eruditissime dixerunt Cluverius.

87 Τέτ[illegible] ἐ ποταμὸς &c.] De loco & fluvio hujus nominis mentionem facit Herodotus lib. IV: imo vehementer fallor, si Stephanus hæc verba non retexerit. Ἐ Ἔστρος. Ἡ Γέρρος· ποταμὸς ἀπίσχων ἀπὸ λόγου ἐς Βορυσθένος, καθὰ τοῦτο τὸ χωρὶν· ὁ μὲν δὴ τὸ, ἀφ' ὁ χῶρος αὐτὸς, Γέρρος. Ἐ ἐστὶ καὶ Ἡλιακὸς Γέτης. Corrigit Salmasius: ἔστι καὶ Ἡλιακὸς Γέτης, vel quod verum putat Γέτη, uti ad marginem sui libri exaravit.

88 Νόμοι δὲ Γετῶν.] Plurativum illud νόμοι non dissuadet, totum hunc de Getarum moribus locum in duas leges dividi atque distingui, quarum altera loquitur de uxore sacrificante pro manibus mariti mortui; altera vero de pulsatione citharæ, cum legatos mittunt de fœdere vel induciis acturos. Et ita quoque mihi interpretanda videntur verba Eustathii ad Dionys. de situ Orb. quanquam ibi hunc in modum legatur: Νόμος. Ἡ Γέτικὸς, ὅτου ἐπισκήπτει τῇ ἀνδρὶ γυνὴ, καὶ κιθαρίζειν

89 Τῷ ἀνδρὶ] Constanter sic exhibent libri editi & manu

Παπηρυκάδων), κληδεμόζειν. Ἀρριανὸς δὲ Γε- A thara pulsare, legatos cum ad hostem mit-
τωνὰς αὐτοὺς φησι. tunt. Arrianus illos Getenos vocat.

ΓΕΦΥΡΑ, πόλις Βοιωτίας. οἱ τοὺς αὐ- GEPHYRA, urbs Bœotiæ. Eosdem
τοὺς δέ φασι καὶ Ταναγραίους, ὡς Ἡρόδωρος καὶ appellant etiam Tanagræos, teste Strabone
Ἑκαταῖος. ἀφ' ἧς καὶ Γεφυραία ἡδύν. & Hecatæo. Hinc Gephyræa Ceres.

ΓΕΦΥΡΩΤΗ, πόλις Λιβύης. τὸ ἐθνι- B GEPHYROTE, urbs Libyæ. Gen-
κὸν, Γεφυρωτικὸς, ἡ Γεφυρωτίτης, διὰ τὴν tile, Gophyrotæus, vel Gephyrotites, propter
τύπον. solitam regioni formam.

ΓΗ, παρὰ τὸ γέα κεκλῆσθαι. ἀφ' ἧς τὸ τὴ γῆ, terra, contractum est ex γέα: unde pos-
γήϊνος κλητικὸν, πλεονασμῷ τοῦ γ. ἢ sessivum γήϊνος priscum, per pleonasmum literæ γ.
ἀπὸ τοῦ γῆ, γήϊνος· ἀφ' ἧς καὶ γήτης, ὁ Cὁ Vel a voce γῆ fit γήϊος terrestris, unde & γήτης
αὐτόχθων, καὶ γῆν οἰκῶν. καὶ γήινος μεῖζο- indigena & terram colens, & γήϊος terre-
σιατικόν. λέγει δὲ γήπεδον τὸ μεῖζον τῆς οἰκίας num, quod materiale nomen est. Dicitur &
ἐν πόλει κηπίον, ὅπερ οἱ τραγικοὶ ἀφ' ἑτέρου φα- γήπεδος, hortulus, ædibus urbanis additus.
σὶ, διαφέροντες. διαφέρει γήπεδον οἰκο- Hanc vocem Tragici per A efferunt, Do-
πέδου. οἰκόπεδον μὲν, οἰκίας ἐστὶ κατερριμμέ- D rum linguam imitantes. γήπεδον differt ab
νης ἔδαφος, γήπεδον δὲ, τὸ ἐν πόλει περι- οἰκοπέδῳ. Nam οἰκόπεδον ædium destructarum
σκήνιον οἰκίας κηπίον. παρὰ τὸ γῆ, γαῖα. area est, γήπεδον vero hortulus ædibus ur-
ὁ οἰκήτωρ, γαιάτης· καὶ γαιήϊος κληπικὸν· banis adjacens. A voce γῆ fit γαῖα, Incola
καὶ γηλυκὸν, γαιήϊος. καὶ ὁ γαῖα, ἡ ὁ γαῖα, gæates, & gæïus possessivum, & fœmi-
ninum gæïas. Et in gæa, sicut & in græa
breve

manu exarati: verum locum esse mutilum & ita esse supplendum, τοῦ αὐθεντικοῦ, non est quod de eo ambigamus, si hunc locum conferamus cum verbis Eustathii, jam proxime allegatis.

91 Τὸν αὐτὸν δὲ φασὶ καὶ Ταναγραίους.] Hæc in cod. Vossiano paullo aliter leguntur: πρὸς δὲ τοῖς αὐτοῖς εἶναι καὶ Ταναγραίους. Hinc conjecturam facio, rescribi debere: πρὸς δὲ τοὺς αὐτοὺς φασὶ εἶναι καὶ Ταναγραίους. Locus Strabonis, quem noster innuit reperitur lib. IX: Καλεῖσθαι δὲ Γεφυραίους τοὺς Ταναγραίους. Vide præterea Herod. lib. V idem de Gephyræis asseverantem.

92 Γεφυραία ἡδύν.] Constanter ita circumfertur in libris MSS & editis, sed pessimo errore. Parum abfuit, quin Cl. Meursii emendationem, qua nihil omnio verius aut ad rem præsentem accommodatius, in contextum recepissem; is enim in Lect. Atticis emendat Γεφυραῖα ἡ Δηώ. Hac appellatione Ceres apud Gephyræos erat nota. Etymologici Mag. auctor: Δηὼ, ἡ Δημήτηρ· δοκεῖ δὲ διὰ (δ' ζητεῖ) τὴν Περσεφόνην. Vide præterea Hesychium, Eustath. ad Iliad. I & Od. A. Apud Gephyræos cultum fuisse Cererem liquet ex Etymologicographo: Γεφυραῖος, δῆμος Ἀττικῆς· ὅθεν ἡ Γεφυραῖα Δημήτηρ. Verum celare nequeo conjecturam Salmasianam, marginibus sui libri illitam, existimat enim legendum Γεφυραῖα Ἀθηνᾶ. Sed utinam sæ divinationis documenta significasset! Apud Hesychium invenio, Minervam Ædonis nomine Pamphylis fuisse cultam: Ἀνδὼν, ἡ Ἀθηνᾶ παρὰ Παμφυλίοις. Sed an apud Gephyræos eundem honorem obtinuerit, ex aliorum scriptis non apparet. Temere tamen hæc conjectura mihi non videtur improbanda, Goltzius enim lustravit nummum Domitiani cum hac inscriptione, ΓΕΦΥΡΑΙΑΔΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, quæ an ad hanc rem sit applicanda, aliis investigandum relinquo. Denique Hadrianus Junius & hunc locum sollicitavit, ex conjectura emendandum existimans Γεφυραία ἀδυλογία, vel simile quid, quasi ad *Gephyræos fales* Stephanus respiceret. Verum ut dixi, Meursii conjectura præ aliis amplectenda videtur.

93 Ἀπὸ δὲ γέας κεκλῆσθαι.] Eadem in opinione versabatur Eustathius, sic enim ille ad Iliad. Σ. Καὶ ὅτι οὐκ ἀπὸ γέας τῆς Ψαλιχαρνάσσου κόπης ἡ γῆ. Huic adde Etymologici Mag. testimonium, quod est in voce γαῖα. Τὸ δὲ γέα κεκλῆσθαι δῆλόν ἐστι καὶ ἐκ τοῦ γῆ, γαῖα.

94 Ἀπὸ τοῦ γήπεδον.] Eandem vocis derivationem habemus apud Etymologicographum: Παρὰ τὸ γέα τὸ ἀλλαχοῦ γῆ, γῆϊος κλητικὸν τύπτω· καὶ οἰκοπεδεσμῷ ἐπιφορᾷ, γήπεδον· ἢ παρὰ τὸ γέα, γήπεδον· καὶ πλεονασμῷ τοῦ γ', γήπεδον. Magistri Græci hanc vocem interpretantur ἀγρόν. Hecataeo γήπεδα λάχη, & γήπεδα αὐξὰ sunt prisci flores & fermo: & Suidæ γήπεδα βόες sunt οἱ ἀγρεῖται.

95 Η' παρὰ τὸ γῆ, γήπεδον.] Vossianus & Palatinus male exhibent: ἡ παρὰ τὸ γῆ, γήπεδον. Salmasius optime legendum censet: ἡ παρὰ τὰ γῆ, γήπεδον, ἀφ' ἧς ὁ γήτης.

96 Γήτης.] Non accipit hanc vocem pro Autochthone Hesychius, sed pro rustico: Γήτης, ὁ τὴν γῆν ἐργαζόμενος, γεωργός.

97 Καὶ γήϊνος μειωτικόν.] Nomen possessivum a Græcis Technicis tribariam dividitur, in οἰκειωτικὸν, σωτικοδιαλυτὸν & μειωτικόν. Singula hæc ab Etymologicographo Magni auctore in voce Ἀνδὼν egregie diluendantur, quæ quia ad rem præsentem pertinent, huc transferre lubet. Εἰσὶ δὲ ὃ κτητικὰ, τρία· οἰκειωτικὸν μὲν, τὸ οἰκεῖον ἔχει τὸν τύπον· οἷον, ὑφαντὴς, ὑφαντή, ὑφαντὸν· Κυνηγὸς, Θοδίνη, χρῆσθαι· Σωτικοδιαλυτὸν δὲ, τὸ σωτικοδιαλυτὸν τὴν μετ' ἐμοῦ· οἷον, χρυσοχοϊκὸς· σωτικοδιαλυτὸς γάρ ἐστιν χρυσοχοΐα· καὶ μειωτικὸν, ὅμοιος ἢ μέτριος ἢ φιλόσοφος· μειωτικὸν δὲ ἐστι, τὸ ἐντέλειαν οὐσίας ποιεῖ· οἷον, καρδιόσοφος, Ὅμηρος· ἀγαθοεργὸς, κάλλιστος, χρύσεος. Stephanus nunc grammaticorum, non vero geographorum partes sectans, ab Etymologicographo differentit, qui τὸ γήϊνος pro possessivo οἰκειωτικῷ accepit, scilicet pro aliquo vel in, vel sub terra degenti: Stephanus autem pro eo quod de humo factum est, atque terrenis particulis constat, qualis revera fuit Adamus, humani generis principium, quem hanc ob causam proprio nomine Γήϊνον appellavit Sanchoniaton. Geminam hanc significationem τῷ γήϊνος attribuas, sine dubio omnem differentiarum Grammaticorum litem compouueris.

98 Διαφέρει γήπεδον οἰκοπέδου.] Hanc significatus differentiam etiam agnoscit Eustathius ad Iliad. Δ pag. 436. Γήπεδα μὲν οὖν, τὰ ἐν πόλει σκευάσματα, οἰκίας ὄντα κηπίδια· οἰκόπεδον δὲ, οἰκίας καταβεβλημένης ἔδαφος· ὅπερ κυριώτερον ἐν ἱστορικοῖς οἱ ὑστεροι φασι. In mendo cubant hæc Archiepiscopi verba, & mala interpunctione laborant, ita enim emendanda sunt & constituenda, ut sensum congruum efficiant: Γήπεδα μὲν οὖν, τὰ ἐν πόλει σκευάσματα οἰκίας, οἷον κηπίδιον. Stephanus adhibet κηπίον, quod eodem redit, etenim a substantivis quan loque derivari bina diminutiva, res non est infolens, & alias exemplis defenditur; quemadmodum a κῆπος, κηπίον & κηπίδιον, ita ab οἶκος fit οἰκίον & οἰκίδιον, quibus insuper tertium οἰκιον adjungi possiet. Sic quoque a βιβλίον, βίβλιον & βιβλίδιον.

99 Ἀπὸ δὲ γῆ, γαῖα.] Aliter censet Sergius grammaticus apud Etymologicophraphum, qui eam vocem deducit

βραχὺ τὸ α, ὅπ δισύλλαβα, ὡς Μαῖα, Φαῖα.

A breve est A, quia disyllaba sunt, uti Mæa, Phæa.

ΓΗΘΟΥΣΣΑ, πόλις Λιβύης. τὸ ἐθνικὸν, Γηθουσαῖος, ὡς Σκοτουσαῖος· ἢ Γηθούσιος, ὡς Πιτυούσιος· ἢ Γηθουσίτης, ἀφ' τοπικοῦ ἐθνικοῦ.

GETHUSSA, urbs Libyæ. Gentile Gethussæus, uti Scotussæus. Vel Gethussius uti Pityussius: vel Gethussites propter formam vernaculam.

ΓΗΛΥΣ, ἔθνος, ὃ μέμνηται Ἀσίνιος Κυάδρατος ἐν πρώτῳ Παρθικῶν· ὀξύνεται δέ.

GELYS, gens, cujus meminit Asinius Quadratus libro primo Parthicorum. Accentu notatur in ultima.

ΓΗΡΕΙΑ, πόλις Ἰνδική, πλησίον ὑπὸ Διηγεάδη τῶ βασιλεῖ Ἰνδῶν, πρὸς Διόνυσον πολεμήσαντα. τὸ ἐθνικὸν, Γηρειάτης.

GEREA, urbs Indica, quæ censetur sub Deriade Indorum rege, qui contra Bacchum bellum gessit. Gentile, Gereates.

ΓΙΓΓΑΥΜΩΤΗ, Φοινίκης πόλις, ὡς Ἑκαταῖος.

GINGLYMOTE, Phœniciæ urbs, auctore Hecatæo.

ΓΙΓΩΝΟΣ, πόλις Θράκης, πρόσκτισις τῆ Παλλήνη. ὁ πολίτης, Γιγώνιος. ἀπὸ Γίγωνος, ἑνὸς Αἰθιόπων βασιλέως, ὃς Διονύσῳ ἠντήκησε. Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἐφέσιος Γιγωνίδα πάντως φησί.

GIGONUS, oppidum Thraciæ, Pallenæ finitimum. Oppidanus, Gigonius. Nomen habet a Gigone Æthiopum rege, qui a Baccho superatus est. Hanc urbem Artemidorus Ephesius Gigonida appellat.

ΓΙΛΔΑ, πόλις Λιβύης. τὸ ἐθνικὸν, Γιλδίτης, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν.

GILDA, urbs Libyæ. Gentile, Gilditæ, auctore Alexandro libro tertio rerum Libycarum.

ΓΙΛΙΓΑΜΒΑΙ, ἔθνος Λιβύης. Ἡρόδοτος δ'.

GILIGAMBÆ, gens Libyæ, teste Herodoto libro IV.

ΓΙΝΔΑΝΕΣ, ἔθνος Λιβυκὸν λωτοφάγον, οἱ τὸν καρπὸν μόνον ἐσθίουσι τῆς λωτῆς ζῶσι.

GINDANES, gens Libyæ lotophagon, quæ solo loti fructu victitant.

ΓΙΝ-

GIN-

---

ducit a γαῖα, ita enim ille: Ἐκ τούτου γίνεται ἄλλη παραγωγὴ ἀφ' ἧς ἐστὶν ἡ ἀγγὴ γαῖα, ὥστε στελλὴν σπιλγαῖα, Ἀθήνη ἐν οἰκίᾳ ἢ γὴν ἐν τῇ γαίᾳ, ἀπὸ τοῦ ἢ γαῖα.

Thraciæ fines attingit, & Pallenem, promontorium *Gigonida*, quod Artemidorus urbem nuncupat, agnoscit Etymologici Mag. Auctor; quod non a Gigone Arabum rege (sed a Baccho, qui ibidem Gigon appellabatur) nomen sortitum esse perhibet. Γίγωνες, ἄκρα μεταξὺ Μακεδονίας & Παλλάνης· ἀπὸ Γίγωνι οὐτοσὶ τῷ ὑπὸ Διονύσου ἠρημένῳ λόγῳ γεγόνασιν· ἢ ἀπὸ ἑνὸς τῶν ἐπιχωρίων Γίγωνος. Est aliquid in his verbis quod mihi non placet; ultima enim ultius sectionis verba, suo loco excidisse firmiter mihi persuadeo. Mallem enim illa hoc modo præcedenti sectioni adjungere: Γίγωνία, ἡ Λυκία, ἢ Γίγωνες οἱ ἐκβάντες ἀπὸ ἑνὸς τῶν Γίγωνος. Ita certe sensus erit non inconcinnus, & ejusdem orationis contextus atque continuatio. Quidam etiam Ægyptium Herculem *Gigona* appellarunt, teste Hesychio: Γίγωνα· οἱ δὲ μέγα, παπύρους ἐπιπαγεῖς σχαπτόν· οἱ δὲ Αἰγύπτιον Ἡρακλέα. Ultro cum Seldeno consiteri cogor, mihi non satis innotescere, quid sibi velit Hesychius hisce verbis; si quid tamen hariolandum est, judico τὸ πάγκακος & ἐπιπαγεῖς ex ἀφροδισιακὸς corruptum esse: nam fuit *Gigon* Dæmon quidam ἀφροδισιακὸς σωτηρίους τοῦ Ἄρη καὶ τῶν ἀφροδίτης μοιχῶν. Vide Eustathium pag. 1599 & 1880 ad Homerum. Sed e diverticulo in viam redeamus. Videtur fuisse castellum, non vero urbs hujus nominis, quod apparet ex Scholiasta Thucyd. ad lib. 1: Ἐς Γίγωνον· Γίγων, χωρίον ἐπὶ μεταξὺ Μακεδονίας, ἢ Θρᾴκης, ἐ πολὺ ἀπέχον Πολιδαίας. Vide porro de situ Herodotum lib. VII.

Γαλεῖ τε Μάξῳ τε, ἢ αὖτις Ἀστραπαίῳ. Ad quæ verba ita scribit Archiepiscopus Thessalonicensis: Οἱ βορειότεροι Μυσῶν οἱ Γαλαί, ἢ οἱ Μάξοι, ὧν Γέγραπται, χρῶν ἐ τοξεύειν αὐτῶν. Hi Cedreno Γαλαῖοι appellantur, ubi interpres male Ἀγελαῖοι.

Γίγωνα, πόλις Γαλαϊκή.] Hujus civitatis meminit Dionysius libro tertio Bassaricorum, teste Stephano in Γάζοις.

Γιγωνίτης, Ψ' ἐθνικὸν ἐ εὐτύχησα Γάζοις.] Codices calamo exarati constanter exhibent, Γιγώνιος.

Παλληνὸς τῆ Παλλήνη.] Macedoniam inter, quæ

Γιλιχαμβῶσι.] Hæc vox, quia elementorum seriem sequitur, a Stephano petita videtur ex Herodoto, quam vulgati codices nunc non agnoscunt. In Melpomene legitur: Τάπιον δὲ ἔχοντι Γιλιχαμβαι, τυμπάνοισι τῶν σφέας ἐστὶ πλεῖστα χάλκεα, μάχρι Ἀφροδισιάδος νήσου. Mox sequitur: Γιλιχαμβίοισι δὲ ἔχοντι τὸ σφέας ἐστὶν ἡ Ἀσσύρια.

Ἀωθάκτων.] Innuit noster locum Herodoti in Melpomene:

ΓΙΝΔΑΡΑ, κώμη [11] πρὸς τῇ Ἀντιοχείᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Γινδαρεύς. Κυάδρατος δὲ, Γινδάρης ἔφη.

A GINDARA, vicus juxta Antiochiam. Gentile, Gindarensis. Verum Quadratus eos appellat Gindaros.

ΓΙΤΤΑ, [12] πόλις Παλαιστίνης. Πολύβιος ἐκκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Γιττηνός.

GITTA, urbs Palæstinæ, auctore Polybio libro sexto decimo. Gentile, Gittæus.

B

ΓΛΑΝΙΣ, [13] ποταμὸς Κύμης, ὡς Λυκόφρων,

Γλάνις δ' ῥηθροις δέξεται πήγαιον ὕδωρ.

καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἰχθὺς Γλάνις, [14] ὁ δὲ καλούμενος Γλάνις. [15] ἔστι δὲ Ἰβηρίας ποταμός. ἔστι δὲ Ἰταλίας τρίτος ποταμὸς, [16] πρὸ τοῦ Τίβεριν ποταμόν.

GLANIS, fluvius Cumarum, de quo Lycophron:

Glanis autem alveis terram humectans excipiet.

C Hinc piscis Glanis, qui etiam Glanius dicitur. Est item Iberiæ fluvius: Est Italiæ tertius fluvius circa Tiberim amnem.

ΓΛΑΥΚΙΑ, [17] πολίχνιον Ἰωνίας. τὸ ἐθνικὸν, Γλαυκιεύς, καὶ Γλαυκιώτης. Βέλτιον δὲ Γλαύκιος, ὡς ἡ Πλακίας Πλάκιος.

GLAUCIA, oppidulum Joniæ. Gentile, Glaucienſis, & Glauciotes. Melius autem eſt Glaucius, uti a Placia Placius.

D

ΓΛΑΥΚΟΥ Δῆμος, ἐν Λυκίᾳ, ὡς Ἀλέξανδρός φησιν, ἀπὸ Γλαύκου τοῦ ἥρωος. [18] ὁ δημότης, Γλαυκοδήμιος.

GLAUCI Demus, in Lycia eſt, teſte Alexandro, & a Glauco heroë nomen habet. Popularis, Glaucodemus.

ΓΛΑΦΥΡΑΙ [19], πόλις Θεσσαλίας. Ὅμηρος,

Βοίβην, καὶ Γλαφύρας. ----

GLAPHYRÆ, urbs Theſſaliæ, de qua Homerus:

Baben & Glaphyras. ----

Nomen

---

pomene: Ἀντιόχου δὲ ἀφίκνεται εἰς τὴν πόλιν, τέκνα τῆς Γυδάνου γίγαντος λαβόμενος· εἰ τὸ κρεῖττον μῦθον ζητεῖ πάντως ζήτω.

[11] Πρὸς τῇ Ἀντιοχείᾳ.] Proprie hæc urbs ſita erat in Cyrrheſtica regione, quæ ſe extendit uſque ad agrum Antiocheniſem. Locum viciniorem habebat Pagras teſte Strabone libro XVI: Τῇ δὲ Γινδάρῳ συνάπτουσιν αἱ Πάγραι τῆς Ἀντιοχικῆς, χωρίον ἱρυμνὸν κρὰς τῷ ὑποῤῥεῖν τὸν Ἄρμανδον. Idem eodem libro: Ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ πόλιν Γινδαρα, ἀκροπολις τῆς Κυρρηστικῆς, καὶ λαμπρὸν ἄστυ. Igitur urbs quæ Stephano Γινδαρα, Straboni Γινδαρος appellatur. Incolas Aſinius Quadratus *Gindaros* vocavit, ſi locus mendo careat: rectius enim Plinius lib. v cap. XXIII *Gindarenos*, quæ terminatio in oriente erat uſitatiſſima. Ægerrime igitur patior illud Γινδάρης: Fortaſſis corrigendum Γινδαρεύς, vel Γινδαρίδης ſi non longius a vulgata lectione recedat.

[12] Πόλις Παλαιστίνης.] Ita etiam hæc urbs dicta fuit Joſepho lib. VI Antiq. Jud. cap. II: Ἀπὸ τῆς Γίττης ὁμοῦ ἑκατὸν παρῆν. Eadem hæc eſt, quam Samuel lib. I cap. VII appellat Gath: Septuag Γέθ, & Plinius lib. v cap. IX *Getta*.

[13] Ποταμὸς Κύμης.] Intelligit fluvium inter Cumas & Literum in mare defluentem. Verum quia Literno oppido eſt propinquior, imo illud præterfluat, vulgo etiam *Liternus* vocatur, aliquando etiam *Clanis* teſte Cluverio in Ital. Antiq. Deſcript.

[14] Ὁ δὲ καλούμενος Γλάνις.] Cluverius in Italiæ Antiq. deſcriptione, hunc locum non probe conſtitutum eſſe in vulgatis, ſubodoratus eſt, corrigebat enim: Καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἰχθὺς, ὁ καλούμενος γλάνος. Imo ut verum fatear, ita conſtanter exhibent plurimi MSS, omiſſa illa voce γλάνις, quam tamen codex recentior Palatinæ Bibliothecæ retinebat, teſte Salmaſio. Ego vero conjunctionem καὶ ſine veterum librorum auctoritate interſerendam judicavi, legebatur enim in aliis editionibus: Καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἰχθὺς γλάνις, ὁ καλούμενος γλάνος. Ratio, quare τὸ δὲ adjecerim, in promptu eſt: nam hic piſcis non tantum γλάνις verum & γλάνιος vocatur, auctore Heſychio apud quem ita lege: Γλάνις, εἶδος ἐστὶν ἰχθύος· οἱ δὲ γλάνος. Gloſſæ εἶδος ἰχθύων. *Silurus*, γλάνις. Aliæ gloſſæ anecdotæ, quas inſpexit Salmaſius: Γλάνος, *Silurus*. Piſcem hunc deſcribuat Ariſtoteles, Plinius, & Scholiaſtes in Lucophronem, cujus verba mox producam.

[15] Ἔστι δὲ Ἰβηρίας ποταμός.] Scribit etiam ſcholiorum auctor in Lycophronem, fluvium Hiſpaniæ ita appellatum inveniri: Γλάνις ποταμὸς Ἰταλίας ἢ Κύμης, ὅθεν καὶ ὁμώνυμος· αὐτοῦ ἰχθὺς, ὃς φασι, γίνεται· ἢ ὁ γαλεώδης ὀφιλιμός, ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ ὄνειον τοῦ ποταμοῦ· ἔστι δὲ ἕτερος ποταμὸς Ἰταλίας Γλάνις, καὶ οὗτος Ἰβηρίας. Cenſeo Stephanum tres in Italia hac appellatione amnes hoc tmemate deſcripſiſſe, & illud Ἰβηρίας tranſcriptores ex alio vocabulo depravaſſe: nam tres hoc nomine fluvii in Italia reperiuntur: primam deſcripſit in præcedentibus, & circa Cumam collocavit: ſecundus eſt apud Minturnas, ubi Latium a Campania ſeparatur, antiquis temporibus *Clanis* appellatus. Strabo lib. v: Φασιανὸν δ' αὐτὰ μέσον εἶναι Σινόεσσαν καὶ Μινθούρνας· διαῤῥεῖ δὲ λέθης ποταμός· Κλάνις δ' ἐκαλεῖτο πρότερον. Vide porro Cluverii Italiam Antiq. pag. 1076.

[16] Πρὸ τοῦ Τίβεριν ποταμόν.] Jam deſcribit tertium Italiæ fluvium *Clanin* ſive *Glanin* dictum. Hic ab amne Pallia circa oppidum Herbanum in Hetruria excipitur, & ita in Tiberim defluit. Vide eundem Cluv. It. Ant. pag. 1098.

[17] Πολίχνιον Ἰωνίας.] Videtur fuiſſe Mycalenſis portus, quod colligo ex verbis Thucyd. lib. VIII: Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι πλεύσαντες ἐπὶ Σάμον ναυσὶ δυσὶ καὶ ὀγδοήκοντα, καὶ ὕστερον ἐπὶ Γλαύκην τὴν Μυκάλης ἐφύλασσον. Nihil obſtat, quod hic *Glauce* appelletur; nam Atticam dialectum affectantes hujuſmodi craſi ſæpenumero uruntur, pro Πλακία dicunt Πλάκη pro Μαντίνεια Μαντίνη, de qua alibi diximus.

[18] Ὁ δημότης, Γλαυκοδήμιος.] Exiſtimo cum Salmaſio, populare nomen vitii non eſſe immune, legendumque: ὁ δημότης, Γλαυκοδήμιος.

[19] Γλαφῦραι, πόλις Θεσσαλ.] Nulla unquam fuit urbs in tota Græcia, quod optime obſervat Incomparabilis Voſſius ad Scylacem, multo minus in Theſſalia, cui nomen *Glaphyra*. Aliter ſi foret, Strabo ejus meminiſſet; quippe qui diligentiſſime omnia loca, quorum Homerus meminit, ordine perſequitur: is enim lib. IX a *Babe* ſtatim tranſit ad Iaicon. Legimus tamen de ea apud Euſtathium ad Iliad. B. pag. 327, quod neminem in admirationem rapere debeat: nam fatetur ipſe Archiepiſcopus ſe ex Ethnicographo hauſiſſe eam ſententiam, quare etiam peſſime errat eum ſequendo legendoque,

Βοίβην καὶ Γλαφύρας. ----

Imo

κατὰ Γλαφύρα ὑὸς Μάγνητος, κλίσεως. A Nomen accepit a Glaphyra Magnetis filio, qui eas condidit. Gentile, Glaphyrensis. Est quoque vicus Ciliciæ, a Tarso triginta stadia occidentem versus distans.

τὸ ἐθνικὸν, Γλαφυρᾶς. [10] ἔστι δὲ κώμη Κιλικίας, ἀπέχουσα Ταρσοῦ τριάκοντα στάδια πρὸς δύσιν.

ΓΛΗΤΕΣ, [11] ἔθνος Ἰβηρικὸν μετὰ τοὺς Κυνήτας. Ἡρόδωρος δεκάτῳ.

GLETES, gens Hispanica post Cynetas; B de qua Herodorus libro decimo.

ΓΛΙΣΣΑ, [12] πόλις Βοιωτίας· ἡ κτητικὴ Γλίσσιος, ἡ κατὰ Γλίσσαν. [13] τὸ ἐθνικὸν, Γλισσάντιος.

GLISSAS, urbs Bœotiæ, quæ vel a Glisone, vel a Glisante nomen accepit. Gentile, Glissantius.

ΓΝΗΣ, ἔθνος [14] οἰκήσαν τὴν Ῥόδον. Ἔνιοι δὲ Γνῆτας, οἱ ἰθαγενεῖς. λέγει δὲ καὶ μετὰ τοῦ ι, Ἰγνητας.

GNES, gens Rhodum habitans. Hinc C & Gnetes indigenæ. Vocatur etiam cum I Ignetes.

ΓΟΑΡΗΝΗ, χώρα Ἀραβίας, πλησίον Δαμασκοῦ. λέγει δὲ Γοάρδα.

GOARENE, regio Arabiæ, prope Damascum. Dicitur etiam Goarea.

ΓΟΛΓΟΙ, πόλις Κύπρου, ἀπὸ Γόλγου βασιλεύσαντος τῆς Σικυωνίων ἀποικίας. [16] λέγει δὲ Γόλγον ἄδοτέρως, ἀφ' οὗ [17] Γολγία ἡ Ἀφροδίτη. τὸ ἐθνικὸν, Γόλγιος, καὶ Γολγία, καὶ Γολγεύς.

GOLGI, urbs Cypri, quæ a Golgo Sicyoniorum coloniæ præfecto nomen habet. D Dicitur quoque Golgum genere neutro. Unde & Venus Golgia. Gentile, Golgius, & Golgia & Golgeus.

ΓΟΜΟΛΙΤΑΙ, ἔθνος τῆς [18] Ἰδουμαίας· ἡ κτητικὴ Ἀμαλήκης, Ἀμαληκίτης ἐκλήθη.

GOMOLITÆ, gens Idumææ, quæ ab E Amaleco Amalecites appellata est.

ΓΟΜΦΟΙ [19], πόλις Θεσσαλίας. τὸ ἐθνικὸν, ὁμοιον. ὅρα δὲ Γομφεύς.

GOMPHI, urbs Thessaliæ. Gentile idem est. Sed invenitur quoque Gomphensis.

ΓΟΝ-

GON-

Imo noster parum sibi constat, non revocando in memoriam, quod in præcedentibus exaraverit, cum integriore codice uteretur & in quo optime erat:

Βοιῶν τι γλαφυρὸν &c. ----

Vide Stephanum in Βοιῶν. Quod si in Thessalia fuisset Γλαφυρὸν, sine dubio Etymologici Mag. Auctor, vocabula illa Homerica γλαφυρὸν & γλαφυρὸς explicans, de illa civitate, ut passim solet, aliquam mentionem fecisset.

ρατῶν. Εἰ μὲν λάβῃ τὸ μάστιγος, οὐδὲ ἰμάντας * * * πιθήσασιν. Παρὰ μέντοι τῷ ὀπιχωρίων ἠκούσαμεν, ὡς ἐπίπαν ἐτύπτετο μὲν ὑπὸ μάστιγος, ἠχεῖ δ' ὅτι πολὺν χρόνον, [11] ὡς χειμερίᾳ τὸ Δωδώνης ὑπαρχόσης, εἰκότως εἰς παροιμίαν παρῆλθε. Μέμνηται αὐτῆς Μένανδρος ἐν Ἀρρηφόρῳ. Ἐὰν ἧ κινήσῃ μόνον τὴν [12] Μυρτίλην ποτ' ἐκ τῆς, ἣν τιθήνην καλεῖ, [13] πᾶσ' ἐπιεῖ λαλιᾶς τὸ Δωδωνεῖον ἀνὴρ χαλκίον, ὃ λέγουσιν ἠχεῖν, ἂν περιΐληθ' ὁ περιὼν, τὴν ἡμέραν ὅλην, καπιπώσας ᾄδειον, ἢ ποτ' ἂν λαλήσαν, νύκτωρ δ' ἐσκαμβάνῃ.

A rhæus fatetur: Si acceperit flagellum, illi funes cecidérunt. * * * Nos autem ab incolis ipsis audivimus, æs illud à flagello percussum longum tempus resonare, hiemali cœlo, sub quo sita est Dodone, illud adjuvante. Unde merito in proverbium abiit, cujus Menander meminit in Comœdia Arrhephoro: Hanc si quis semel moverit Myrtilam, quam ille suam nutricem vocat, finem loquelæ tandem facit ÆS DODONÆUM, quod si quis præterentium illud tetigerit, totam ajunt resonare diem, sed tamen citius silere, quam hanc nostram loquacem, quippe quæ & noctem diei adjungat.

ΔΩΝΕΤΤΙΝΟΙ, [14] ἔθνος Μολοσσικόν. Ῥίανος δ' Θεσσαλικῶν.

DONETTINI, gens Molossica, cujus Rhianus libro IV rerum Thessalicarum meminit:

Ἀπὸ Δωνέττινοι ἡδύ, ὀτρηροὶ [15] Κεραΐνες. Καὶ ἐν τῇ ζ.

Caterum Donettini & seduli Ceraines.

Et libro septimo:

Ἑπτὰ δ' Δωνέττινοι, ἀπὸ ὀκτὼ καὶ δέκα Κᾶρες.

Septem Donettini, verum octodecim Cares.

ΔΩΡΑ, [16] νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ, [17] καθὰ Σέλβων ιε'. [18] Τὸν Δεμαζήλου ἐπάρχειν νήσῳ τινος τῶν ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ, καλεῖσθαι δ' ὑπὸ τῶν νήσων Δῶρα. ὁ νησιώτης Δωρίτης, ὡς τὸ Στάγιρα Σταγιρίτης, Ἄβδηρα Ἀβδηρίτης. [19] Ὄρως δὲ Ὧρος. [20] Εἰ δὲ τῷ τὴν χώρας πάντῃ χαρακτηριεῖσθαι δεῖ,

DORA, insula in sinu Persico, auctore Strabone libro XVI. Amazenam vero insulæ cuidam in sinu Persico præfuisse, cui Dora nomen erat. Insulanus Dorita dicitur, ut à Stagira Stagirita, Abdera Abderita: quod etiam Orus affirmat. At si quis consueta regioni forma uti velit, gentile erit Dore-

nostrum hoc opus innuere, sed quod de Proverbiis consignavit.

[11] Ὡς χειμερίᾳ τὸ Δωδώνης ὑπαρχούσης.] Dubito de fide hujus loci: mallem reſcribere: ὡς δυσχίμου τῆς Δωδώνης ὑπαρχούσης. Quod epitheton Homerus Iliad. Π Dodonæ attribuit.

[12] Μυρτίλην ποτ' ἐκ τῆς.] Est sine dubio nomen fœminæ loquacis, garrulæ & rixosæ, quæ à Menandro in scenam introducitur & Dodonæis lebetibus comparatur, quia nimia verbositate & vociferatione illorum aures offendebat, qui semel eam moviſſent.

[13] Πᾶσ' ἐπιεῖ λαλιᾶς τὸ Δωδωνεῖον ἂν π χαλκίον.] In antigrapho, quod ex membranis Seguierianis erat transcriptum, legebam χαλκεῖον, quod non præfero, licet etiam apud alios inveniatur: verum τὸ Δωδωνεῖον, quod etiam Antigraphum exhibebat, nequaquam probare possum. Sine dubio reſcribendum est: πᾶσ' ἐπιεῖ λαλιᾶς τὸ Δωδωνεῖον &c.

[14] Δωνέττινοι, ἔθνος Μολοσσικόν.] Ita de Donettinis scribit qui Stephani de Gentibus opus compendiatit. Δωνέττινοι, ἔθνος Μολοσσικόν. Ῥίανος πέμπτῃ Θεσσαλικῶν. Ἀπὸ Δωνέττινοι, καὶ Ὀτρηροὶ Κεραΐνες. De alio Rhiani loco nullam mennonem fecit.

[15] Κεραΐνες.] Gentem hoc nomine non novi, cum nemo geographorum eam noverit. Suſpicor hic aliquid monſtri latere, quod fortaſſis curaveris ſic legendo:

Ἀπὸ Δωνέττινοι, ἡδὺ ὀτρηροὶ Μελαίνεις.

Ancadiæ urbs est Μέλαινα, unde deducitur civis nomen Μελαινεύς: ejus quoque Rhianus meminit, uti suo loco apparet. Poſſet quis hunc movere ſcrupulum, Melænas hic non debere conjungi populos, vasto locorum ſpatio dejunctos: verum ſcat is, à Rhiano verſu ſequenti Donnenos & Caras recenſeri, qui toto orbe diviſi ſunt, nam illi Europam, hi vero Asiam incolunt.

[16] Δῶρα, νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ.] De hac insula sic ſcribit Abbreviator: Δῶρα, νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ. Στέφανος πατρικαδίως. Ὁ νησιώτης, Δωρίτης. οἱ δὲ τῆς χώρας τύπῳ, Δωριῶν, ὡς Ἀραβίων. Sita erat non longe ab Arado, uti apparet ex Ptolemæo, qui eam non Δῶρα, sed Θαῦρ appellavit, ait enim ille: Ἐν τῇ Περσικῇ κόλπῳ Ἀμφάκη νῆσος, ἣ τις ἐπίκλ μεθ. Ὑχάρα, Θαῦρ, Τύλος, Ἀραβίος.

[17] Καθὰ Σέλβων ιε'.] Fortaſſis ſcribendum, κατὰ Σέλβωνα. Est enim noſtro non inſueta phraſis; ſupra in Δωνέττινοι inquit: Δίπτυα δ' ὑπὸ Δωδώνην, αὐτὴ δ' ἡ ὑπὸ Γαλάκη κατὰ Ἄκιλιν ἐν Μυσίᾳ. Præterea in MS Seguieriano legebatur Σελβώνιος, & ſic quoque Epitome repræſentat: verum Geographi verba libro ſexto, decimo exſtare, jam olim magnus monuit Caſaubonus in commentariis ad illum auctorem.

[18] Τὸν Δεμαζήλου ἐπάρχειν.] Verba Strabonis ab hiſce paullulum differunt, & in ejus vulgatis hodie hunc in modum concipiuntur: Φησὶ δ' ὁ Νέαρχος ἐν τῷ Περιπλῷ, σύνεγγυς αὐτοῦ μεῖ Ἀμαζήλου. τὸν δὲ Ἀμαζήλου ὑπάρχειν νήσου τινὸς τῶν ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ. καλεῖσθαι δὲ τὴν νῆσον Δωρίαν. οἱς τοῦτο δὲ τὸ &c. Ex hoc Strabonis loco Stephanus eſt emendandus, & vice verſa Geographus ex Stephano Reſcribo pro τὸν Δεμαζήλου ὑπάρχειν: hæc indubitata eſt lectio; nam conjunctionem adverſativam librarii proprio nomini aleverunt, quod non decuit Verum gravius laborat Strabo, in quo pro Δῶρα ſecerunt Δωρίαν, quæ vox eſt nihili. Si mei arbitrii res foret, ejus verba ſic emendarem: Καλεῖσθαι δὲ τὴν νῆσον Δῶρα. τὸ ἐς τοῦτο δὲ τὸν Μυρτοπόλεμον κατὰ συγχύσεως, ἔνιαις τυχὸν καὶ τοῦ Ἐλεφάντου ἀλλοιωθὲν ἐφάνη. Correctionem hanc amplectatur lector, donec certius aliquid ab aliis ſit allatum.

[19] Ὄρως δὲ Ὧρος.] Exiſtimo noſtrum Ori ὧδε τὸ Ἐθνικὸν opus innuere, quod etiam in Epitome vocibus Νικίας κώμη & Ταῶν, nec non hoc fragmento allegatur.

[20] Εἰ δὲ τῷ τὴν χώρας πάντῃ &c.] Unica literula mirifice horum verborum ſenſum turbat: verum qui in Stephano paullo eſt verſatior, facillime animadvertet reponi debere. εἰ δὲ τῷ τὸ χώρας πάντῃ χαρακτηριεῖσθαι δεῖ, eamque lectionem eſſe veriſſimam, quam etiam nunc Epitome agnoſcit.

Δωριωὺς, ὡς Σωφιωὺς, [31] Α'ραξιωὺς, Νισιβιωύς.

A Doronus, ut Sophenus, Araxenus, Nisibenus.

Δ Ω' ΡΙΟΝ, [32] πόλις μία τ τριῶν, [33] ὧν Ο'μηρ⊙ μνημονεύ.

DORIUM, urbs una ex tribus, quarum Homerus meminit:

Καὶ Πλελεὸν, καὶ Ε'λ⊙ π Ἐ Δώριον.

Et Pteleon, & Helus, & Dorium.

[31] Δικαίαρχος ἢ πέντε παρας πάντας εἶναι φησὶ, καὶ Πελέας, ἀ Πελεὸν τ μίαν καλεῖ. Καλὰ τὸ πρῶτον ⊙ βίβ τ Ε'λλάδος βιβλίον. Τῶν δ' ἐν τῇ Πελασγιώτιδι χώρα Δωριέων καλοικούντων [36] μέρος π μὲν τ ὑπ τῶν

B Dicæarchus autem illas quatuor esse ait, & unam urbem non Pteleon, sed Pteleas appellat, libro primo de Vita Græciæ. Dorienſium, qui in Pelaſgiotide regione habitant, pars quædam. * * * * * * * * * *

Τυρώμλιν εἶχον τ Δωτικίαν ἐκπέμπτην πῆς Τραχινίοις βιαλόμενοι καὶ Δωριῆσι πιμωρεῖν. Η'ρόδο⊙ ἢ ἐν τῇ ά, πεὶ ⊙ Δωρικῆ χώρης φησὶ, πολυπλάνητον αὐτὸ καλῶν ⊙ δεικνὺς ὄντως. [37] Τὸ ἢ πολυπλάνητον κάρπ. ἐπὶ μὲν γὰρ Δευκαλίων⊙ [38] βασιλέως ὤκιες τὴν Φθιῶτιν. ὕστ δὲ Δώρ ⊙ Ε'λλη⊙ τὴν τ Ο'λυμπον χώρην καλουμένην Ι'στιαιῶτιν. [40] ἐκ ἢ Ι'στιαιώτιδ⊙ ὡς ἐξανέστη ὑπὸ Καδμείων, [41] ὤκισεν ἐν Πίνδῳ Μακεδόνων καλούμενον, ἐντεῦθεν ἢ αὖθις εἰς τ Δρυοπίδα μετῆλθε, καὶ ἐκ τ Δρυοπίδος ὄντως ἐς Πελοπόννησον ἐλθὸν, Δωρικὸν ἐκλήθη.

C Coloniam eo deducere ſedebat ſententia, & illatam Trachiniis Dorienſibuſque injuriam ulciſci. Herodotus libro primo de gente Dorica ſcribens, valde erroneam eam eſſe & dicit & demonſtrat hoc modo: multum illa peruagata eſt; nam ſub Deucalione rege Phthiotidem incoluit: Sub Doro Helleni filio regionem montibus Oſſæ & Olympo adjacentem, Iſtiæotidem dictam: at vero à Cadmeis ejecta, habitavit locum in Pindo, quem Macednum vocant: hinc autem ruſus ad Dryopidem migravit: atque ita tandem ex Dryopide in Peloponneſum veniens, Dorica dicta eſt.

[31] Α'ραξιωύς.] Ab Araxa urbe Lyciæ non poteſt deduci gentile in ⊙ιος; nam alio modo Lycii, & alio circa Perſicum ſinum habitantes gentilia ſua terminant. Certo certius eſt hic mendam latere, quam facile emendabis, ſi reposueris gentile, derivatum à celebri quodam oppido, & in ⊙ιος deſinens. In voce Νίσιβις Epitomator enumerat gentilia Νισιβιωὺς, Σωφιωὺς, Ταξιωὺς, Καμικοσιωὺς: itaque ferme reſcripſeram Ταξιωὺς, verum & illa vox infana eſt, & pro ea repono Ταξιλιωὺς, quam etiam non incommode hic pro Α'ραξιωὺς ſubſtituere poſſes. Hæc ſi minus placet, ſcribe Α'δραμιωὺς, vel elige aliam proxime vulgatæ lectioni reſpondentem.

[32] Δώριον, πόλις μία τ τριῶν.] Compendiariam hanc de Dorio Epitomator exhibet deſcriptionem: Δώριον, πόλις μία τ τριῶν. Ο'μηρος.

Καὶ Πτελεὸν ⊙ Ε'λ⊙, καὶ Δώριον.

Δοσίθ⊙ ⊙ αὐτῇ τῇ πολ φησὶν ὑπὸ Θαμύρα δηριθῆναι τὸν Δώριον ἀρμονίαν. τὸ ἰθνικὸν, Δώρι⊙, καὶ Δωριεὺς, καὶ Δωριάς. καὶ ⊙ιωνικῶς Δωρίς. Quædam hic ex Doſitheo commemorantur, de quibus in genuino hoc Stephani Fragmento, nulla reperitur memoria, uti mox apparebit.

[33] Ὧν Ο'μηρ⊙ μνημονεύ.] Articulus ὧν non erat in antigrapho. Homeri locus in Catalogo navium reperitur:

Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ε'λ⊙, καὶ Δώριον, ἔνθα τ μῆνιν
Α'ντιθέμην Θαμύρου τ Θρηϊκα παῖδα ἀείδης,
Ο'ἰχαλίηθεν ἰὼν ἀπὸ πὲς Εὐρύτου Ο'ἰχαλίη⊙.

[37] Δικαίαρχ⊙ δὲ πέντε] Vide Voſſium de Hiſtor. Græcis. Hujus rei nulla in hodiernis Dicæarchi fragmentis exſtat memoria.

[36] Μέρ⊙ τ μιᾶ τ ὸ πῆς ***] Libet hic miſereri fati imperium in clariſſimorum ſcriptorum opera, & temporis injuriam in literas & monumenta hiſtorica, quod ipſum hoc genuinum Stephani fragmentum ſartumtectum ad nos pervenire non potuerit. Nam hic duarum paginarum, ut in antigrapho legebam, quæ diſcerptæ erant, ejuſdem vocis mentionem habentium, hiatum excipiebat tertia ejuſdem quoque argumenti. Supereſt tamen, quod valde miror, locus apud Epitomatorem ex Doſitheo ſcriptore vetuſto, quem ad hunc hiatum pertinere exiſtimo: Δοσίθ⊙ ⊙ αὐτῇ τῇ πολ φησὶν ὑπὸ Θαμύρα δηριθῆναι τὸν Δώριον ἀρμονίαν. Malo in iſtis verbis legere, ὑπὸ Θαμυρίδ⊙, veſtigiis Euſtathii inſiſtens, ita enim ille ad locum Homeri à Stephano circa initium hujus tmematis allegatum: Κινδύνευ ὅτι δεκτὸ τῆς πολεως, ἀφ' τ αὐτὸν δηρίσῃναι τὸν Δώριον ἀρμονίαν ὑπὸ Θαμυρίδ⊙. Diſtinguebant antiqui Harmoniam ſive modum in Dorium, Phrygium, Jaſſium, & etiam aliter. Locus in hanc rem egregius eſt apud Themiſtium Oratione XIX: Καὶ τὸν Μῆδ⊙ μ ἴσ⊙ς χαιρήσειν ⊙ Σαυρομάτ⊙. καὶ ἕτερ, Ε κρίν⊙ Καππάδαν κιναν, ἕτερ δὲ Λ'υκιστὶ, καὶ ἄλλ⊙ς ἐκκλησιάζ⊙ς ἐπὶ τὸν δήμηρίαν, ὁ πείσ⊙ σφᾶς ἕτερ⊙ν ⊙ ἐθέλειν. λογισ δ' ἴσ⊙ς ⊙ὐδὲν ἀνθρ⊙πίν⊙ φύλα ⊙ κρᾶσιν ἥδη πάσ⊙ς ἀφικέσθαι, ὡς ὑπάρχ ⊙ τὰ μὲν πάντ⊙ς ἀφελκύσαι εἰς Δώριον, καὶ Φρύγια, καὶ Ι'αστὶ. καὶ ἄνθρωπ⊙ μ ⊙ὐ ἴδιός τινὰς ⊙ τ⊙ς ἐπιτήμας λέγων. ὁ⊙ Πλάτων ἐν ἁρμονίαν, καὶ Δημοσθένειόν τινα. Insignem etiam horum modorum deſcriptionem apud Apulejum in Floridis legimus. *Tibicen quidam fuit Antigenidas, omnis vocula mellem modulator, & idem omnis modi peritus modificator; ſeu tu velles Æolium ſimplex, ſeu Jaſſium varium, ſeu Lydium querulum, ſeu Phrygium religioſum, ſeu Dorium bellicoſum.* Ita hic locus eſt legendus, qui varie in variis editionibus circumfertur: In nonnullis legitur *Jaſtium*, in aliis *Laſtium*, & in quibuſdam *Aſium*. Nos veram ex Themiſto lectionem indicaſſe, nemo in dubium vocabit: Eſt enim urbs Caricа, quæ Ι'ασσ⊙ς & Ι'ασ⊙ appellatur, unde hæc Harmonia nomen ſortita eſt. De hiſce Harmoniis & muſico concentu etiam legito Ariſtotelem lib. VIII Polit. cap. V: Lucianum in Harmonide: Clementem apud Euſebium Præparat. Euang. lib. X: & è recentioribus in comparabilem Salmaſium ad Solinum & Hiſt. Auguſt. Scriptores.

[37] Τὸ δ' πολυπλάνητον κάρπ.] In Herodoto legitur πολυπλάνητον.

[38] Βασιλέως ὤκιες τὴν Φθιῶτιν.] Et hæc longe aliter in Herodoti vulgatis exemplaribus circumferuntur: Ε'πὶ μὲν γὰρ Δευκαλίων⊙ βασιλ⊙ ὤκιες γῆν τὴν Φθιῶτιν.

[39] Υ'στ τὸν Ο'στιν.] Nunc in Herodoto exſtat: ὑπὸ τὸν Ο'στιν. Quod uſitato ei characteri melius reſpondet.

[40] Ε'κ δὲ Ι'στιαιώτιδ⊙.] In Herodoto agnoſcitur articulus: ἐκ δὲ τ Ι'στιαιώτιδ⊙.

[41] Ω'κισε ⊙ Πίνδῳ.] Edita Herod. exemplaria exhibent ὤκισε ⊙ Πίνδῳ.

ἐκλήθη. Καὶ οἱ Κρῆτες Δωριῆς ἐκα- A est. Ipsi quoque Cretenses Dorienses appellantur.
λοῦντο.

[47] Δωριέες π Τελχαΐκες. δῖοι π Πελασγοί.

Dorienſesque Trichaïces, nobileſque Pelaſgi.

[47] Περὶ ὧν ἱστορεῖ Ἄνδρων. Κρητὸς ἐὼν τῆ νήσῳ βασιλεύοντος. [48] Τέκταφον τὸν Δῶρον τοῦ B Ἕλλου, ὁρμηθέντα ἐκ τῆς Θετταλίας τότε μὲν Δωρίδος, νῦν δὲ Ἰστιαιώτιδος καλουμένης, ἀφικέσθαι εἰς Κρήτην μετὰ Δωριέων τε καὶ Ἀχαιῶν ἐκ Πελασγῶν, τῶν γε [47] καταβράντων εἰς Τυρρηνίαν. Μέμνηται τῆς Δωρίδος τῆς Θετταλικῆς Χαραξ ἐν ζητήσει χρόνων [48] τοῦ Θεσσαλοῦ καὶ Αἰόλου, νικήσαντος τὸν ἐν Ἄργει Βοιωτόν. Ὁ δὲ Θεσσαλὸς ἦλθε [47] τῷ πατρῴῳ μοίρᾳ τῆς ἐπωνυμίας μεταβαλών, ἀλλ' Ἰταμῶν αὐτῷ, ὡς πέμν, καλεῖσθαι ἐάσας. D

De quibus hæc narrat Andro: ſcilicet Crete in inſula regnante, Cercaphum Dori filium, Hellenis nepotem, profectum ex illa Theſſaliæ parte, quæ tunc quidem Doris, nunc vero Iſtiæotis appellatur, deveniſſe Cretam cum Dorienſibus, Achæis & Pelaſgis, qui ad Tyrrheniam non erant delati. Doridis Theſſalicæ meminit Charax libro ſeptimo, ubi ſcribit de Theſſalo Æatæ filio, qui Bœotos in Arna devicit: Theſſalus vero quartæ partis cognomen non mutavit, ſed Iſtiæotidem, ut olim, ipſam vocari permiſit. Jacet ad occiden-

Κέκτη

tiquitate non reperies. Tectaphi meminit Dionyſius lib. XVII Baſſaricorum apud Epitomatorem Stephani in Βάλισσα.

Καὶ πάτ δὲ Βαλισσηίδα μετ' ἀνδρῶνα Τέκταφον ἄξετ.

Et Nonnus in Dionyſiacis lib. XXVI:

Τέκταφον ἐκ μέσθι πλήτι, ἑκαπόλον, ὃς ποτε κόρυ.
Χαλκείοι πάλαισιν ἀλοξήσειμεν πάτμου.

Verum cum animadverterem hujus genealogiam eſſe incertam, & ſic meam non procedere conjecturam, tentabam reponere πρὸ σκάφη, quod à vulgata ſcriptura non longius recedens, primo intuitu ſpecioſum videbatur, nam pedeſtri itinere Dorus è Theſſalia in Cretam minime pervenire poterat. Denique auctoritate Euſtathii permotus, Κέρκαφον corrigendum cenſui, qui ad Odyſſ. T, voce Τελχῖνες interpretata, perhibet, Pelaſgos cum Cercapho ex Phthiotide in Cretam veniſſe, ita enim ille: Πελασγοὺς δέ φασιν οἱκῆσαι τὴν μὲ Κέρκαφον εἰς Κρήτην ἀπὸ Φθιώτιδος.

[47] Καταβράντων.] Corrige: καταβάντων à καταίρω appello, deferor. Nauticum verbum. Polybius lib. II: Οἱ δὲ Κέλτοι καθέβησαν εἰς τὴν Τυρρηνίαν. Tangit noſter ex Androne antiquam de Diomede hiſtoriam: nam is poſt captam Trojam ex Calydone, ubi Agrium cum liberis interfecerat, Argos navigans, tempeſtate cum ſociis quibuſdam, inter quos plurimi numerabantur Dorienſes, in Jonium in mare ejicitur. Venit ad Daunium Dauniorum regem, qui tunc temporis cum Meſſapiis bellum gerebat: rogat Daunius, promiſſa in matrimonium filia & ditionis parte, ut contra Meſſapios auxilium ipſi ſuppeditet. Accipit conditionem Diomedes, cumque prælio fuſis Meſſapiis agrum eſſet conſecutus, Dorienſibus eum, quos ſecum habebat, dividit. Sed liquet ex Androne non omnes in Italiam pervenisse. Vide Antoninum Liberalem Fab. XXXVII: & Juſtinum lib. XX cap. I.

[48] Περὶ Θεσσαλοῦ καὶ Αἰόλου.] Video ultimam vocem male ſanam eſſe, quid autem ſubſtituam non video: nam Theſſalus Æatem patrem non habuit, ſed Æmonem, uti ex Rhiano in voce Αἰμονία evidenter apparet. Niſi à vulgata lectione longius recederet, reponerem: περὶ Θεσσαλοῦ καὶ Αἰόλου. Malo tamen editam lectionem retinere, quam temere & ſine fide codicum veſtutiorum aliquid immutare.

[47] Τῶ πατρῴῳ μοίρᾳ.] Theſſaliam olim quadripartitam fuiſſe norunt omnes, qui veteris geographiæ paullo ſunt callentiores. Vide ea de re Strabonem lib. IX, & Stephani Epitomen in Φθῖαι. Ex Etymologici Magni Auctore locum producam, ut obiter à nobis emendetur, ſita enim ſcribit in Τελχῖνες. Τετύφθαι μέρη ὄντων τῆ Θετταλίας, ἕκαστη μέρος τῆς ἑκατέρας. ἀπωρὸς δέ φασι εἶναι τῶν τεττάρων, Θετταλιώτην, Φθιώτην, Πελασγιώτην, Αἰαιώτην. Ultima vox corruptiſſima eſt, repono confidenter vel Γαιαιώτην, ut habet Herodotus lib. I, & noſter hoc in loco, vel Ἑταιώτην, ut Strabo lib. IX exhibet: utroque enim modo antiquis vox proſertur.

[48] Τέκταφον δ' Ἕλλου.] Hic aliquid latere quod eſt à mala tranſcriptorum manu, tam certum eſt, quam ſolem ipſo meridie lucere. Tectaphum in tota an-

Κᾶπω ἡ [48] πρὸς δυσμῶν τ Πίνδ. Δῶρ(ος) ὁ Α
αὐτὴν ὁ Ἕλλην(ος) ἔλαχε τὰ πρῶτα, ᾧ Δω-
ρὶς ἀπ' ἐκείνης ἐκαλεῖτο πρότερον, ὕστερον δὲ
Ἰστιαιῶτις μεταμοιάθη.

ΔΩΡΟΣ [49] πόλις Φοινίκης. Ἑκαταῖ(ος)
Ἀσίᾳ. [50] Μετὰ δὲ ἡ πάλαι Δῶρ(ος), νῦν δὲ Β
Δώρα καλεῖται. Καὶ ἔτως Ἰώσηπ(ος) αὐτὴν
καλεῖ [51] ἐν ε τ Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας. Α τὸ μὲν
Ἰορδάνε μέχρι Δώρων πόλεως. Καὶ πάλιν.
Ἀζώτῳ δὲ Δώροις ὁριζόμενοι. [52] Καὶ ἐν δ. ἐ-
ναί τι γωλαιον ἐν πόλ Δώρῳ. Καὶ πάλιν. ὅτι C
ἰώσησεν εἰς τ Δῶρον. Καὶ [53] Κλαύδι(ος) Ἴουλ-
λ(ος) ἐν γ Φοινικικῶν. Μετὰ Καισάρειαν
Δώρα κεῖται βραχεῖα πολίχνη, Φοινίκων αὐ-
τὴν οἰκούντων, οἱ Δῖα τὸ ἐμπόριον [54] τῶν τ
ἀιγιαλῶν, ᾗ τὸ [55] πορφύρας γόνιμον σωιεληθύ- D
πις, καλιὰς αὐτῆς ᾠκοδομήσαντο, ᾗ σπι-
δαλόμενοι χάρακας, ὡς ἐσήκειν αὐτῆς τὰ
τ ἐρκασίας, [56] πινόμενοι τ πέτρας, Δῖα τῶν
ἐξαιρεμένων λίθων τὰ πίκη καπεδάλεγο.
καὶ τὴν [57] ἔνορμον χειλὼ ὅπως τ ἀσφαλὲς E
ἔθεντο, [58] ἐπώνυμον αὐτὴν τῇ πατρίῳ γλώσῃ
Δῶρα καλοῦντις. Οἱ δ' Ἕλληνες, ἀχρὶ ᾧ τ
[59] Φωνῆς ὠσεφόρα, καλεῖν ἀρκέσ(ει) Δῶρα
τ πόλιν. Καὶ τινες ἱστοροῦσι Δῶρον τ Ποσειδῶ-
νο(ς) οἰκισθὴν αὐτῆς γεγονέναι· Καὶ Ἀρτεμίδω- F
ρο(ς) Δῶραν τ πόλιν οἶδεν ἐν ἐπιτομῇ τῶν ιά.
[60] Σωσι-

tem ipsius Pindi: Dorus autem Hellenis filius, cui ea primum sortito obtigit, ipsam à se Doridem appellavit; postea tamen Istiæotis transnominata est.

DORUS, urbs Phœniciæ, auctore Hecatæo in Asia. Deinde antiqua Dorus, nunc Dora appellatur. Et hoc modo Josephus eam appellat libro quinto Historiæ Judaïcæ: A Jordane usque ad civitatem Dora. Et rursum: Azoto & Doris terminati. Et in libro quarto: Esse in urbe Doro aliquam mulierculam. Et iterum: Quando tulit in Dorum. Et Claudius Julius libro tertio Phœnicicorum sic scribit: Post Cæsaream sita sunt Dora exiguum oppidulum, quod à Phœnicibus habitatur, qui propter saxosum & purpuris fœcundum littus ibi convenerunt, sibique gurgustia ædificarunt, & fossas circumduxeruut: ubi vero successus respondebat operæ, secuerunt petram, & ex effossis lapidibus muros fundarunt. Cumque jam navibus commodum tutumque posuissent portum, Dora illum cognominem urbi vernacula lingua vocarunt. Græci vero, quatenus vox pronunciatu facilis est, appellant Doram urbem opulentam. Quidam narrant, Dorum Neptuni filium ipsam condidisse. Et Artemidorus in Epitome undecim librorum, urbem Doram agnoscit. Conti-

[48] Πρὸς δυσμῶν τ Πίνδ.] Lege, πρὸς ἑσπέρας τ Πίνδ.

[49] Δῶρος, πόλις Φοινίκης.] Hanc de Doro sectionem Hermolaus hoc modo compendiecit. Δῶρος, πόλις Φοινίκης, ἀπὸ Ἰώσηπος, ᾗ ἄλλοι. τὸ ἐθνικὸν Δωρίτης. Παυσανίας δὲ Δωρεῖς αὐτὸς φησίν. ἔστι δὲ Καισάρεως πόλις. Praeterquam quod situm non accurate describat, etiam tot scriptores illustres silentio negligit.

[50] Μετὰ δὲ ἡ πάλαι Δῶρος.] Dubito vehementer an non composite efferendum sit: Μετὰ δὲ ἡ Παλαίδωρος, νῦν δὲ Δώρα καλεῖται. Sic enim geographi sæpissime loqui amant. Stephanus: Τύρος, πόλις τῆς Φοινίκης &c. καλεῖται δὲ ἡ Παλαίτυρος, ᾗ τὸ ἐθνικὸν Παλαιτύριος.

[51] Ἐν ε τ Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας.] Historiam Judaïcam vocat noster τὴν Ἀρχαιολογίας opus, cujus libro v cap. primo alla ta exempla continentur. Sed mirum est hoc opus ita appellari, cum aliis in locis libris Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας à Stephano citentur. Vide in Γαβάθη & Γάζα. Sic etiam περὶ πλαίσιος libri aliter ab auctore nostro insigniuntur in voce Φασηλίς. ὡς Ἰώσηπος ἐν ε ᾧ περὶ Γομμαὶς πολίμιν.

[52] Καὶ ἐν δ'.] Evolvi librum quartum Ἀρχαιολ. sed verba allegata non invenio: hic itaque latere mendum certissimum est.

[53] Κλαύδι(ος) Ἴουλ(ος).] Variis modis hujus scriptoris cognomen in Stephano & alibi exaratum conspici, fusius diximus in commentariis ad vocem Ἄκκη. Supervacaneum duco illa hic repetere, cum ad finem totius operis properemus.

[54] Τῶν δὲ αἰγιαλῶν.] In littore urbem fuisse exstructam etiam manifeste apparet ex nummo Trajani, cujus inscriptionem Clarissimus Sphanhemius nobis ex gaza regis Galliarum suppeditavit. ΔΩΡ. IEP. ACTA. AYTON. NAYAP. h. e. *Dora sacra, inviolabili, suis legibus, Navarchidis.* Hanc *Navarchidis* appellationem non nisi urbes maritimæ sibi vindicant.

[55] Πορφύρας γόνιμον.] Littus Phœnicium ubique purpuris fœcundum fuisse, auctores antiqui satis perhibent. Præcipue tamen circa Tyrum earum piscatio instituebatur, quæ eodem tractu sita erat.

[56] Τειμινόμενοι τ πέτρας.] Sic etiam descripta exemplaria exhibebant: sed corrigendum est: τειμεύμενοι τὰς πέτρας.

[57] Ἔνορμον χειλώ.] Hæc pessime sunt contaminata à librariis. Fortassis vetus lectio hoc modo est reducenda: Καὶ τὸ ὅρμημ χειλ(ος) ὅπως τ ἀσφαλὲς ἔθεντο. Nam τὸ χειλ(ος) pro cujuscunque rei margine sumitur: dicimus enim χειλ(ος) θαλάσσης, χειλ(ος) τ ποδιμῶν &c. Posset hic locus etiam non incommode hoc modo legi: καὶ τὸν ὅρμον χλωίῳ ὅπως τ ἀσφαλὲς ἔθεντο. Nam idem denotant τὸ χειλ(ος) & χλωίη.

[58] Ἐπώνυμον αὐτὴν.] Suspicor τῇ πάλαι excidisse: ut integer locus hic sit legendus: ἐπώνυμον τῇ πάλαι αὐτὴν τῇ πατρίῳ γλώσῃ Δῶρα καλοῦντις.

[59] Τῆς Φωνῆς ὠσεφόρα.] Scribendum est ὠσεφόρα, & ita versio textui Græco respondebit. Sed ut verum fatear, videtur totus locus gravius laborare, vel meliorum codicum opem, vel acutiores doctorum conjecturas desiderare. Non censeo tamen Stephanum hic loqui de facili vocis pronunciatione, sed soli terræque fertilitate. Objiciet Lector, oppidum in saxoso littore conditum fuisse, quod nullam omnino terræ fertilitatem promittit. Fateor plurimas maritimas urbes per orbem terrarum in rupibus & saxis ædificatas esse, quæ tractum tamen versus mediterranea fertilissimum possident. Tyrum, Berytum, Byblum, Cæsaream, Joppen, aliasque Doro vicinas urbes in saxoso littore sitas fuisse, multorum testimonio evinci posset, cum tamen tractus mediterraneus frumentum, oleum, vinum alioisque fructus copiosissime proferebat. Anonymus in Ἐξηγήσ ᾧ ὅλη κόσμ., postquam de urbibus jam supra nominatis loquutus fuerat, ita scribit: Πᾶσαι δὲ αἱ σεσημειωμέναι πόλεις ἔνδεξι, ᾗ παραπόρος ἐν σίτῳ, οἴνῳ ᾗ ἐλαίῳ &c. Fortassis levi mutatione totus locus ita est constituendus: Οἱ δ' Ἕλληνες, ἀχρὶ ᾧ τ ὀρθῆς τῆς ὠσεφόρα, καλεῖν ἀρκέσ(ει) Δῶραν τὴν πόλιν. Quasi Græci urbem hanc opulentam nomi-

[65] Σωσχῶς δ' ἐστὶ Στράτωνος πύργος. [66] ἅπα ἐνὶ Δώρα ἔτι χερρονησευούσῃ πόπτα κειμενον πλισμάτιον, δεχομένη δ' ὄρος [67] Καρμήλη. Καὶ ἐν θ' γεωγραφυμένων τὰ αὐτὰ. Ἀπολλόδωρος δὲ Δῶρον καλεῖ ἐν χρονικῶν δ'. Εἰς Δῶρον ὅσων ἔτι θαλάττιον πλιν. καὶ Ἀλέξανδρος ἐν Ἀσίᾳ.

Δώρός τ', ἀγχιαλός τ' [68] Ἰόπη, πεδόχωσα θαλάσσῃ.

Καὶ Χάραξ ἱά. Τρύφων, ἐν Δώρῳ τῆ κοίλης Συρίας πόλῃ πολιορκήμενος. [69] Ἀπολλόχα, [70] ἐφ' ᾗ εἰς Πτολεμαΐδα, [71] Ἄκλη λεγομένην. Τὸ ἐθνικὸν, Δωρίτης. ὁ δὲ τῶς δύο καταλήξεσιν ἀναλογεῖ, τῇ μὲν Δώρα Δωρίτης, ὡς Στάγιρα Σταγείρης, [72] ὡς εἴρηται. τῆς δὲ Δῶρες ὁμοίως Δωρίτης. [73] Σκῖρος Σκιρίτης, Χῶρος χωρίτης, [74] μέσος μεσίτης, Κοπτὸς Κοπτίτης, [75] διόλκος διολκίτης. [76] Παυσανίας δ' ἐν τῇ τῆς Παλαιστίνης περιηγήσει, Δωρεῖς αὐτὰς καλεῖ, τῆδε γράφων. Τύροι, Ἀσκαλωνῖται, Δωρεῖς, Ῥαφανεῶται. ὥστε φαίνεται Δῶρον τὸ Δωρεῖον εἶναι, ἢ ἄν εἴη ὁ Δωρεὺς, οἷς δὲ Χήσιον τὸ Χησιεύς. Ἔστι δὲ Καισάρεια Δῶρος πόλις, ὑπὸ συγκλήτου τῶν πόλεων Καισαρεὺς Κεφαλίων ἐν τῷ περὶ ψηφισμάτων γ'. [77] Καισάρεως φόρος Δῶρος, Φασηλίτης.

A Continua est, inquit, Stratonis Turris: deinde sequitur Dora oppidulum, in loco peninsulæ formam habente situm, ad radicem montis Carmeli. Et libro nono Geographiæ idem scribit. Apollodorus vero Dorum nominat libro quarto Chronicorum: Ad B Dorum urbem maritimam. Et Alexander in Asia:

Et Dorus, littoralisque Joppe, procurrens in mare.

Et Charax libro undecimo: Trypho, in Doro C Cœlesyriæ urbe obsessus ab Antiocho, Ptolemaïdem profugit, quæ & Ace dicitur. Gentile, Dorites, quod duabus terminationibus convenit; nam à vocabulo Dora formatur Dorites, ut à Stagira Stagirites, quemadmodum dictum est, & à Doros similiter deducitur Dorites, ut à Sciros Sciriteſ, choros Chorites, mesos mesites, Coptos Coptites, diolcos diolcites. Pausanias vero in descriptione coloniarum suæ patriæ, ipsos Dorienses appellat, ubi sic scribit: Tyrii, Ascalonitæ, Dorienses, Rhaphaneotæ: ut à Dorus sit Dorius, à quo Dorienſis, uti à Chesium Chesiensis. Dorus D etiam Cariæ urbs est, quam Caricis annumerat Craterus libro tertio Decretorum. Caricum vectigal Dorus, Phaselitæ.

E

F

Δ Ω'-

nominassent, quia circumjacens regio valde fertilis, & ad omnen fructum præferendum accommoda fuisset. Verum hæc mera conjectura est, quam nemini obtrudo: hanc quisque pro lubitu aut repudiat aut amplectatur.

[65] Σωσχῶς δ' ἐστὶ Στράτωνος πύργος.] Sic quoque ejus situm describit Josephus lib. XIV cap. VIII de Ant. Jud, Γαζῶν τε αὖθις τῇ θαλάσσῃ, καὶ Ἰόππῃ, καὶ Δώρᾳ, καὶ Στράτωνος πύργῳ.

[66] Ἔτι ἐν Δῶρι.] In margine Antigraphorum corrector erat, ὅτι ἐ Δῶρα: & additum, hoc ex Josepho constare, nam in tribu Manassitide prope Stratonis turrim hodie oppidulum esse, quod etiam nunc *Endor* dicitur. Sed emendationem hanc, cujuscunque demum sit, non probo: nam *Endor* oppidum prope Hermonem montem situm est. Adde quod ἔτι pro ἐστὶ satis usitatum sit. Aristophanes Plute: Ἔτι γάρ τις ἐν κώμαισιν ἐς τὴν σήραγγα.

[67] Τῆ Καρμήλῃ.] Juxta hunc montem etiam Josephus libro II contra Appionem, oppidum collocat, ita enim ille: Ἵ' ἃ γὰρ Ἕλληνικὰ σ' ἐρωτᾷς χώρας ἴσιν ὅμορα, καθὰ Γαζαῖοι κατέχουσι, καὶ Δῶρος ναυτικὸς ἐστὶ κάλλιμός τε πόλις. τῆς μέν τι Φοινίκης πόρρω τὸ Καρμήλιον ὄρος. Δῶρος πόλις ἀναμέξ ἐστιν. [68] Ἰόππη πεδόχωσα θαλάσσῃ.] Hic Alexandri versus nullis distinctionibus interpungebatur, nec in Antigraphis, quas nos apposuimus. Vertimus *procurrens in mare*: sed proprie loquendo Joppe profunde urbem sita erant ἀπολλύτε σχεδὸν εἰς τὸ πέλαγος, ut scribit Josephus lib. III de Bel Jud. cap. XVI eodem utens verbo, quo Alexander: Ἀλλ' ἄρα δὲ ἐστὶ φυσῆ τὸ Ἰόππης, αἰγιαλὸ γὰρ ἐπέχει τραχύς, καὶ τὸ ἐκ πόρρω ὄρθιον, ἐγγυοῦ βαθῆ, καὶ πέφυκεν ἀπολλύτε εἰς τὸ πέλαγος. Propinc ἀπολλύτε fuit saxofæ eminentiæ circa mare, perpetua undarum percutione concavæ. Hinc Plinius lib. v cap. XIII perhibet Joppem colli insidere, ita enim ille: *Altera intus Joppe Phœnicum, antiquior terrarum inundatione, ut ferunt, insidet colli, prajacente saxo &c.*

[69] Πτολεμαΐδα.] Ptolemaïdem profugisse, dubito an verum sit, cum Josephus lib. XIII cap. XII: Ἐχειλὸν referat, in Apameam aufugisse. Ὁ δ' ὧν ἐς Τρύφωνα εἰς Ἀπάμειαν, ᾗ λειφθεὶς ὑπ' αὐτῷ τῇ πανδοκίᾳ διέφυγεν, βασιλεύοντος ἔτι τοῦ.

[70] Ἀπολλόχα.] Hac de re nolter mentionem facit in voce χώρα, ubi perhibet à χῶρος & χώρα deduci τὸ χωρίτης. Vide etiam quæ diximus ad vocabulum Ἀσκληπιός: ubi etiam nunc illius canonis vestigia quædam superfunt.

[71] Ἄκλη λεγομένην.] Inferenda particula ὡς & legendum: Σκίρος Σκιρίτης &c.

[72] Μέσος Μεσίτης.] Ut Stephanus analogiam gentilium probet, sæpissime τὰ ἀσυμπτωτὰ propriis, & illa rursum appellativis comparat atque commiscet. Ubi commentaria nostra ad Stephani Epitomen lucem viderint publicam, illustrissima hujus rei exempla ad vocem Ἀμφίσσεια suppeditabunt.

[73] Σκῖρος Σκιρίτης.] Vide in Ἀσκληπιός, ubi eadem vox occurrit.

[74] Χῶρος χωρίτης.] Vide in Ἀσκληπιός, ubi eadem vox occurrit.

[75] Διόλκος διολκίτης.] Vide in Ἀσκληπιός, ubi eadem vox occurrit.

[76] Παυσανίας] Doctissimus Bochartus, tantum Stephani epitomen habens, existimabat in hisce verbis de Græcis Doriensibus aut fupplendum esse aliquid, aut pro Παυσανίας legendum Πατρόνιος: hujus enim in Josepho exstare epistolam, in qua Doræ urbis incolæ pro Dorisis dicuntur Dorienses: Πτολεμαῖος Πατρόνιος πρὸν ἐνίστης Τίτου ἐς Καλλίας Καισαρεῖ Σώσας Γεγενημένῳ Δωρέων τοῖς πρώτοις λέγ. Verum cum & Epitome & genuinum Fragmentum constanter Παυσανίας exhibeant, hunc locum minime sollicitandum duco; præsertim cum hæc ratione persuasus, quod certus non sim, Petronium de coloniis suæ patriæ conscripsisse.

[77] Καισαρεὺς Φόρος Δῶρος.] Si vel præcedentia vel subsequentia hujus loci allegati proferentur, ejus explicationem, & si quid in eo corruptum conspiceretur, emendationem quoque tentaremus. Fortassis legendum est: Καισάρεια πόλις Δῶρος, Φασηλίτης. Si quis certius quid afferat, nec mihi nec aliis in hoc studiorum genere versantibus, ingratum fecerit.

Δ Ω΄ΤΙΟΝ, [71] πόλις Θεσσαλίας, ὅπου Α μετῴκησαν οἱ Κνίδιοι, ὧν ἡ χώρα Κνιδία. [72] Καλλίμαχος ἐν ὕμνοις.

Οὔπω τὰν Κνιδίαν, ἔπι Δώπιον ἱρὸν ἔναιον.

Ε΄κλήθη ἡ ἀπὸ Δωτίας ἡ [73] Ε΄λάτη. Φερεκύδης ἡ ἀπὸ Δώπου ἢ Α΄στερίᾳ, ἢ Α΄μφικτυόνης τῆς Φθίας. [74] ὡς ἡ Α΄ρχιλῶος ἀπὸ Δώτου ἢ Νεώνη ἢ Ε΄λλωος. Μναασὰς ἡ ἀπὸ Δώτου ἢ Πελασγοῦ. Ε΄τι ἡ τὸ πεδίον αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ ἰδίοις ὅροις περιεχόμενον. ὁ πολίτης, Δωτιεύς. Σοφοκλῆς Λαρισταίοις. Καί μοι * * * ἕλκον ῥιπίσνιν Δωλιὰς ἀνὴρ ἀγχοῦ πεσὼν [75] ἐλαφρὸς ἐν δυσκήμαις. [76] καὶ ἐν Λημνίαις περάσαις. [78] Φερηκίδας δ', [77] Α΄δμητος ἡδ' ὁ Δωλιὰς, Λαπίθης Κορωνός. Τὸ Δ Ἠλυχὸν Δωτήεις. Ρ΄ιανὸς ἐν δ' Μεσσηνιακῶν,

Αὐδλὼ εἰσώμενος Δωτῆνι, ἵκτο [79] πλείη.

Καὶ Δωλιὰς, ὡς Ι΄λιὰς ἢ Ι΄λιεύς. Σοφοκλῆς [80] ἐν Πηλεῖ. Βασιλεὺς χώρας ἡ Δωλιάδος. Καὶ Α΄πολλώνιος ὁ Ρ΄όδιος [81] ἐν Ρ΄όδῳ κλίσει.

---- Ὅσσαπ γαίης.

DOTIUM, urbs Theſſaliæ, quo commigrarunt Cnidii, quorum regio Cnidia. Callimachus in Hymnis:

Nondum quidem Cnidiam, ſed adhuc ſacrum Dotium habitabant.

Denominatum eſt à Dotia Elati filia: At Pherecydes à Dotide Aſterii & Amphictyones, quæ ex Phthio nata eſt, filia derivat: Sed Archenus à Doto Neoni filio, Hellenis nepote: Mnaſeas vero à Doto Pelaſgi filio. Ipſa planities per ſe propriis montibus circumdata eſt. Civis, Dotienſis. Sophocles in Lariſſæis. Et me projiciente vir Dotienſis pauper telum attigit, gurguſtium quoddam intrans. Et ſimiliter quoque in Lemniadibus prioribus. Pherecidas inquit: Admetus erat Dotienſis, Lapithes Coronæus. Fœmininum Doteis. Rhianus libro quarto Meſſeniacorum:

Linguam cupiens addiſcere Dotienſem, tandem venit.

Dicitur quoque Dotias, uti ab Ilieus Ilias. Sophocles in Peleo: Rex regionis Dotiadis. Et Apollonius Rhodius in deſcriptione coloniæ in Rhodum deductæ:

---- *Quantaque in terra.*

Dotia-

[71] Δῶπον, πόλις Θεσσαλίας.] Hermolaus Stephani Epitomator hanc ſectionem hoc modo in compendium redegit. Δῶπον, πόλις Θεσσαλίας, ὅπου μετῴκησαν οἱ Κνίδιοι, ὧν ἡ χώρα Κνιδία, ἀπὸ Δωτίας τῆς Ε΄λάτης κληθεῖσα, ἢ ἀπὸ Δώπου, ἢ ἀπὸ Δώτου. ὁ πολίτης, Δωλιεύς. τὸ ἐθνικὸν, Δωτιεύς, καὶ Δωπαῖος.

[72] Καλλίμαχος ἐν ὕμνοις.] Locus reperitur Hymno in Cererem: ſed locum in Stephano correximus, male enim legebatur: Οὔπω τὰν Κνιδίαν &c.

[73] Ε΄λάτη.] Fortaſſis hic idem eſt, à quo Elatea, vel Phocidis vel Theſſaliæ urbs, nomen ſortita eſt. Vide Epitomatorem iſthac voce.

[74] Ὡς δὲ Α΄ρχῖλος.] Non dubito quin hic idem ſit, quem Scholiaſtes ad Pindari Pyth. Od. III Α΄ρχῖλον vocans, de rebus Theſſalicis ſcripſiſſe perhibet. Quid ſit præferendum, alii judicabunt.

[75] Ε΄λαφρὸς ἐν δυσκήμαις.] Hic valde putre latet ulcus, quod ſine ope melioris codicis ne accutiſſimus quidem ſanare poterit: nam præterquam quod hæc Sophoclis ex Lariſſæis verba plane ſunt δύσκημος ἢ ἄφρουρα, etiam in prima editione ſine diſtinctionum notulis circumferuntur, quas pro arbitrio apposui: imo ante τὸ ἓν ἐν Λημνίαις σκήπτροις, tam neceſſario πλεονασμὸν requirebatur, ut nemo ægre ferret, me eam ibi poſuiſſe. Inſuper in Antigrapho non inveni ἐλαφρὸς, ſed τὸ ἐλαχὺ, ſpiritu & accentu carens, unde conjicio ſcribendum eſſe ἐλαχύς. Verum quid ſibi velit ἐν δυσκήμαις, fateor ingenue me ignorare. Senſus erit clarior, ſi integrum locum ſine defectus nota hunc in modum conſtituamus: Καί μοι βίπτοντι Δωλιὰς ἀνὴρ ἀγχοῦ πεσὼν ἐλαχὺς, ἐνδὺς σκήπωνι π. Si quis præſtantiora huic loco præbia noverit, ea communicet.

[76] Καὶ ἐν Λημνίαις σκήπτραις.] Etiam hæc referenda ſunt ad Sophoclem, qui ſine dubio Tragœdiam hac appellatione divulgavit. Pindari Scholiaſta ad Pyth. Od. IV: Σοφοκλῆς ἐν τοῖς Λημνίαις τῇ δευτέρᾳ. Vide etiam Stephani Epitomatorem in Χρυσή: Heſychium plurimis locis, & alios. Argumentum hujus dramatis fabula erat, quam Hyginus cap. XV deſcribit, & alibi ſæpe meminit: *In inſula Lemno mulieres Veneri ſacra aliquot annos non fecerant, cujus ira viri earum Threſſas uxores duxerunt, & priores ſprevérunt. At Lemniades ejuſdem Veneris impulſu conjuratæ, genus virorum*

omne, quod ibi erat, interfecerunt, præter Hypſipylen, quæ patrem ſuum Thoantem clam in navem impoſuit, quem tempeſtivo in inſulam Tauricam detulit, &c. Vide quoque hac de re Apoll. Rhodium lib. I: Valer. Flaccum lib. II: Statium lib. V Theb: & Ovidium Heroid. Epiſt VI. Hæc profecto materia Sophocleo cothurno non indigna fuit. Nec turbet quemquam, quod Λημνίαις σκήπτραις dicat: tali enim ſigno manifeſte liquet, hoc δρᾶμα populo tam gratum atque acceptum fuiſſe, ut Sophocles id deinde impenſiore cura interpolaverit, & in ſcenam introduxerit. Sic ſcribit Ariſtophanis Scholiaſtes ad Ranas: Οὗτος δὲ ἠγωνίσθη τὸ δρᾶμα διδάσκων, ὡς φησὶν Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς περὶ τῶν ὑποκριτῶν, ὅτι ἐξ αὐτοσχεδίας. Galenus de ſalubri Dieta talem fabulam nominat τὸ δρᾶμα τὸ ἓν σκήπτρῳ διασκευασθέν. Fabulæ itaque correctæ, & quaſi pro novis rurſum in ſcenam delatæ, διάτριμμα veteribus, & illæ ex quibus erant confectæ σκήπτρα dicebantur. Aulus Gelius Noct. Att. lib. XV cap. XX Ariſtophanem citat ἐν τοῖς σκήπτραις Θεσμοφοριαζούσαις, ubi fabulam non interpolatam intelligit, ut & Stephanus, τοῖς σκήπτραις Λημνίαις adducens. Verum huic materiæ nolo diutius inhærere, cum viri doctiſſimi eam ante nos fuſius pertractaverint. Hoc obiter admonendum, ex *prioribus Lemniadibus* non apparere Sophoclis verba, quæ an perierint, an vero ſolummodo locum, non expreſſis verbis, Stephanus indicaverit, aliis dijudicandum relinquo.

[77] Φερηκίδας.] Quid ſi reponamus Φερεκλῆς, uti etiam ſupra eadem hac ſectione legimus?

[78] Α΄δμητος ἡδ' ὁ Δωλιὰς, Λαπίθης Κορωνός.] Hæc contaminata à tranſcriptoribus videntur. Forſſis emendandum: Α΄δμητος ἦν ὁ Δωλιὰς, Λαπίθης Κορωναῖος. Non accipio τὸ Λαπίθης pro nomine gentili, ſed proprio.

[79] Τιλείη.] Et hoc neſcio quid occultet vulneris. Reſcribendum videtur πλείης.

[80] Ἐν Πηλεῖ.] Vide Stephani Epitomatorem in Κυνώσης.

[81] Ἐν Ρ΄όδῳ κλίσει.] Hoc opere deſcribuntur coloniæ in Rhodum deductæ, non vero prima inſulæ origo, quæ referri poſſet ad celeberrimum illum terræ motum, quo Delus, Rhodus aliæque famoſiſſimæ inſulæ exortæ ſunt, de quibus ſcribit Ammianus Marcellinus lib. XVII, & alii auctores.

Ἔργατο Δωλιάδος πέτηροι κάμον [82] Ἀσμονιῆες.

Dotiade opera struxerunt veteres Æmonenses.

Καὶ [83] Ἀντίμαχος ἐν β΄ Λύδης,

φύγοντας γαίης ἔκποθι Δωλιάδος.

Et Antimachus libro secundo de Lydia:

Fugientes ex terra Dotiade.

Καὶ οὐδέτερον Δῶτον. Διονύσιος ἐν δ΄ Γιγαντιάδος.

Et neutro genere Dotium reperitur apud Dionysium libro primo Gigantiadis:

[84] Καὶ κιλλάδων Σπερχειὸς ἔχησί σε Δῶτα Τέμπεα.

Et strepans Sperchie, habent te Dotia Tempe.

Καὶ τὸ ἐνιαυτῷ τῷ β΄.

Ejus singulare libro secundo reperitur:

[85] Καὶ κενεὸν κρότησε λέβης ἀνὰ Δῶπον Ἄργος.

Et vacuum pulsavit lebetem per Dotium Argos.

Κλῆθη ἡ Δῶπον κατὰ Δῶτα τὸ Πελασγὸ παῖδος, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν ἡ. Δῶτος ὁ Πελασγοῦ, ἀφ' οὗ τὸ Δῶπον πεδίον. Ἐκ δὲ τοῦτο νῦν Ὦρος ἐν τοῖς Ἐθνικοῖς τῆδε γράφει. Καὶ τὰ περὶ Θάμυραν ἐν Δωρίῳ παρειλημμένα [86] τοῦ πιστοῦ. Πάλιν Ἡσίοδος Δωτίῳ πεδίῳ φάσκει αὐτὸν πτολιῶθαι. [87] σωματοῦ γὰρ τῶν τοῖς διχοῤῥαφουμένοις πρωτοτύποις τὰ ἐθνικῶν. Ἐπαγαγὼν γὰρ. Οὐ γὰρ ὡς ἡ Χαλκηδὼν ἐ Καρχηδὼν ἐπὶ πᾶσιν λέγεται. Ἡ μὲν γὰρ Λ ἐξ Ἑλληνικὸν τὸ Πόντου, ἡ δὲ Λ ἐξ Ῥ παρὰ τὴν Λιβύης. ἡμεῖς γε μεμνήμεθα διείρασης Λ ἐξ πολλῶν μαρτυρίων, ἔτι δὲ Λ ἐξ Ῥ Δωρίου, [88] ἓν ἕτερον τὸ Λ ἐξ Τ Δώτου.

Dictum autem est Dotium à Doto Pelasgi filio, uti Herodianus libro VIII auctor est. Dotus Pelasgi filius, à quo Dotius campus nomen habet. Ex abundanti autem Orus in opere de Gentilibus ita scribit: Et illa de Thamyride quod attinet, ea in Dorio facta narrat Poëta: è contrario Hesiodus in Dotio ipsum excœcatum dicit. Collocat enim istam vocem inter primitiva gentilium, quæ duobus modis scribuntur. Adducit præterea testimonium: Non enim sicuti Chalcedo & Carchedo, ita & hæc dicuntur. Nam urbs per lambda scripta circa Pontum, at vero per R in Libya sita est. Nos vero quæ proponimus, multis testimoniis probamus, aliud esse Dorium per R, & aliud Dotium per T.

[82] Ἀσμονιῆς.] Certum est hanc vocem aliquo laborare vitio, nam gentem hoc nomine non norunt geographi. Non dubito quin olim scripserit Stephanus vel Ἀ[illegible]ονιῆς, vel Ἀ[illegible]ονιῆς. Historia cum spissis tenebris sit involuta, nihil certi possum statuere, an Thessalos an vero Phrygas intellexerit Apollonius Rhodius. Malim tamen Thessalos intelligere, in hac Thessalica civitate opus aliquod fuisse pientes; nam tota Thessalia olim Æmonia dicta fuit, testibus Plinio, Hesychio, Stephano & aliis.

[83] Ἀντίμαχος ἐν β΄ Λύδης.] Primo intuitu censebam legendum esse, Ἀντίμαχος ἐν β΄ περὶ Λυδίας: sed obstare videbatur hoc indice Antimachi opus veteribus notum fuisse. Scholiastes ad Apol. Rhod. lib. 1. Ἀντίμαχος δὲ ὁ Λυδὸς φησὶ, συβασιλεῦσαι αὐτὸν τῷ Ἡφαίστου παιδὶ Κῶρυκι τῷ Ἀτυος καὶ Νύμφης Θεμιστοῦς.

[84] Καὶ κιλλάδων Σπερχειός.] Ut hic Dionysii versus suo constet metro, legendum videtur:

Καὶ κιλλάδων Σπερχεὸς ἔχησί σε Δόπια Τέμπη.

Sperchius fluvius est Thessaliæ, cujus descriptionem apud Strabonem lib. IX legimus. Hujus etiam meminit Lycophron cujus verba huc transcribam, ut emendentur:

Λάρισσα, ἡ Σπέρχεια, ἡ Βοάγριε,
Καὶ Κιννὶς, ἡ Σκηρφία, ἡ Φαλωρία,
Καὶ Ναρύκειον ἄστυ, ἡ Θρηΐνδες
Λοκρῶν ἄγαμαι, ἡ Πυρφάσιαι νάπαι,
Καὶ πᾶς Οἰολίσσης Ἴλιος δημός, &c.

Primo quidem in mendo cubat τὸ Φαλωρία, nam cum hic de Locris agat, procul dubio legendum est Φαλάρια, & subaudiendum ἄκρα. Phaloria enim quæ est in Illiæotide, nimis longe à Sperchio sita est. Postea pro Πυρφάσιαι emendandum est Πυρφάσαι: nam Pyrasus est urbs Melienssium in eodem tractu, de quo agit. Et denique pro Ἴλιος, malleni Ἰλιος. Fuit enim Oileus filius Odœdoci secundum Lycophronem hoc loco, quem presso pede sequitur Eustathius ad Iliad. B. pag. 277, ubi sic legendum est: Ὁ δὲ Κωὸς ἐκ Κῶ ἐ Λοκρῶν ἀνόδευε. Ὀΐλεύς γάρ φασι Κῶιος, ἢ Ὀϊλιάδης ἐκ Κῶ ἐ Λοκρῶν ἀνόδευε. Ὀΐλεύς γάρ φασι πρὸς τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὰ τούτοις. Ὀϊλιάδης, ἢ Ὀϊλεύς. Ergo non bene constituta mihi videntur verba Hygini in recensione Argonautarum Fab. XIV: *Oileus Leodoci & Agrianomes Perseonis filia filius, ex urbe Naricea.* Hunc locum ita emendaveram: *Oileus Odœdoci & Agrianomes Perseonis filia filius, ex urbe Narycia.* Præterea τὸ *Agrianomes* suspectum est, perhibet enim Eustathius loco jam allegato, *Laonomen* habuisse conjugem, qua appellatione multæ olim fœminæ insignebantur. Sed ad Stephanum revertamur.

[85] Καὶ κενεὸν κρότησε &c.] In hoc versiculo duo sunt corrigenda vitia, ut metri lex probe constet. Lege:

Καὶ κενεὸν ἐκρότησε λέβητ' ἀνὰ Δῶπον Ἄργος.

[86] Τῷ πιστῷ.] Vide Homerum Iliad. B.

[87] Σωματοῦ γὰρ τῶν τοῖς διχοῤῥαφουμένοις.] Hinc constat manifestissime, inter antiquos acerrime fuisse disputatum, an Thamyris in Thessaliæ Dotiensi campo, an vero in Dorio Peloponnesi excœcatus fuerit. Contrarias Homeri & Hesiodi sententias ex Ori de Gentilibus Opere in medium adducit Stephanus. Sed Orus, ut omnem disputationem atque dubitationem tollat, loci nomen collocavit inter illa, quæ duobus modis exarantur, & Dotium & Dorium pro uno eodemque loco accipit. Verum longe alia mens fuit Stephano, Dotium à Dorio distinguenti, nam hæc mox subjicit: Ἡμεῖς γὰρ μεμνήμεθα διείρασης Λ ἐξ πολλῶν μαρτυρίων, ἔτι δὲ Λ ἐξ Ῥ Δωρίου, ἓν ἕτερον τὸ Λ ἐξ Τ Δώτου. Nos vero disputationem hanc in medio relinquimus, cum pro utraque opinione nec pauca, nec contemnenda allegari possent.

[88] Καὶ ἕτερον Λ ἐξ Τ Δώτου.] Hic finis est literæ Delta, cui connectitur titulus, quem minime genuinum existimo, ut alibi multis probamus. Στεφάνου Γραμματικοῦ Κωνσταντινοπολίτου περὶ πόλεων, ἐθνῶν τε & ἐθνῶν, δήμων τε & πόλεων, καὶ ὁμωνυμίας αὐτῶν, & μετωνομασίας, καὶ τῶν τοῦτο παραλειπόντων ἐθνικῶν τε & τοπικῶν & κτητικῶν τὸ ὀνομάτων. *Fragmentum Stephani Grammatici Constantinopolitani de urbibus, insulis, gentibus, populis, locis, deque eorum homonymia & transnominatione, atque derivatis inde gentilibus & localibus, deque nominibus possessivis.* Sequitur Libri undecimi index: Βιβλίου ια΄. ὀνομάτων κεφάλαια, τάδε τούτοις.

Ἔαρες.	ἔθνος.	Ἐξαίσα.	κώμη.
Ἔαρα.	πόλις.	Ἐξαλάτης.	ἔθνος.
Ἔαρησσοί.	ἔθνος.	Ἐξαῖοι.	πόλις.
Ἐεδάν.	πόλις.	Ἐξάτη.	πόλις.

Ε'ρα. πόλις.
Ε'ρασῖνος. ἴδιον.
Ε'ρέτρια. πόλις.
Ε'ρετριεύς. πόλις.
Ε'ρέτης. πόλις.
Ε'ρμαῖος. ὄρος.
Ε'ρος. ἡ κυνηγέτης.
Ε'ρση. ἴδιον.
Ε'ρτεσιν. πόλις.
Ε'σδηλα. φρούριον.
Ε'σπερ. πόλις.
Ε'σπιος. πόλις.
Ε'σπερίδες. νῆσοι.
Ε'σπερίδιον. πόλις.
Ε'σπερίδιος. ἴδιον.
Ε'σπερίτης. ὄρος.
Ε'σπερος. ἀστήρ.
Ε'σπερος. ὄνομα.
Ε'σπερος. ὄνομα.
Ε'σπερος. ὄνομα

δαίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἐβρώνιος.

Ἔγγαδα [8], κώμη μεγάλη, πλησίον Σοδόμων [9] Ἀραβίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἐγγαδηνὸς, ὡς Ζωαρηνὸς· καὶ ἠλυκῶς, ἡ ὠδεπόρος.

Ἐγγελανες [10], ἔθνος Ἰλλυρίας, [11] οἱ αὐτοὶ τοῖς Ἐγχελείοις, ὡς Μναασέας ἐν γ' τῶν θαυμασίων.

Ἐγγίον [12], πόλις Σικελίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἐγγιῖνος, ὡς Ῥηγῖνος.

Ἔγεστα [13], πόλις Σικελίας, ἔνθα θερμὰ ὕδατα, ὡς φίλων· ἀπὸ Ἐγέστου τοῦ Τρωός. τὸ ἐθνικὸν, Ἐγεσταῖος· καὶ ἠλυκῶς.

Ἔγρα [14], πόλις Ἀραβίας, πρὸς τῷ Ἀϊλανίτῃ κόλπῳ· τὸ ἐθνικὸν, Ἐγρηνὸς, ὡς Βοσρηνός.

Ἐγχελεῖς [15], ἔθνος Ἰλλυρίου· ἡ ἀπὸ ϑ Ἐγχελὴς, ἡ ἀπὸ ϑ Ἐγχέλους. λέγεται δὲ Ἐγχελίαι, ἀπὸ ϑ Ἐγχελὴς, ἡ Ἐγχελέας. λέγεται δὲ Ἐγχελὶς, ἠλυκῶς. οἱ οἰκοῦντες, Ἐγχελεῖς.

Ἔδδανα [16, 17] πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, καλουμένη Φοινίκων, ἀπὸ Ἐδδανοῦ ἡγεμόνος. [18] τὸ ἐθνικὸν, Ἐδδανὸς.

Ἐδεβησσοῦς [19], πόλις Λυκίας, ὡς Καπίτων ἐν Ἰσαυρικῶν α'. τὸ ἐθνικὸν, Ἐδεβησσηνὸς, ἡ Ἐδεβησσία.

A Dææ. Gentile, Ebronius.

ENGADA, vicus magnus, Arabiæ Sodomis vicinus. Gentile, Engadenus, uti Zoarenus. Usurpatur genere fœminino & neutro.

ENGELANES, gens Illyriæ, qui etiam B Encheleæ dicuntur, uti Mnaseas libro tertio Periegeseôn auctor est.

ENGUIUM, urbs Siciliæ. Gentile, Enguïnus, uti Rheginus.

EGESTA, urbs Siciliæ, ubi calida lavacra C reperiuntur, teste Philone: ab Egesto Trojano nomen habens. Gentile, Egestæus, cujus fœmininum etiam in usu est.

EGRA, urbs Arabiæ, ad sinum Ælaniticum sita. Gentile, Egrenus, uti Bostrenus. D

ENCHELEIS, gens Illyrica, cujus casus rectus est Encheles vel Encheleus. Dicitur quoque Encheleæ, quod fit ab Enchelees vel Encheleas. Pro genere fœminino usurpatur Enchelis. Incolæ, Enchelenses. E

EDDANA, urbs ad Euphratem sita, Phœnicum colonia, quæ ab Eddano duce nomen accepit. Gentile, Eddanensis.

EDEBESSUS, urbs Lyciæ, auctore Ca- F pitone libro primo Isauricorum. Gentile, Edebessensis & Edebessius.

Ἐδαεσ-

EDES-

rum referendum est sine dubio, ὡς τῷ Χιζηνῶν. Stephanus noster, vel ejus Epitomator aspiratam abstulit, quod multis exemplis eruditi norunt.

7 Τὸ ἐθνικὸν, Ἐβρώνιος.] Codices Palatini: τὸ ἐθνικὸν, Ἐβρώνιος: unde secundum formam regioni solitam deducendum videtur, Ἐβρωνῖος.

8 Ἔγγαδα.] Josephus de Bello Jud. lib. v cap. xiv habebat Ἐγγαδὶ, quod propius accedit ad nomen primigenium עין גדי Hen-gueddi, id est, Fons capræ.

9 Ἀραβίας.] Loquitur noster de Arabia Petræa, quæ circa mare mortuum Judææ confinitis adjungitur.

10 Ἐγλανὲς, ἔθνος Ἰλλυρίας.] Censeo eandem esse gentem, quam mox nomine Ἐγχελεῖς describit. Quia hoc nomen notius est; ibi plura de eo congessimus.

11 Οἱ αὐτοὶ τοῖς Ἐγχελείοις.] Vulnus aliquod isti lectioni subesse, quilibet facile videt. Huic fortassis medebitur, si legas: οἱ αὐτοὶ τοῖς Ἐγχελίαις vel Ἐγχελέαις, uti inferius apparebit.

12 Ἔγγιον.] Vide Cluverium Sicil. Antiq. lib. II: cap. XI

13 Ἔγεστα, πόλις Σικελίας.] Codices MSS urbis nomen Ἔγεστα faciunt: sed primam syllabam nominis Græcis & gentilis per diphthongum exhibent. Ἔγεστα, πόλις Σικελίας, ἔνθα θερμὰ ὕδατα. ἀπὸ Αἰγέστου ϑ Τρωὸς. τὸ ἐθνικὸν, Αἰγεσταῖος. Hujus civitatis descriptionem exhibet Cluverius lib. II Sicil. Antiq cap. II. Vide quoque nostros comment. ad vocem Αἴγεστα.

14 Ἔγρα, πόλις Ἀραβίας.] Hujus oppidi situm Epitomator clarissime in vocabulo Ἀθαμανεῖς ob oculos ponit, in eum scribit: Ἀθαμανεῖς, οἳ καὶ Ἀθαμᾶνες, πλησίον τῆς Ἔγρας. Plinius etiam Egræ meminit in oppidorum censu cap. XXVIII: *Gallus oppida diruit non nominata ab antoBiagnam &c* Optime censet Bochartus *Egram* esse Arabum *Algiar*, sive Medinæ portum, ab ea itinere trium dierum distantem. Geographus Nubiensis: *Inter Medinam & mare interest spatium trium dierum, & Algiar est portus ipsius.* Quæ civitas nostro est *Egra*, & Arabibus *Algiar*, Ptolemæo libro VI cap. VII est *Arga*, urbs maritima Arabiæ Felicis è regione Jathrippæ quæ nunc Medina dicitur.

11 Ἐγχελεῖς, ἔθνος Ἰλλυρίου.] Hujus gentis nomen diversimode ab auctoribus exaratur: supra noster habet Ἐγχελᾶνες & Ἐγχελίαι: Straboni lib. VII Ἐγχέλιοι: Scylaci Ἐγχελεῖς, Apollloni Rhodii Scholiastæ Ἐγχέλυιοι dicuntur, ita enim ille ad librum IV: Οἱ Ν ὁ Ἰλλυρίας, ἔθνος οἱ Ἐγχέλυιοι, ἀφ' οὗ Κερκυραῖοι ὕστερον. Mela lib. II cap. III. *Parthini & Dassaretæ prima ejus tenent: sequentia Taulantii, Enchelitæ, Phaneates.*

16 Ἔδδανα.] Hic locus, si quisquam alius, in omnibus editionibus admodum mutilus circumfertur, ut mirum non sit editionis præfectos defectus signum apposuisse, cum legatur. Ἔδδανα, πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, καθοικία Φοινίκων, ἀπὸ Ἐδδανοῦ ἡγεμόνος. τὸ ἐθνικὸν, Ἐδδανηνὸς, ἡ Ἐδνίσιος. Ab Ἔδδανα hic non formatur gentile, sed τὸ Ἐδνίσιος gentile est, cujus primitivum in vulgatis non conspicitur. Nos veterem lectionem ex MSS Palatinis & codice Vossiano reduximus, hiatumque supplevimus. Sed maxime miror Ortelii ἀπορίαν, in Thesauro Geographico ita scribentis: *Eddana urbs ante Euphratem, à Phœnicibus condita, cujus gentile EDEBESSII.*

17 Πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ.] Alibi hanc urbem Stephanus Ἀδδανὰ appellavit, ita enim ille circa finem illius tmematis: Ἔστι δὲ πρὸς πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Ἀδδανίδης. Hanc eandem esse civitatem, quilibet facillime videbit.

18 Τὸ ἐθνικὸν, Ἐδδανὸς.] Hoc gentile non habet τὸ ἐπιχώριον τύπον, sive formam regioni solitam, quæ esset Ἐδδανηνὸς, uti supra Ἀδανηνὸς. Procul dubio Stephanus in suo opere hoc gentile non prætermisit, quod nunc supina Epitomatoris incuria hinc exulat.

19 Ἐδεβησσὸς, πόλις Λυκίας, ὡς Καπίτων ἐν Ἰσαυρικῶν α'.] Horum verborum ne vestigium quidem in vulgatis libris reperitur. Plinius in descriptione Lyciæ lib. V cap. XXVII

Ε᾽ΔΕΣΣΑ [20], πόλις Συρίας, ἀφ᾽ ἧς τὰ ὑδάτων ῥύμῃ ἄτω κληθῆσαι, ἀπὸ τῆς [21] ἐν Μακεδόνι. [22] καλᾶ μὲν τὰς ἐγχωρίας Ε᾽δεσσηνός· ἅδε δὲ τῆς πλείοσι τῶν ἀρχαίων, [23] Ε᾽δεσσαῖος.

EDESSA, urbs Syriæ, quæ ob aquarum impetum ita dicta est ab urbe Macedonica. Gentile secundum indigenas, Edessenus: sed juxta plures antiquorum Edessæus.

Ε᾽ΔΟΤΜΑΙΟΙ, ἔθνος Ἀραβίου, ὡς Σάνιος ἐν Ἀραβικῶν πεμπτῳ. πινὲς δὲ Ἀδωμαίους, ὡς ἱστόρησέ μοι ἐν τῷ ι.

EDUMÆI, gens Arabica, cujus Sunius meminit libro quarto Arabicorum. Quidam vocem per I scribunt, ut in litera I à me dicetur.

Ε᾽ΔΡΑ, ἡ καθίδρα. [24] ἄτων λέγοντες ἕδρας βουλῆς. [25] ἀφ᾽ ἧς ἐδείτης, ὁ οἰκιστής.

HEDRA, subsellium. Ita appellantur subsellia senatus. Inde Hedrites, quæ vox supplicem denotat.

Ε᾽ΘΝΕ᾽ΣΤΑΙ [26], ἔθνος Θεσσαλίας, ἀπὸ Ε᾽θνέστου τοῦ Νεοπτολέμου παίδων ἑνός, ὡς Ῥίανός δ᾽ κεἰ ε.

ETHNESTÆ, gens Thessaliæ, quæ ab Ethnesta, uno ex Neoptolemi filiis nomen habet, auctore Rhiano libro IV & V.

Ε᾽ΙΔΟΜΕΝΗ [27], πόλις Μακεδονίας· Θουκυδίδης β᾽. τὸ ἐθνικὸν, Εἰδομένιος, ὡς Κλαζομένιος.

EIDOMENE, urbs Macedoniæ, cujus meminit Thucydides libro secundo. Gentile, Eidomenius, uti Clazomenius.

EIZE-

hujus urbis meminit, testaturque quondam ei nomen fuisse *Antiphellos*, ita enim ille: *Oppida, Apyre, & Antiphellos, quæ quondam Habessus, atque in recessu Phellus.* Verum Hermolaus Barbarus in commentariis ad hunc Plinii locum ita scribit: *Fortassis non Habessus, sed Edebessus scribendum fuit, ita Lycia urbem vocante Capitone.* Certissimum est Hermolaum hæc hausisse ex MS Stephani codice, in quo hic de Edebessio locus eodem prorsus modo legebatur, nam Capitonis Isaurica hodie non circumferuntur.

[20] Ε᾽δεσα, πόλις Συρίας.] Situm hujus oppidi addiscimus ex Strabone lib. XVI, & Plinio lib. V cap. XXIII, quibus aliis nominibus Bambyce & Hierapolis dicitur.

[21] Ἐν Μακεδόνι.] Macedonica Edessa ad Erigonum fluvium à geographis collocatur. Livius lib. XLV cap. XXIX ejus meminit: *Tertia regio nobiles urbes Edessam & Beream & Pellam habet, & Vettiorum beliciosam gentem.* Verum deinde Caranus oracolo monitus, ut ducibus caprispimperium quæreret, regni sedem ibi stabilivit (postquam non sentientibus oppidanis, propter imbrium & nebulæ magnitudinem, gregem caprarum, imbrem fugientium, secutus, urbem occupaverat) & ob memoriam muneris urbem *Edessam Ægeas* appellavit, uti fusius perhibet Justinus lib. VII. cap. I.

[22] Καλᾶ μὲν τὰς ἐγχωρίας, Ε᾽δεσσηνός.] Non placet lectio quæ in MSS & vulgatis reperitur: sine dubio revocandaest vox ἰθνικῶν, quæ hic excidit. Lego itaque: τὸ ἰθνικὸν, καλεῖ μὲν τὰς ἐγχωρίας, Ε᾽δεσσηνός. De hoc gentili non est dubitandum, cum passim antiquarii nummos cum inscriptione ΕΔΕCCΗΝΩΝ producant.

[23] Ε᾽δεσσαῖος.] Certissimum est & hoc gentile plerosque veterum usurpasse. Hesychius: Ε᾽δεσσαῖος, ὁ Ἡγεσίας ἐν Ε᾽δέσσῃ. Clariss. Spanhemius testatur se in nummis Augusti, Commodi, & Severi ΕΔΕΣΣΑΙΩΝ reperisse, & non male hoc gentile antiquioribus tribui à Stephano, cum id vetustiores illius urbis nummi præferant. Verum præter duo hæc gentilia, tertium in usu est, quod prætermisit ὁ Ἐθνικολόγος: nam idem Spanhemius in Antonini Caracallæ nummo Mediceo, ac in Philippo musei Seguiniani τὸ ΕΔΕΣΣΕΩΝ observavit, quod in casu recto habet Ε᾽δεσσεύς.

[24] Οὕτω λέγοντες ἕδρας βουλῆς.] Sic communia magistratuum subsellia appellabanter: nam prælidis sella proprio nomine Προεδρία dicebatur: liquet hoc ex inscriptione nondum edita, quam mihi nuper ornatissimus Gerardus van Hinlopen civis Hornanus humanissime communicavit, qui cum Monachis in insula Lesbo, ubi per aliquot dies, Constantinopolin iter faciens, commorabatur, acceptam refert: ei ostendentibus sedem ex candido alabastrite factam, quam terra abditam effoderant, in cujus antica inferiore parte, quam sedentes suris tangunt, hæc legebatur inscriptio.

ΠΤΑΜΩΝΟΣ.
ΤΩΔΕΣΣΩΝΑΚΤΟΣ.
ΠΡΟΕΔΡΙΑ.

Η Ι Ω Ν, πόλις ἐν Χερρονήσῳ, ὡς Θουκυδίδης.



Ἄ Ο Ι, gens Scythica, de qua Hecatæus in Europa.

Η Δ Υ Μ Η, urbs Cariæ. Gentile, Edymæus.

Η Δ Ω Ν Ο Ι, gens Thraciæ, nomen habens ab Edono Mygdonis fratre. Fœminino genere Edone & Edonæ. Dicitur quoque Edonensis & Edoniates.

Η Ε Τ Ι Ω Ν Ε Ι Α, ita alterum Piræei promontorium vocatur ab Eetione. Gentile, Eetion.

Η Ι Ω Ν, urbs in Chersoneso, de qua Thucydi-

---

[1] Ἠδύμη, πόλις Καρ.] Vereor ne heic Stephanus in Caria urbem collocet, librariorum in geographicis imperitia in veteri auctore enatam, qui pro Η Σ Υ Μ Η levissima mutatione exararunt Η Δ Υ Μ Η. Nemo enim Edymæ meminit, cum Σύμη, & adjecto articulo ἡ Σύμη, insula Carica, olim Metapontis & Ægle dicta, ex Strab. lib. XIV, etiam apud nostrum cognitissima sit.

[2] Ἠδωνοὶ ἔθνος Θρᾴκης.] Hujus gentis appellationem noster ab Edone quodam, Mygdonis fratre, alii vero ab Edono monte deducunt. Habitavit quondam non procul à Strymone amne, ut abunde liquet ex Apollod. lib. III: Λυκέργου δὲ παῖς Δρύας Ἠδωνῶν βασιλεύων, Σεμέλης πόθῳ μὴν οἱ στασιάσῃ, σφᾶς ὑφάσας, ἐξέβαλεν αὐτόν. Apud Novem vias Edonorum Xerxes Strymonem pontibus junctum invenit, teste Herodoto lib. VII. Ἐν Ἐννέα ὁδοῖσι τοῖσι Ἠδωνῶν ἐπεύρισκον γεφύρας ἐπὶ τοῦ Στρυμόνος ἐζευγμένας. Ex hisce locis manifestissime liquet, Theocritum magis egregii poëtæ, quam accuratissimi geographi partes egisse, qui Edonos ad Hebrum fluvium collocat, ita enim ille Idyl. VII:

Εἰπὲ δ' Ἠδωνῶν μὲ τὸ νῶτον χείματι μίσγῃ,
Ἢ ὅγε πὰρ Θρῃκὸν πεδιάζεται Ἕβρον. ----

Longe melius Lycophron in Cassandra:

Τὸν μὲν δὴ Ἕλλων Σεμέλης Βιτωλίας
Ἀψωνίων ἀγυρτὰς ἠδὲ Βισσίνων,
Κικονοφόρων πάγεσιν Ἠδωνῶν πέλας
Κρύψει.

Ad quem locum nugas agit Scholiastes, perhibens in Thracia esse *Edonos* & *Edones*, hos in maritimis, illos vero in mediterraneis habitare. Ἠδωνοὶ δὲ Ἠδωνεῖς Θρᾳκῶν ἔθνη. Ἀλλ' οἱ μὲν Ἠδωνεῖς περὶ θάλασσαν οἰκοῦσιν, Ἠδωνοὶ δὲ τὴν μεσόγαιαν. Ipsa regio dicitur Ἠδωνὶς, testibus Suida, Plinio, Ptol. aliisque. Videntur hujus regionis incolæ fuisse strenuissimi atque animo promptissimi: nam cum Athenienses, Leargo & Sophane Decelensi ducibus, omnem ferme Thraciam occupassent, Edoni præter exspectationem & de improviso in eos irruunt, & sic Athenienses, toto exercitu deleto, victoriam eripiunt. Quod cum deinde Athenienses excusare vellent apud vulgum, exercitum fulmine ictum periisse affirmabant, teste Paus. in Atticis. In hac regione Cottytia & Bendidia celebrabantur in honorem deæ Cotyos, uti ex Æschylo abunde testatur Strabo lib. VIII. Hujus gentis fœminæ Baccharum in numero habentur apud Horat. lib. II Carm. Od. VII:

---- *Non ego Sanius*
Bacchabor Edona.

Ubi optime Acron τὸ *Edonis* explicat, *Bacchis Thracibus*. Pallia olim apud Thracas in usu fuere, quæ ab Edonorum gente nomen sortiebantur. Suidas: Ἠδωνὸ, ἱμάτιον Θρᾴκιον. Sed quanam fuerint figura; neque Suidas, neque alii indicavere. Occurrit tamen eadem vox apud Pollucem lib. X cap. XI. Καὶ ἐπὶ τῶ ἀνομαζομένων ἐδωνῶν πίλως τιμιώτας, Ἀνείπατο εἰπών τὸν Βάκχιος. Sed pallii Thracici significatione vox illa destituta apparet, & ut verum fatear, est corruptissima. Locus ita est legendus: Καὶ ἐπὶ τῶ ἀνομαζομένων αἰδωνῶν (vel ἀιδωνῶν, vel ἄδωνῶν) πίλως τιμιώτας, Ἀνείπατο εἰπόντα τὸν Βάκχιος, Ἀ πὰ τεμπλεσ τιμιώτατον ἐπιπλεῖ. Quod vero heic vocem tam diversimode scriptam reposuerim, Larini in causa sunt, apud quos *hedones*, *œdones*, *odones* & *udones* scribitur.

[3] Καὶ Ἠδωναί.] Legendum mihi videtur: Καὶ τὸ θηλυκὸν, Ἠδωνὶ, ᾗ Ἠδωνίς. Supervacaneum enim est, numerum pluralem a singulari formare, quod pueri noverunt.

[4] Πόλις ἐν Χερρονήσῳ, ὡς Θουκυδίδης.] Omnibus illis inlocis, in quibus de Eione verba fecit Thucyd. nulla de Cherroneso Thraciæ fit mentio, quod profecto non exiguam difficultatem parit in assignando verum Eioni situm. Hanc in Thraciæ Cherroneso non fuisse sitam tam manifestum est, quam solem medio die lucere, quod ut probem, non vocabo huc Herodoti, Pausaniæ aliorumque testimonia Eionem ad Strymonis ostia collocantium, sed loca duntaxat Thucydidis quem noster falsissimæ suæ opinionis teibem allegat, ut cum propriis quasi telis confodiamus, & contraria Thucydidis auctoritate convincamus, ita enim ille lib. primo: Cimon Miltiadis F. στρατὸν μὲν Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι πολιορκίᾳ εἷλεν. Ad quem locum si Scholiastam audiamus, geminas quidem in Thracia Eionas collocabit, sed nullam in Cherroneso: Ἠιόνα.] ὅτι δύο Ἠιόνες εἰσὶν ἡ μὲν Θρᾴκη· ἀπ' ἣ δὲ, λιμένα· ἡ Ἀμφιπολιτῶν ἐστὶ, σφὼ δὲ ἡ πρὸς λιβᾶ· ἡ δὲ ἀπὸ, πόλις· Λυκόφρων, ἡ μὲν τῶν Ἠιόνα Στρυμόνι Βισσαλτία. Verum nugis agit Scholiastes, exiitimans heic Thucydidem de portu Amphipoleos loqui, & aliam adhuc præter portum Amphipoleos urbem exstare ejusdem nominis: nam Eion ad ostium Strymonis sita, & XXV duntaxat stadiis ab Amphipoli remota, commodissime pro Amphipoleos portu haberi potest, licet emporium fuerit satis celebre: nam Ἠιὼν Lycophronis, & Ἠιόνα Thucydidis diversa

χωδίης. Ἠιονεύς. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Ἠιονὶς, ἡ νῦν Πιερία. τὸ ἐθνικὸν πάντως, Ἠιονίτης.

Ἠλακάταιον, ὄρος Θεσσαλίας, ὅπου ἐστὶ Διὸς Ἠλακατίου ἱερόν. τὸ ἐθνικὸν, Ἠλακατιεύς· καὶ Ζεὺς Ἠλακατεύς.

Ἠλεκτρίδες, νῆσοι, ἐν αἷς εἰσι δύο ἀνδριάντες, Δαιδάλου καὶ Ἰκάρου. Πάντων δὲ τῶν νήσων φασὶ τὸν Ἠριδανὸν πλεῖστον προσκεχωκέναι. ἔστι δὲ καὶ λίμνη πλησίον ἐπέμβαθ, ὕδωρ ἔχουσα θερμὸν ὁσμὴν δὲ ἀπ' αὐτῆς

cydides. Gentile, Eionensis. Est quoque alia juxta Pieriam. Hujus gentile est Eionita.

A

ELACATÆON, mons Thessaliæ, ubi Jovis Elacatæi templum. Gentile, Elacatæensis, & Jupiter Elacatensis.

ELECTRIDES insulæ, in quibus inveniuntur duæ statuæ Dædali & Icari. Narrant has insulas ab Eridano fluvio, limo aggesto, fuisse productas. Est quoque stagnum prope fluvium, aquas calidas habens; unde tam

B

dis diversa oppida non sint. Sed pergamus ad alia Thucydidis loca, in quibus nobis accuratiorem situm ob oculos ponit, ita enim ille lib. IV: Ὧν φοβούμενοι οἱ ἐν τῇ Ἠιόνι Θρᾷκες καὶ Μενδαῖοι καὶ Βοττιαῖοι ἐπεκάλεσαν, ἐπὶ δὲ ὑπῆρχε τοῖς ἀπὸ τῆς πόλεως, ὧν Ἀμφίπολιν οἰκοῦσιν. Ex his locis, & multis aliis apud Thucydidem lib. IV, evidentissime constat, illum de Eione Chersonesia ne quidem cogitaville, quod omnes circumlantiæ aperte docent. Sed eodem lib. jam citato perhibet, Eionem Mendæorum coloniam fuisse, quam Simonides Athenienium dux per proditionem ceperat, qui illico expellebatur, Chalcidensibus & Bottiæis fuppetias ferentibus, ita enim ille: Καὶ ἅμα τὰ αὐτὰ ἔαρι, Μενδαῖοι καὶ Βοττιαῖοι ἐς Σκιον, ξυνάψαντες Ἀθηναίοις τὸν πόλεμον, ἐπὶ δὲ Φρυνίχου, ἡγουμένου Ἀθηναίων τῆς ἐκπομπῆς, ἐστράτευσαν ἐπὶ Σκιωναίους καὶ Βοττιαίους, ἐξεμπόδιστα, ἐπὶ δὲ ἐπιπολῆς τῆς φαλάττης. Procul dubio hic locus Thucyd. Scholiastam in errorem duxit, cum supra distinguit inter porturis Amphipolcos Eionem dictam, & aliam in Thracia urbem: sed potissimum hic observandum, ex circumstantiis colligi posse, etiam nunc Thucydidem de Eione Chersonesia non loqui, nam Chalcidenses & Bottiæi Eionibus (sub quorum ditione Amphipolis & Eiön) vicini cum essent, παραβοήθημα laboranti oppido suppetias tulerunt, quod tam facili negotio fieri nequisset, si ipsis iter aliquot dierum in Chersonesum emetiendum fuisset. Itaque non puto ullum in Thucyd. locum reperiri, unde evidenter constet, illum de Eione in Chersonelo Thracize sita loquutum fuisse. Eustathius tamen in comment. ad Iliad. B. Eionem Chersonesiam ex Thucydide agnoscit: sed is, ut sæpe alias, non consulto Thucydide. Stephani auctoritatem sequutus, etiam in gravissimum errorem incidit, ubi sic inquit: Τὰς δὲ Ἠιόνας διέρχεται πᾶν ἑλλαλλάβυς· ἐπικῶς δὲ Ἠίων λέγεται ὡς Χείρων ἐν πικῇ Θουκιδίδῃ· ἐν δὲ Σκιωνικῇ· λόγοι δὲ ἡ ἐπὶ Πιερίᾳ. Sed præter Chersonesiam Eionem, quæ apud Thucydidem non est, duas alias statuit Strymonicam & Pieriam, unde tres hoc nomine ureremotum, quanquam idem hoc eodem commentario fuse, ἡ τότε ἐπὶ Στρυμόνι, ἡ Ἠίων ὁρμώμενος πόλις ἐν πικῇ Θουκιδίδῃ, ἡ δὲ ἀπὸ τῆς Πιερίας, ὡς ἐπὶ πλεῖστον Ἠιονίς, ἑλλάδι ἐν πολλοῖς. Nullius alibi rei distinctio inter Eionem, & Eionem: nam si pretii est illa distinctio inter Eionem, & Eionem: nam si ἡ Ἠίων Στρυμόνι. Βιασθείς, illud per synizesin, figuram poetis familiarissimam, pro Ἠίωνι tactum censeri debet. Ergo Strymonica est Eion, de qua passim in sua historia Thucyd. verba fecit: & quemadmodum ille, sic quoque alii, sive Geographi, sive Historici, Eionem in Thraciæ Chersonelo non posuerunt. Illa Pieriæ veteribus etiam minime cognita est. Variæ sunt Pieriæ, in quibus omnibus, si diligenter investigaveris, nullum tamen hoc nomine oppidum invenies.

gravis

rentina etiam hanc lectionem repræsentent. Numero singulari dicitur Ἠλακίη, apud Apoll. in Argonaut. lib. IV:

Γίμφα δὲ νῆα τάνυσσε διὰ ῥόον Ἠλακίηος
Ναυσιθόῃ· ὄφρα λιμὴν Ἠλακίηθεν ἵκηται.

Et sic quoque Scholiast. ad illa verba: αὐτὰρ ὁ Ἠλακίηθεν ἴχνια τῆς Ἠριδανοῦ πρόμυκα. Ab illo singulari fit Ἠλακίδης, non vero Ἠλακιάδης. Est quoque Ἠλακτρὶς insula, non confundenda cum superioribus, e regione ostiorum Hebri sita, quam alio nomine Samothracen appellant, de qua idem Apollon lib. I:

Ἐς τρηχεῖαν δ' Ὀλέρου ἐφορμηθέντες ἴκοντο
Νῆσον ἐς Ἠλέκτρης Ἀτλαντιάδος. - - - -

Ad quem locum Schol. Νῆσον ἐς Ἠλέκτρης· τῆς Σαμοθρᾴκης λέγει, οὕτω γὰρ ὠνόμασε Ἠλακίδης ὁ Ἀτλαντίδης, ἀπὸ ὀνόματος τῆς ἐπιχωρίου φατρίας.

Τεύτης δὲ τὰς νήσους φασὶ τὸν Ἠριδανὸν πλεῖστον προσκεχωκέναι.] Ita hunc locum emendavimus, partim ope MSS codicum, & partim auctoritate Aristotelis, ex cujus Admirandis auditionibus, si is genuinus Philosophi liber sit, totam hanc sectionem formavit Stephanus. Inutiquidem in editionibus aliis: bene tamen in illis καὶ τὸν, pro καὶ τὸν. Swertius in Analectis etiam illud προσκεχωκέναι, obelo contodit, eadem qua nos auctoritate permotus, quod ut lector tanto evidentius percipiat, integrum Aristotelis locum apponam: Ἐν τοῖς Ἠλακίδου λόγοις, ἃ κοσμεῖ ὁ τῆς μουσῆς ἡ Ἀλέξη, φασὶν εἶναι ὁ ἀνδριὰς τὸν Δαιδάλου καὶ Ἴκαρον &c. Τούτους δὲ τοὺς νήσους φασὶ προσκεχωκέναι τὸν Ἠριδανὸν πολὺν· ὅτι δὲ ἀληθὲς τοῦτο, σημεῖον ἔχουσι θερμὸν· ὁσμὴν δὲ ἀπ' αὐτῆς βαρεῖαν, ἡ γαλκὸν κάπνιζε, ἀλλὰ πίσσῃ ἢ κασσιτέρῳ· ἐγὼ δὲ τὸ μὲν κάπνον ὑπολαμβάνω, σίδηρον δὲ τὸ κασσιτερον· ἐν δὲ τῷ λίμνῃ τοῖς πλησίον ἡ πόλεμος, ὕδωρ ἔχουσα θερμὸν· ὁσμὴν δὲ ἀπ' αὐτῆς βαρεῖαν, ἡ χαλκὸν κάπνιζε, ἀλλὰ πίσσῃ ἢ κασσιτέρῳ· ἐγὼ δὲ τὸ μὲν κάπνον ὑπολαμβάνω, σίδηρον δὲ τὸ κασσιτερον· Ἐν δὲ τῷ Διονυσίῳ, τοῦ αὐτοῦ, ἴσως δίκαιον· Μυθολογοῦσι δὲ οἱ ἐγχώριοι Φαέθοντα κεραυνωθέντα πεσεῖν εἰς ταύτην τὴν λίμνην· Εἶναι δὲ ὧν αὐτὴν αἰτίαν τοιάδε· ἐξ ἀνατόλων τὸ καλούμενον Ἠλεκτρον. Οἱ δὲ λέγουσι ὑμῖν τὴν κόμμι, λέγ' τὸ κονιορτωδέστατον ὄντος λιθου. Verum illud de insulis ante Padi sive Eridani ostia, in quibus Electrum nascitur, Græcæ vanitatis figmentum, & ut cum Plinio loquar, ubi de cissem agit lib. XXXVII cap. II, intoleranda mendaciorum est impuritas. Omnia veterum testimonia, falsitatem hujus commenti refellentia, ex Diodoro, Polybio, Herodoto aliisque enumerare, nimis longum foret: breviter duntaxat addam, ex Luciani Sermone de Electro, quid ille mortalium, quorquot vixere, lepidissimus, de hac fabula senserit. Cum poetas sæpenumero canentes audivisset, sorores Phaëthontis casum ejus impense ante Eridani ostia lugentes, pristina natura exuta, in populos fuisse transformatas, unde quotannis Electrum defluit, in spem venisset, se aliquando ad Eridani ostia delatum iri, unica istarum arborum potiturum, ut expanso sinu lacrymas susciperet & electrum cum aliis posslideret. Non multo post, alterius conficiendi negotii gratia, ad Eridani ripam devenit, sed omnibus locis diligentissime perlustratis, neque populos vidit, neque electrum conspexit: Quin imo Phaëthontis nomen ne notum quidem erat incolis. Ille tamen nautas interrogat, quando tandem venirent ad populos, quæ electrum de se reddunt? Riserunt nautæ, & jubebant ipsum manifestius, si quid vellet, proloqui. Fabulam deinde Phaëthontis & ejus sororum in populos transformatarum, fratremque lacrymando electrum emittentium ordine percensebat. Qui-

Digitized by Google

in distinguuntur: τὸ ἐθνικὸν Ἠλακατιεύς, Διός· καὶ Ἠλακατεύς.] In codice Vossiano hæc sunt:

ᵃ Ἠλακίδης νῆσοι, ἐν αἷς εἰσι δύο ἀνδριάντες.] Quidam codices: Ἠλακίδαι, νῆσοι ἐν αἷς εἰσι δύο ἀνδριάντες. Sed non admodum placet, quanquam editio Veneta & Flo-

αὐτῆς βαρεῖα ἐ[8] χαλεπὸν ὀσφρῆσαι, καὶ ἅπ A gravis & noxius fœtor exhalat, ut nullum
ζῶον πηνῇ ἐξ αὐτῆς, ἅτε ὄρνεον ὑπερίπτα animal ex ea bibat, & nulla avis supervolet,
ἀλλὰ πίπτῃ, καὶ ἀποθνήσκῃ. [9] ἔστι δὲ ὁ κύκλος quin decidat & moriatur. Circuitus ejus est
σταδίων διακόσιον, τὸ δὲ βάρος ἕως δέκα. καὶ stadiorum ducentorum, latitudo vero decem.
μυθολογοῦσι, Φαέθοντα κεραυνωθέντα πεσεῖν Fabulantur quoque Phaëthontem fulmine
ἐκεῖ. εἶναι δὲ ἐκεῖ ἐξ αἰγείρους πλάας, ἐξ ὧν B ictum ibidem decidisse, atque illic reperiri
πίπτῃ τὸ καλούμενον ἤλεκτρον, [10] ὅμοιον ingentem nigrarum populorum copiam, ex
κόμμι, διότι σκληρύνεται ὡς λίθον. οἱ καλοι- quibus decidit sic appellatum electrum, gum-
κουῦτες, [11] Ἡλεκλέπτῃ, ὡσὲ τὸ πόπον τοῖς mi simile, propterea quod instar lapidis in-
ις· Ἡλεκλεγνοῖ δ', ἀφ' οὗ τὸ ἠλιχάλεον. duretur. Incolæ, Electritæ, juxta formam no-
minum in is: sed Electrini vernaculam.

Ἡ ΑΙΑΙΑ [12], δικαστήριον Ἀθηναίων, C HELIÆA, Athenienſium tribunal, fit a
ὠνομασμένον ἀπὸ τοῦ ἁλίζω. ὀξύτονον παράγωγον, Ἁλία, voce ἁλις, ſatis, coacervatim. Secundum deri-
καὶ Ἡλιαία. ἔστι δὲ τὸ μέγα δικαστήριον, τὸ ἐκ vativum eſt Halia, & Heliæa. Magnum eſt
τῶν πεντάκοσιν ἡλισμένον δικαστῶν, [13] ἐκ tribunal, ex quatuor tribunalibus congrega-
πενταχοσίων, καὶ πεντήκοντα, καὶ διακοσίων, καὶ tum, nempe ex quingentis, & ex quinquaginta,
ἑκατόν. [14] Οἱ δὲ ἐκφερόμενοι, ἐλέγοντο Ἡ- & ex ducentis, & ex centum. Sententiam ferentes D
λιασταί· ἐκ τοῦ δὲ ἅλις, ἁλία γίγνεται. καὶ ὡς dicebantur Heliaſtæ. A voce ἁλις fit ἁλία
βία βιάζω, καὶ αἰτία αἰτιάζω, ὅτως ἁλία congregatio: quemadmodum a βία vis, fit βιάζω
ἁλιάζω· καὶ ἁλιαστὴς, ὡς δικαστὴς, καὶ Ἡλια- vim infero, & αἰτία criminatio αἰτιάζω expoſtulo,
στής. [15] καὶ κληδὼν Ἡλιαστικὸς, ὡσὲ τὸ Ἡ- ſic ab ἁλία fit ἁλιάζω congrego. Et Haliaſtes, uti E
λιαστής. δικαστὴς judex, & Heliaſtes. Et poſſeſſivum He-
liaſticus, quod fit ab Heliaſtes.

Ἡ ΑΙ- HELI-

bat. Quicunque, reſpondent illi, hæc tibi perſuaſit, vanus homo fuit, & te mendaciis decepit: nam nos neque Phaëthontem curru delapſum novimus, neque ex, quas quæris, apud nos ſunt populi. Quid putas, ſi hujus materiæ copia apud nos extaret, nos dum obolorum gratia tam laborioſe remigaturos, aut navigia adverſus fluminis impetum tracturos, quibus promptum eſſet minori negotio ac ſudore diteſcere, populi lacrymas colligentibus? Hæc quum dixiſſent, non mediocri pudore afficiebatur, & confuſus obticuit, quod puerile quoddam admiſerat, habita fide poëtis, tam monſtroſe mentientibus.

[8] Χαλεπὸν ὀσφρῆσαι.] Sic emendat Salmaſius ad oram ſui libri ex Ariſtotele. In aliis editis excuſum erat: χαλεπὴ ὀσφρῆσαι.

[9] Ἔστι δὲ ὁ κύκλος σταδίων διακοσίων, τὸ δὲ εὖρος, ὡς δέκα.] Et hæc Salmaſius veterem lectionem revocavit ſic legendo ex Philoſopho jam nominato. Inepta lectio eſt, quam vulgati codices repræſentant: Ἔστι δὲ ὁ κύκλος σταδίων διακόσια τὸ εὖρος.

[10] Ὅμοιον κόμμι, διότι σκληρύνεται ὡς λίθον.] Et hunc locum correxit idem Vir magnus ex Ariſtot. Priores editiones ex hibent: ὅμοιον κομμώδιον, διὰ τὸ σκληρύνεσθαι ὡς λίθον. Sine dubio illud διὰ in vulgatis repetitum, τῷ κόμμι adjungitur.

[11] Ἡλεκλέπτῃ ὡσὲ τὸ πόπον τοῖς ις.] Nos alio modo ultima verba, de gentilium formis agentia coſtituimus, peſſime enim in vulgatis legitur: Οἱ ἐκφυσικῶσιν, Ἡλικλεῖ ὡσὲ τὸ πόπον· Ἡλικτηνοὶ διὰ τὸ ἐκτήκεσθαι. Italico enim more multa gentilia in ων formabantur, ſed nomina in ις faciunt ινης, & in plur. ινοι, uti Ἡλικλέπται.

[12] Ἡλιαία, δικαστήριον Ἀθηναίων, παρὰ τὸ ἅλις.] Manu exarati codices: παρὰ τὸ ἁλίζω. Quæ lectio mihi videtur commodior, & non dubito, quin olim fuerit ſcriptum παρὰ τὸ ἁλίζειν, vel minori mutatione παρὰ τὸ ἅλις: ſunt enim ἁλίζειν, ὁμοῦ ἠθροισμένοι. Callimachus in χωλιάμβοις: Εἰς τὸ ὠδὶ πίσσας ἐφέρ' ἁλίς λίθον. Quod poſitum eſt, ut vult Chœroboſcus, ἀντὶ τοῦ, εἰς τὸ ὠδὶ τῦ τείχους ἐφέρ' ὁμοῦ λίθον. Nam Ἡλιαία erat Athenienſium tribunal maximum, ubi ingens judicum numerus (de quo tamen non conſtat & auctores variant) conveniebat, atque de negotiis publicis tractabat. Alii vero hanc vocem deducunt παρὰ τὸ ἅλιος, quia tribunal illud erat in ſubdiali loco, ubi congregati à ſole feriebantur. Suidas: Ἡλιαστής, δικαστής· λέγει μεγάλην δικαστηρίου τὴν Ἡλιαίαν· ἦσαν δὲ ἑκατόν, διὰ τὸ εἰς ὑπαίθριον τόπον, καὶ ὑπὸ τῷ ἡλίῳ διάγειν. Idem quoque perhibet Etymologici Magni Auctor, & Scholiaſt. Ariſtoph. ad nonnullas fabulas. Porro deſcriptionem hujus dicaſterii legeſis apud Meurſium in Areopago.

[13] Ἐκ πενταχοσίων, καὶ πεντήκοντα &c.] Quemadmodum auctores de numero judicum, hoc dicaſterium conſtituentium, inter ſe non conveniunt, ſic quoque ipſi MSS codices & editi de hoc numero non ſunt concordes. Voſſianus cod: Ἔστι δὲ τὸ μέγα δικαστήριον, τὸ ἐκ τῶν πεμπάδων ἡλισμένον δικαστῶν, ἐκ φ' ὧν, καὶ σ' ἓξ'. Hic ὧν pro ὧν poſitum videmus, unde tribunal illud conſtaret ducentis ſupra mille judicibus, qui numerus magis convenit cum numero ab aliis auctoribus indicato. Pollux lib. VIII cap. X: Ἡ Ἡλιαία δὲ πεντακοσίων· οἱ δὲ χιλίων δύο δικαστῶν, συνίστων δύο δικαστήρια· οἱ δὲ πενταπλασίων ἐ χιλίων, τρία. Harpocration cum Polluce ſatis convenit: Χιλίων δικαστῶν, ἢ χιλίων ἐ πενταπλασίων, συνίστων· συνίστων δὲ οἱ μὲ χιλίοι πενταπλασίους, ἓν τριῶν. Ab his itaque recedit Stephanus, hoc dicaſterium ex quatuor aliis foris conſtitui perhibens, ad quod juxta vulgatos codices 850, & juxta Voſſianum 1200 judices conveniebant. Heliaſtæ pro mercede judiciali, poſtquam ſententiam tuliſſent, triobolum accipiebant, teſte Suida: Ἡλιασταί, οἱ ἐν Ἡλιαίᾳ δικασταί. οἱ πρὸς τοῦ δημοτῶν ἐπιφήμης, τριώβολον λαμβάνοντες μισθὸν δικαστικὸν, μισθὸν τὸ κεφάλαιον. Hinc apud Ariſtoph. in Equitibus:

Ὦ δᾶμε, λῦσαι σοῦτοι, ἐκδικήσας μόνον.
Ἐ'θυ, βίφεσιν, δύσγεν', ὡς τριώβολον.

Ad quem locum videndus Scholiaſtes; & qui de hac mercede plura deſideret, Meurſium in Areopago conſulat.

[14] Οἱ δὲ ἐκφερόμενοι, ἐλέγοντο Ἡλιασταί.] Subintellige hic τὸν κρίσιν, vel ſimile quid: nam ἐκφέρειν τὸν κρίσιν, ſententiam ferre & promulgare denotat. Tribunal hoc, ſive conventum iſtum frequentantes etiam ab Etymologici Mag. Auctore in voce Ἡλιαία appellantur Ἡλιασταί, cujus locum, quia operæ pretium videtur, huc tranſcribam: Παρὰ τὸν ἅλις γίνεται ἅλιες ἐπίρρημα· εἶτ' ἀ γίνεται κλῆσιν ὀνόμα ἁλία· καὶ λέγ τοῦτο ἕτεροι κλῆσιν ἁλιαία· ἀφ' ἧ ἐ Ἡλιασταὶ λέγοῦ· οἱ ἐκκλησιάζοντες. Huic conventui nemo intererat, quin etiam jure ſententiam ferendi frueretur. Hinc ἐκκλησιαστὴς ἐ δικαστὴς apud Græcos aliquando conjunguntur. Ariſtotel. lib. I Rhetor. Οὐ δὲ ἐκκλησιαστὴς ἐ δικαστὴς ἐδὲ ἀρχὴ παρέχουσι ἐ ἀφωρισμένων κρίνειν.

[15] Καὶ κληδὼν, ἡλιαστικὸς.] Strepſiades apud Ariſtophanem

Η ΛΙΟΥ ΠΟΛΙΣ, πόλις Αἰγύπτου,[16] ἣν ἔκτισεν Ἀκτὶς ὁ Ἡλίου καὶ Ῥόδου. Ἡ ῥόδος δὲ θυγάτηρ. ἔστι δὲ Θρᾴκης,[17] ἧς ἦν Ἀρωματοφόρος, ὅπου ἦν Αἰγυπτίας. καὶ δύο ἐν Σάρδεσι. καὶ ἡ Κόρινθος. Ἡλιούπολις ἐλέγετο, εἶτα Πάγος, καὶ ἔτως Ἐφύρη. ἔστι[18] καὶ ἐν Φοινίκῃ. ὁ πολίτης Ἡλιοπολίτης.

Η ΛΙΣ[19], πόλις ἀφ' ἧς τῆ Αἰγυπτίᾳ Ὀλυμπίᾳ,[20] ἀπὸ Ἠλέως τοῦ Ταντάλου παιδός. ἔστι δὲ ἄλλη Ἀρκαδίας. καὶ τρίτη, Ἱσπανίας. ὁ πολίτης ἀπὸ τῆς Ἠλίδος, γλωσσῆς, ἀναλόγως[21] Ἠλίδος, ὡς Ἀδωνίδος, καὶ Εὐπολίδος. καὶ πλη-

A HELIOPOLIS, urbs Ægypti, quam condidit Actis Helii & Rhodæ filius, teste Herodoto lib. II. Secunda, Thraciæ, & aromatoriferæ, ab Ægyptia *diversa*. Et duæ in Sardibus. Præterea Corinthus Heliopolis dicebatur, deinde Pagus, & sic Ephyra. Est B etiam in Phœnicia hoc nomine oppidum. Oppidanus Heliopolita.

ELIS, urbs juxta Olympiam, sic dicta ab Eleo Tantali filio. Est & alia Arcadiæ. Et tertia Hispaniæ. Civis a genitivo Ἠλίδος præter rationem Ἠλείδης, uti Ἀδωνιδος, & Εὐπολίδου. Et juxta formam pos-

phanem in Nebulis hac voce utitur, ut indicaret meretricem, quam Heliastæ in tribunali post latam sententiam accipiebant: Οἱ ἀφέντες ἑαυτὸν ἐπαίδευσι Ἡλιαστικήν,

Τύπτε πεπαμένε σὺ διασείοις ἀφροξέλλα.

[16] Ἡ, ἐκτίσεν Ἀκτὶς ὁ Ἡλίου, καὶ Ῥόδου.] Ita hunc locum supplevit Tanaquillus Faber in Epistol. Crit. Salmasius in Plinianis Exercit. pro Ῥόδου legit Ῥόδης. Sciolus quidam, nimio emendandi pruritu agitatus, ad oram codicis Vossiani hunc locum sic replebat: ἓν ἔκτισεν Ἀκτὶς ὁ Λίνος, vel Ἀκτιπάτης Μερόπης· Ἡρόδωρος. Sed nos manifeste docet Siculus Diodorus lib. V. Actim fuisse filium Solis ex Rhoda Neptuni filia. Hunc Actim in Ægyptum fuisse profectum, & condidisse Heliopolim, quam de patris nomine sic appellavit, idem Diodorus luculenter testatur eodem libro: Ἀκτὶς οὖν οὗτος Αἰγύπτου ἐπιβὰς ἔκτισεν τὴν Ἡλιούπολιν ἀνομασθεῖσαν, ἀπὸ τοῦ πατρὸς ὠνόμασε. Ἡλίου δὲ καὶ Ῥόδης θυγάτηρ. De hac urbe quidem Herodotus lib. II secundo, quem noster testem allegat, mentionem facit, sed ne ἐν quidem de ejus conditoribus, quos Arabas fuisse censet Plinius lib. VI. cap. XXIX. *Solis quoque oppidum quod non procul Memphi, in Ægypti situ diximus, Arabas conditores habere.* De situ idem Plinius lib. V cap. IX: *Deinde Arsinoë & jam dicta Memphis, inter quam & Arsinoëten nomon in Libyco turres quæ Pyramides vocantur, labyrinthus in Mœridis lacu nullo addito ligne excidicatus: & oppidum Crialon. Unum præterea intus & Arabiæ conterminum, clarissitis magna, Solis oppidum.* Heliopolis hæc Arabiæ adeo erat vicina, ut ab aliis Ægypto, ab aliis vero Arabiæ adscripta fuerit. Imo hinc est quod Strabo hujus nomi & urbis descriptionem in Arabiam rejecerit, ut libro ultimo asseverat. Omnis judicii & sanæ rationis expertes mihi videntur Dictionariorum confectores, qui, nescio quo auctore, Thebas Ægyptias, cum Heliopoli confundant, cum Herodotus aliique eas manifestissime distinguant.

[17] Καὶ ἡ ἀρωματοφόρος κἀκεῖ ἦν Αἰγυπτίας.] Hæc verba Salmasius ad Solinum pagina 549 ita interpretatur, quasi Heliopolis, quam noster jam in felici Arabia collocat, colonia Ægyptia fuisset. Sed errat Stephanus, Heliopolim Ægyptum diversam statuentem ab Heliopoli Arabiæ felicis. Sunt revera unum idemque oppidum, sed in confiniis Ægypti & Arabiæ situm. Ptolemæus: Καὶ ὑπὸ μὲν τὴν Αἴγυπτον, ἡ Ἀφροδίτης πόλις, Βαῦλον, Ἡλιούπολις, Ἡρώων πόλις. Vide hac de re incomparabilem J. Vossium in Observat. ad P. Melam. Fuit in Arabia, ad finem Arabicum vergente, *Solis Domus*, quæ urbs alio nomine Βαιθσαμὴς vocatur a nostro, sed ad hunc locum pertinere non arbitror.

[18] Καὶ ἐν Φοινίκῃ.] Erat sita prope locum, cui nomen erat Aphaca, & urbem Byblum, teste Zosimo lib. I Hist. Ἔχωσι χρεὼν ἐν μέσῃ Ἡλιουπόλει τε καὶ Βύβλῳ, καθ' ὃ τόπος Ἀφροδίτης Ἀφακίτιδος ἱδρυταί. Hæc *Heliopolis ad Libanum* dicebatur ad differentiam aliarum, ἃ ἀφ' ἧς τοῦ Λιβάνου Ἡλιούπολις, teste Sozomeno lib. V. cap. X. Hinc in nummis Caracallæ observavit ΗΛΙΟΠΟΛΙΣ ΠΡΟΣ ΛΙΒΑΝΟΝ, & Musei Lomeniani ΗΛΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΝ ΛΙΒΑΝΩ Cl. Spanhemius. Alebat hæc urbs fœminas forma præstantissimas, quæ Libanotides dicebantur, auctore Anonymo in tertio mundi Exegesi: Ἡλιόπολις, ἡ φιλοτεκνοῦσα τὴν Λιβάνου ὄρη, γυναῖκας διαφόρους βλέπει, αἳ πᾶσαν πάντων ὑπε-

sessivo- κρέουσι Λιβανοτίδας. (Scribe Λιβανοτίδες) ὅπερ τῶν Κύπριων μεταλαμβάνουσιν.

[19] Ἡ Λις, πόλις ἀφ' ἧς τῇ Αἰγυπτίᾳ Ὀλυμπίᾳ.] Censet Salmasius illud Αἰγυπτίᾳ præcedenti sectioni excidisse, & fortasse Βοιωτίᾳ reponendum, sed quid ista vox ad illustrationem sive emendationem hujus loci faciat, ego percipere nequeo. Defendere vulgatam lectionem conatur Ortelius in Thesauro Geographico in vocabulo Ἄγυρτις, ex Pausania regiunculam hoc nomine in Peloponneso statuens, pro quo Amaltæus Ἀγυρτὶς substituerat. Censet vero Ortelius illam vocem retinendam, cum bis illius regiunculæ meminerit, tum quod Stephanus quoque in dictione Ἡλὶς Ἀγυρτιάν Olympiam nominaverit. Ad me quod attinet, totum negotium judicio & geographiæ peritia magis pollentibus expono: si quis tamen in re tam ardua & controversa sententiam meam exquirat, ei, ne videar difficillima sicco pede transilire, regeram, me etiam opinari illud Αἰγυπτίᾳ ad hanc lectionem non pertinere: nam Eustathius, hunc Stephani locum in commentariis ad Iliad. B transcribens, illam vocem non agnoscit, unde liquet evidenter, ejus ætate a Stephani codicibus abfuisse, ita enim ille: Ἡ δὲ Ἦλις, πόλις ἀφ' ἧς τῇ Ὀλυμπιάδι καθὸ ἐν τῷ Εὐπόλιδι γράψας· κλησθῆναι φησὶν ἀπὸ Ἦλιδος παιδὸς Ταντάλου &c. Hinc satis manifeste liquet Archiepiscopum Thessalonicensem τὸ Αἰγυπτίᾳ in Stephano non invenisse, quod etiam obolo confoderem, si mei arbitrii res foret, ut & τῇ Βοιωτίᾳ, quod Salmasius revocavit. Sita erat urbs in regione Peloponnesi Ἡλεία Elea dicta, & comprehendit oram illam maritimam, quæ Achaiam inter & Messeniam est: Eleæ mediterranea Arcadiam ad Pholoën montem, & Azanas & Parrhasios attingunt, teste Strabone lib. VIII. Qui etiam perhibet Elidem urbem Homeri ætate nondum fuisse conditam: tota enim regio per pagos incolebatur. In sequentibus noster addit, aliam Elidem in Arcadia fuisse, quod non facile mihi persuaserit: Elis enim & Arcadia tam vicinæ erant, ut censeam unum idemque oppidum in diversis regionibus a nostro fuisse collocatum, quorum limites non satis perspectos habebat.

[20] Ἀπὸ Ἠλέως τοῦ Ταντάλου παιδός.] Nolo immorari incertis Græcorum etymologiis. Leander apud Etymol. Mag. Auct. opinatur, urbem originem nominis habere ἀπὸ τοῦ ἁλιστῆναι, ὅ ἐστι συγκοιμῆσαι, propterea quod è cataclysmo salvati ibidem loci congregarentur, vel quod regionis incolæ vicatim, antiquis temporibus habitantes, in eam urbem convenirent. Alii ab Eleo, qui regioni imperabat, urbem nomen accepisse existimant, & alii alia commiscuntur; quæ omnia apud Etymologicographum in voce Ἦλις legi possunt. Nequeo tamen reticere, quod Pausanias lib. V memorat, nempe Oxylum quendam vicinæ regionis incolis persuasisse, ut in unam urbem convenirent: adeo ut is Elin multitudine incolarum majorem & beatiorem reddiderit.

[21] Ἡλίδιος, ὡς Ἀδωνίδιος.] Eundem canonem invenies apud Etymol. Mag. Auct. Ἡλεῖος· ὁ πολίτης, ἀπὸ τοῦ ἐσχαφθῆναι· ὅπερ ἐστὶ τῷ Εὐπόλιδι Εὐπολίδιος· γράψ.) Εὐπολίδιος, & ἀπὸ τοῦ Ἄδωνις Ἀδωνίδιος, ὅτου καὶ ἀπὸ τοῦ Ἦλις Ἠλίδιος, Ἠλίδιος. Reliqua ibidem legantur, & etiam apud Eustath. ad Iliad. A. Cives Latino ore dicuntur ELIDENSES Gellio lib. II Cap. XVIII.

καὶ κληλικῶ τύπω καθ' ὕφεσιν ℔ ὁ Ἠλίφος, A
καὶ Ἠλεῖος. [22] ἀφ' οὗ Ἠλεῖος ὁ Ζεύς. Τρύ-
φων δέ φησιν, ὅτι Ἠλιεῖος, καὶ Ἠλιείος, καὶ
Ἠλεῖος. [23] Ὅμηρος δέ· Ἐπεὶς οὔτις φησι, καὶ
κληλικῶς λέγει Ἠλιακὸς. λέγει δὲ πατρωνυ-
μικῶς Ἠλιάδαι. λέγει. [24] Ἐκ Ἠλιάδος, ὡς Ψω- B
φίδις, καὶ Ἀρκαδίς, ὅπερ ἡμικῆς. καὶ ὀπίρρημα,
Ἠλιάδηθεν. τὸ δὲ Ἠλεῖος, καὶ ἡλυκῶς φασιν.

Η Λ Ω Ν Η, πόλις Περαιδική. Ὅμηρος,

[25] Ὅ ῥ' ἔην Ἠλόνην τε. ——
νῦν δὲ Λεμώνη, ἀφ' ἧς τὸ ἐν αὐτῇ λεμῶνα. τὸ C
ἐθνικὸν, Ἠλωνεύς.

Η Μ Α Θ Ι Α [26], πόλις καὶ χωρίον, ἡ νῦν Μακεδονία. καὶ Ἡμαθὶς, ἡ χώρα.

Η Μ Ε Ρ Ο Σ Κ Ο Π Ε Ι Ο Ν [27], Κελτιβήρων πόλις, Φωκαίων ἄποικος. Ἀρτεμίδωρος δὲ τρίτῳ λόγῳ γεωγραφουμένων. D

Η Μ Ι Κ Υ Ν Ε Σ, ἔθνος ὑπὲρ τῶν Μασσαγετῶν καὶ Τπερβορέων· [28] Σιμμίας δὲ ἐν Ἀπόλλωνι,

[29] Ἡμικυόνων τε γένεσθαι γλῶσσαν ἀθρόαν ἀνδρῶν,
[30] Τῶν ὤμων καθύπερθεν εὐσθενέων [31] κύνεαι κεφὰς E
Τέτρα-

sessivorum sublato Η Ἀλιος & Η Ἀλεος, unde Eleus Jupiter. Perhibet Trypho, quod Η Ἀλιος, & Η Ἀλιος, & Η Ἀλεος dicere liceat. Illos Homerus Epeos nominat. Et possessive dicitur Eliacus, & patronymice Eliadæ, nec non Elidis uti Psophidis & Arcadis a genitivo deductum. Et adverbium Η Ἀλιάδηθεν ex Elide. Η Ἀλεῖς etiam genere fœminino usurpatur.

ELONE, urbs Perædica, de qua Homerus,

Orthen Elonenque. —— ——

Nunc vero Limone vocatur a prato, quod in ea est. Gentile, Elonæus.

EMATHIA, urbs & regiuncula, quæ nunc Macedonia dicitur. Et Emathis de regione usurpatur.

HEMEROSCOPIUM, Celtiberorum civitas, Phocensium colonia, de qua Artemidorus libro II Geographiæ.

HEMICYNES, gens non procul a Massagetis & Hyperboreis, de qua Simmias in Apolline:

Hemicynum cognovi genus inclytum virorum,
Quorum supra humeros bene coronatos caninum caput

[1] Nutri-

[22] Ἀφ' οὗ Ἠλεῖος ὁ Ζεύς.] Male in omnibus excusis: ἀφ' ὁ Ἀλεῖος ὁ Ζεύς.

[23] Ὅμηρος δέ· Ἐπεὶς οὔτις φησι.] Respicit noster locum Homeri Odyss. E.

Η' εἰς Ἠλιάδα δῖαν, ἵνα κρατέουσι Ἐπειοί.

Plinius lib. IV cap. V. *Indi Eleorum ager, qui antea Epei vocabantur.* Vide præterea quæ ad vocem Ἐπειοὶ diximus.

[24] Καὶ Ἠλιάς, ὡς Ψωφιὰς, καὶ Ἀρκαδίς.] Pessime in vulgatis hodie invenitur: λέγει Ἠλιάδα, ὡς Ψωφιάδα καὶ Ἀρκαδία. Vidit hunc errorem Salmasius & correxit: Nam vult Stephanus, ut a genitivo *Elidos* formetur gentile fœminineum Ἠλιάς, uti ab Arcas Arcados, Arcadis.

[25] Ὅ ῥ' ἔην Ἠλόνην τε.] Hemistichium Homericum ex Iliad. B. Elone tempore Strabonis erat diruta, quique etiam testatur, non procul ab Eurota fluvio sitam & Leimonen nuncupatam fuisse, ita enim ille lib. IX: Η' δὲ Ἠλόνη μετώκισε τύραννος, Λίμωνα μεταπορευθέντα· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ νῦν &c. Fabula de Hercule, quum illo in loco centauros in captivitatem duxisset, huic urbi nominis originem dedit, teste Etymologici Mag. Auct. Η Ἠλόνη, πόλις· Ὁ μὲν γὰρ ὅτι ἐνέσχεν ἐκεῖ Η Ἡρακλῆς ἐλαύνων οἱ Κένταυρους &c. ὅτινες ἀνέμιξαν πικρὸν τὸ οὐ αὐτῷ ἀλλὰ τοῖς αὐτοῦ, Ἀλόης ἡ Ἠλόνη. Si a voce *Elone* urbis etymon sit deducendum, prima potius, ut in Etymologico, cum adspirata scribatur. Vide præterea Eustathium ad Iliad. B. qui perhibet urbem ab Hercule conditam: Ἐ πεδὴ δὲ νῦν Η Ἡρακλῆς ἐπὶ τῇ διώξει τῶν Κενταύρων.

[26] Η Ἠμαθία, πόλις ἢ χωρίον, ἡ νῦν Μακεδ.] Urbis hoc nomine noster meminit in voce Οὐλύμη ex IV lib. Thucyd. Οὐλύμη, πόλις Μακεδονίας· Θουκυδίδης πτώσει· ἡ νῦν Η Ἠμαθία. Macedoniam sic appellatam fuisse liquet ex Plinio lib. IV cap. X: *Macedonia postea centum quinquaginta populorum, duobus inclyta regibus, quondamque terrarum imperio, EMATHIA ante dicta.* Eustathius ad Dionysi Η' δὲ Ἐ ὑ Μακεδὼν, ἡγεμὼν ποτὲ τῆς ἠμαθίου χώρας, ἤτις ἐ Η Ἠμαθία ὠνόμαστο ἐκαλεῖτο.

[27] Η Ἡμεροσκοπεῖον, Κελτιβήρων πόλις.] Ex ipsa vocis origine colligitur, vel urbem excelso loco fuisse conditam, vel turrim habuisse unde de die custodes ad urbem appropinquantes naves animadvertere atque speculari poterant. Η Ἡμεροσκόποι sunt speculatores diurni, & Η Ἡμεροσκοπεῖον locus est in quo de die, non noctu, speculatores excubias agunt. Graphice hunc locum describit Strabo lib. III: Μιλτῆν μὲν οὖν ὃ Σάκρον ἐ τὸ Καρχηδόνος, τεῖχε πολλοῦ Μασσαλιωτῶν εἶσι ὁ πολὺ ἀπωτέρω ὃ πόλεως· τούτου δ' ἐστὶ γεωμεμένον, τὸ Η Ἡμεροσκοπεῖον, ἔχον ἐπὶ τῷ ἄκρῳ τὸ Ἑρμαῖον Ἀρτεμίδωρος ἱστορεῖ σφόδρα πιθανῶς. ᾧ ἐχρῶντο ἀρμοτρόποι καθ' ἡμέραν Σαγουντίνοι· ἐρημίου γάρ ἐσ ὁ λιμὴν, πόρρωθεν δὲ οὐ ποιεῖ τὴν θεωρίαν. Καλεῖται δὲ Διάνιον, εἴτε Ἀρτέμιτος, ἔχει σύνεγγυς ὄρθιον ναΐδιον. Puto idem esse oppidum, quod nunc Hispani corrupto parum nomine *Denia* appellant, distat novem leucis ab Alone in ortum, & ab Ebuso insula x in occasum, inter sinus Suetonensem & Illicitanum. Latinis *Dianium* dicitur: Cicero lib. V in Verrem: *Quicumque accesserant ad Siciliam paullo pleniores, eos Sertorianos milites esse, atque a Dianio fugere dicebat.*

[28] Σιμμίας ἐν Ἀπόλλωνι.] Constanter libri MSS & editi auctorem sequentium versiculorum non agnoscunt, in quibus hujus sectionis principium hunc in modum concipitur: Η' μικυόνιος, ἔθνος ὑπὲρ Μασσαγετῶν ἐ Τπερβορέων· ὡς Ἀπόλλωνι. Salmasius versiculos, a Stephano allegatos, quidem emendat in notis ad Florum, sed addit: *Elegantissimi hi versus, nec satis scio ex quo Apollonii opere (impti sunt.* Non sunt profecto ex aliquo Apollonii opere transcripti, sed ex Simmiæ opere, cujus titulus erat Ἀπόλλων, quod me docuit Tzetzes Histor. Chiliad. VIII. Hist. CXLIV, ex quo loco ipse Salmasius, quod admiratione dignum, hosin Stephano versus emendavit.

Περὶ τε Η' μικυόνων δ', τῶν ἐ Κυνοκεφάλων,
Σιμμίας ἐν Ἀπόλλωνι κεῖ ἐν ὕμνῳ γράφει.

Ergo nos non dubitavimus hunc locum supplere, & Stephano reddere, quod ei erat ademptum.

[29] Η' μικυόνων τ' ἔσεσθαι γλῶσ.] Corruptus & mutilus erat hic locus in MSS & vulgatis codicibus: quem ex Tzetza jam allegato repleri atque emendatiorem edidi.

[30] Τῶν ὤμων.] Male in omnibus τοῖς ὤμοις. Vox enim quæ sequitur, vel ἐφύπερθε, quæ est apud Tzetzem, gignendi casum postulat.

[31] Κυνέ ἐ κεφά.] Pessime in aliis editionibus unico vocabulo κυνοκεφά.

Τέτραφε γαμφηλῆσι πεδιοκρατέουσιν, Α
[11] ἑρμινέος.

Nutritum est, maxillis firmis roboratum.

Τῶν μὲν θ' ὡς τε κυνῶν ὑλακὴ πέλε, ἠδὲ τ' ἴσην

Horum latratus instar canum est, neque sane

Ἄλλων ἀγνώσασι βροτῶν ὀνομάκλυτον αὐδήν.

Ipsis ignota est aliorum hominum celebris loquela. B

[13] καὶ Ἡσίοδος.

Et Hesiodus.

ΗΝΙΟΧΕΙΑ [14], χώρα περὶ τῷ Καυκάσῳ. οἱ οἰκήτορες, Ἡνίοχοι· Στεφάνου ἐνδεκάτῃ.

HENIOCHIA, regio prope Caucasum, cujus incolæ Heniochi, teste Strabone libro XI.

ΗΠΕΙΡΟΣ [15], ἡ ἠπειρωτικὴ χώρα. οἱ μὲν C γὰρ εἰς δύο τὴν, οἱ δὲ εἰς γ', οἱ δὲ εἰς πλείονα διαιρέσεων ἐξ αὐτῆς Ἠπειρῶτης, καὶ Ἠπειρωτικός.

EPIRUS, regio generalis. Quidam enim terram in duas, alii in tres, nonnulli vero in quatuor partes diviserunt. Ex illa voce fit Epirota & Epiroticus.

ΗΠΙΟΝ, πόλις Τριφυλίας, [16] ἣν Ἠλεῖοι πορθήσαντες. [17] τὸ ἐθνικὸν, Ἠπιεύς. D

EPIUM, urbs Triphyliæ, quam Eleï occuparunt. Gentile, Epiensis.

ΗΡΑΙΑ, ἄκρα ἄτων λεγομένη, καθ' αὐτὴν πρὸ

HERÆA, promontorium sic vocatum e regione

[11] Ἑρμινέος.] In vulgatis legebatur ἑρμηνεῦς, quod etiam à mala manu profectum.

[13] Καὶ Ἡσίοδος.] Constat, hodie in Hesiodi opere nihil de Semicanibus inveniri: nihil minus evidentissimum est, Heliodum alibi horum meminisse. Testem hujus rei habeo Strabonem, qui libro I de Hesiodo ita scribit: Ἡσίοδος δ' ὅτι μὲν τῆς οἰκουμένης ἄγνοιαν, Ἡμικυνας λέγοντος, καὶ Μακροκεφάλους, καὶ Πυγμαίους. Et lib. VII: Οὐ γὰρ μόνον οἱ ἀπὸ τοῦ Ὁμήρου· καὶ ὁ τὰς τῶν ποιητῶν ὑπόθεσιν πολλὰ ἀγνοῶν ἐστὶ περιβλητός· Ἡσίοδος μὲ Ἡμικυνας λέγοντος, καὶ Μακροκεφάλους καὶ Πυγμαίους· Ἀναξιμένης δὲ Σκιαποδας, λέγοντας ἐν Κυκνικοῖς Σκιαποδας, καὶ Στερροφθείρους καὶ Μεσομήτας. Ergo constat Hesiodum in opero aliquo deperdito Semicanum mentionem feciſſe.

[14] Ἡνίοχα, χώρα περὶ τὸ Καυκάσιον.] Huic genti & regioni nomen dedere Rhœas & Amphitratus Laconnes, Dioscurorum aurigæ, ſive Ἡνίοχοι a Græcis dicti, uti Strabo libro a Stephano citato auctor eſt. Ad mare habitant Ἡνίοχοι ad radicem Caucaſi, quod Geographus eodem loco perhibet: Μεῖζον δὲ τοῦ Σινδικοῦ ἐστὶ τὸ Γοργυπιανὸν ἐπὶ τῇ παλαίᾳ τῶν Ἀχαιῶν καὶ Ζυγῶν καὶ Ἡνιόχων πεδίῳ τὸν πόλεσι λιμένα καὶ ἐμπόριον. τῶν Καυκάσου μερῶν ὄντα. Eadem hæc habet Euſtathius in Comment. ad Dionyſ. de Sit. Orb. Plinius gentis conditores Amphitum & Telchium vocat lib. VI cap. V de Heniochis ita ſcribens: *Sunt qui conditam eam ab Amphito & Telchio, Castoris ac Pollucis aurigis putent, a quibus ortam Heniochorum gentem ferunt conſtat.* Et hunc ſequitur Solinus. Telchinus ab Ammiano Marcel. lib. XXII *Cercius* appellatur, & a Juſtino *Frudius* lib. XLII. Alibi errorem latere certiſſimum eſt, cui ego hodie præbia non novi, neque fortaſſis alii.

[15] Ἤπειρος, ἡ ἠπειρωτικὴ χώρα.] Cave heic intelligas notiſſimam illam regionem, ad mare Adriaticum ſitam. Ἤπειρος hoc loco denotat partem generalem totius orbis, quæ deinde dividitur in regna, regiones & provincias. Hujuſmodi terræ univerſæ portionem Ἤπειρον nuncupârunt, quia videlicet inexploratæ magnitudinis eſſet, & hinc Stephano Ἤπειρος, ἡ ἠπειρωτικὴ χώρα, id eſt, univerſalis regio dicitur. Optime in hanc rem Agathemer: Ἐκλελόγισται δὲ Ἤπειροι ἄπειροί πῃς ὄσαι ὅλ' ἀγνοιαν. Et Etymologici Mag. Auctor: Ἤπειρος, σημαίνει τὴν γῆν, ἀπειρὸς τις ὤν, ἢ ἐπ' ἔχατα πέρας, ἀς ἀπὸ συνηκεστὶ τ' ἀπειρον· αὐτὴν δὲ διῄρηνται σὶ, πρῶτ μεμερισμένην εἰσὶ τῇ θαλάσσῃ. Orbis univerſus veteribus dividebatur in duas partes, quas Ἤπειρος appellabant, ſive *Continentes*. Agathemer lib. II cap. II: Διαιροῦσι δὲ ὅλη οἰκουμένη εἰς Ἤπειρος τρεῖς, Ἀσίαν τε & Λιβύην & Εὐρώπην. Et in fine capitis addit: Οἱ μὲν πλείονες τὴν τε Λιβύην & τὴν Εὐρώπην, ὡς ἴσης μίαν ἀποφαινόμενοι ἐκείνην ἐπὶ τῆς μέσης τοῦ τε Εὐρώπης ἀνάπαλιν. Hinc liquet, veteres unico Europæ vocabulo Africam & Europam comprehendiſſe, atque ſic duas duntaxat *Continentes*, ſive orbis partes ſtatuiſſe. Iſocrates in Panegyrico: Τὰς γὰρ ἀπάσης, τῆς ὑπὸ τὸν ἥλιον καὶ μνείας ἀξίας πεπαιδευμένης, καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ κόσμου κεκοινωνηκότας, τῶν ἀμείνονα ἐστὶ τὴν Ἀσίαν, τῆς δὲ Εὐρώπης κεκλημένης, τῶν ἡμίσεων ἐστὶ τοῦ συμπάντων ἐλάττω. Locus inſignis eſt apud Æthicum Coſmographum: *Totum quod ab Oceano cingitur, tres partes eſſe dixerunt, Aſiam, Europam & Africam reputantes. Sed hinc magnum inter doctos certamen fuit. Nam plurimi qui res divinas evidentius agnoverunt, duas tantum partes accipiendas ſuadent, id eſt, Aſiam & Europam tantummodo: Africam vero cenſent Europæ finibus deputandam.* Sic quoque Lucanus lib. IX Africam Europæ partem ſtatuit:

Tertia pars rerum Libya, ſi credere fama
Cuncta velis: at ſi ventos cœlumque ſequaris,
Pars Erit Europæ. ---- ---- ----

Certiſſimum igitur eſt, veteres de orbis diviſione non fuiſſe concordes, & alios tres, alios vero duas partes ſtatuiſſe. Salluſt. in Jugurtha: *In diviſione orbis terræ plerique in parte tertia Africam poſuere. Pauci, tantummodo Aſiam, & Europam eſſe, ſed Africam in Europa.* Terrarum orbem in tres *continentes* fuiſſe partitum, jam ſupra ex Agathemero confirmavimus, cujus teſtimonio addendum, quod apud Dionyſ. Afrum legimus:

---- ---- ---- Μίαν δὲ ἑκάς ἀβ ἑσπὸ
Ἀγθημπει τριοσῆκεν ἰπ' Ἠπειροιο δείσαντ.

Nequaquam ergo apud geographiæ veteris callentem fidem merebitur, quod deinde a Stephano ſubjungitur, quoſdam orbem terræ εἰς τέσσαρας Ἠπείρους, ſive *quatuor continentes* partitos fuiſſe. Longiſſime hæc opinio a veritate remota eſt. Veteres quidem terræ orbem in quatuor plagas Borealem & Auſtralem, Occidentalem & Orientalem divitere, ſed nequaquam in quatuor Ἠπείρους. Optime Agathemerus lib. I cap. VI: Τῶν δὲ πεπονημένων ὑπὸ τῆς τέσσαρσι τ' οἰκουμένης μέρεσι, Βορείᾳ λέγω & Νοτίᾳ, καὶ Ἑῴᾳ καὶ Ἑσπερίᾳ. Sic quoque Melæ lib. III hanc inſcriptionem gerit: *Mundi in quatuor partes diviſo, ubi hæc leguntur: Partibus differt: ; unde Sol oritur, Oriens nuncupatur, aut Ortus: quo demergitur, Occidens, vel Occaſus: quâ decurrit, Meridies: ab adverſa parte, Septentrio.* Ergo juxta ventos orbem in quatuor partes partiti ſunt veteres, non vero in quatuor Ἠπείρους, ſive *Continentes*, quod innuere videtur Stephanus.

[16] Ἣν Ἠλεῖοι ἐπόρθησαν.] Non duntaxat urbem hanc Elei occuparunt, ſed armis excſciderunt & depopulati ſunt, teſte Herodoto lib. IV: Nam cum retulit, Minyas in ſex partes fuiſſe diſtributos, & totidem illic oppida condidiſſe, Lepreum, Macistum, Thrixas, Pyrgum, Epium, & Nudium, addit, τούτων δὲ τοὺς πλείους ἐκ' ἐμοῦ Ἠλεῖοι ἐπεξῆλθον. Sed obiter obſervandum, fortaſſis male apud Herodotum urbis nomen per E ſcribi.

[17] Τὸ ἐθνικὸν, Ἐπιεύς.] Sic nobis exhibet Voſſ. cod.

In omni-

πικρὸν Χαλκηδόνος. πρὸ τοῦ δ' ἐν τῇ σωηθείᾳ [38] Ἡέρειαν Φασί τινες, κακῶς [39] ἄλλοι δὲ Ἥερον· μυθοποιοῦσι, ὡς ἐκεῖσε ὀρύξαντες τάφους, κύτρας εὗρον, ἃ ὀστᾶ. πιστέον δὲ μᾶλλον τῷ Βιθυνῷ Δημοσθένει, [40] ἐν τῷ δ βιβλίῳ.

A regione Chalcedonis, quod nonnulli perperam ex consuetudine Hëeriam vocant, alii vero Herium: fabulantes quod illic, effossis sepulchris, urnas & ossa invenerint, sed potius Demostheni Bithyno fides est adhibenda, sic enim ille lib. XIV:

B

Ἔστι δέ πως πρὸ πάροιθε κλυτῆς Χαλκηδόνος ἄκρη
Ἠρεία, [41] τρηχεῖα, πολυσπιλάς. ἔνδοθι δ' αὐτῆς
Λάϊνεον περὶ τεῖχος, ἰὼν κοιλαίνεται ἐς ἔσω
Κόλπος ἁλὸς, φαίησιν ἰδὼν βαθυδινέα πάντη
Ἔμμεναι. ἀμενὴ δ' [42] ἐς βάθος ἐστὶ θαλάσσης,

C

D

[43] Ἐνθά τι νῆας ἀνῆγον, οἰόμενοι σκέπας εἶναι
Αὐτοφυὲς ὅρμοιο. [44] κακῷ δ' ὑπέκυρσαν ἐπίμπρᾶ.

Est vero quoddam ante celebrem Chalcedona promontorium
Herœa, asperum, multis scopulis obsitum.
Intra illud,
Lapideum circa murum, procedens cavatur
Sinus maris, quem si quis viderit, dicit ubique profundum
Esse. Ast ibi quidem solum est humidum, sed nulla maris profunditas,
Quocunque naves ducebant, existimantes ibi tutum esse locum
Pro statione a natura facta. Sed in malum incidebant paratum.

κοὶ ἄλλοι ὕτως. [45] ἔστι δὲ πόλις Ἀρκαδίας, ἡ ἐλέγετο Σολοεργός. κεῖται δὲ κατὰ Μεσσήνην, πρὸς Πελοπόννησον. τὸ ἐθνικὸν, Ἡραιεύς. λέγεται δὲ χωρὶς τοῦ ι, ὡς Νικαεύς.

E Et alii hoc modo. Est quoque urbs Arcadiæ, quæ Sologorgus vocatur: jacet vero juxta Messenen in Peloponneso. Gentile, Heræensis. Sed dicitur quoque sine jota *Heræënsis*, uti Nicaënsis.

Ἡ ΡΑΓΟΝ, πόλις Θρᾴκης· Ἡρόδοτος πέμπτῃ. [46] ἡ δὲ Ἡραῖον τεῖχος. οἱ πολῖται Ἡραῖοι. τὸ δὲ Ἡραῖα τείχεα, [47] Ἡραιοπολίται.

F

HERÆUM, oppidum Thraciæ, de quo Herodotus lib. IV. Murus vero Heræus. Oppidani, Heræi: sed a voce Heræotichûs fit Heræotichitæ.

Ἡ ΡΑΚΑΕΙΑ, [48] πόλις Θρᾴκης ἐν τῷ Πόντῳ

HERACLEA, urbs clara Thraciæ in Ponto.

In omnibus editis Ἐπεὶς excusum est, quasi Stephanus urbis nomen Ἔπης fecisset.

38 Ἡέρειαν Φασί τινες, κακῶς.] Hæc vulgatorum codicum lectio est: in calamo exaratis legitur: Ἡέριον φασί τινες κακῶς. Salmasius ad oram sui codicis judicat Ἡέλιον legendum, quod forte hausit ex Etymologici Mag. Auctore, qui eodem prorsus modo & Demosthenis versibus promontorium illud describsit: Ἡράιά, ἄκρα ὕπερ λιμένος κοὶ ἀπέκρυ Χαλκηδόνος· πρότερον δὲ ὁ τὴν σωτηρίαν Ἡέριον φασί, κακῶς· ἄλλοι δὲ Ἥερον μυθοποιοῦντες &c. Hujus promontorii etiam meminit Arrianus lib. V apud Stephanum nostrum, unde liquet Astacum ei vicinam fuisse: Μεγαρικὴν πολίχνιον, ἣ συγκαλεῖται τῆς Βιθυνῶν πόλεως Ἀστάκου πέμπτῳ· Ἀστακός τε, καὶ Ἡράια, καὶ τὸ Μεγαρικὸν ὅρμος. Heræi portus etiam meminit Procopius lib. I de Ædif. Just. quem eundem sinum puto, de quo apud Stephanum Demosthenes. Hodie, teste Gyllio, *Molo di S. Jean Calamolo* dicitur.

39 Ἄλλοι δὲ Ἥερον.] Alludit noster ad significationem nominis ἡέρα, *sepulchra*, in quibus urnas & ossa invenere: Etymologus: Ἡέρα, τὰς πύρας σημαίνει, παρὰ τὸ ἤρω· τὸ γὰρ παλαιὸν οἱ τὰς κοιλάνσεις τῶν νεκρῶν ἔθαπτον, μήτε σῶμα, μήτε κεφαλὴ κεκρυμμένοι. Athenis etiam erat porta Ἡέρα per quam mortuos efferebant ἐπὶ τὰ ἡέρα, ὅ ἐστι τὰς πύρας.

40 Ἐν τῇ δ βιβλίῳ.] Ita correximus hunc locum, jubente Salmasio ad marginem sui Stephani Hos versus etiam ex libro IV citat Etymologus, sed libri editi ex quarto decimo.

41 Τρηχεῖα.] Omnes editi: τρηχεῖαι, quod est a mala manu. Existimo nos veram lectionem revocasse.

42 Καὶ ὑ βάθος.] Codices Palatini & Vossianus: καὶ ὑ βάθος ἐστὶ θαλάσσης. Vulgatam lectionem servat Etymologus.

43 Ἐνθά τι νῆας.] Sic optime versiculi modulus constat, sed non tam concinne apud Etymologum, jam aliquoties citatum, legit enim ille: Ἐνθά θοὰς πιπε ἀγεν.

44 Κακῷ δ' ὑπέκυρσαν ἐπίμπρᾶ.] Ita emendandum erat ex libris MSS & Etymologici Mag. Auctore: nam in vulgatis Stephani pessime legebatur ὑπέκυρσαν, quæ vox est nihili. Præterea in Etymologo pro κακῷ excusum est κακῶν, & pro ἐπίμπρᾶ ἐπίμπρη.

45 Ἔστι δὲ πόλις Ἀρκαδίας.] Hujus meminit Pausanias lib. VIII, quique testificatur, eam ad dexteram Alphei amnis ripam sitam esse, & Heræum Lycaonis F. conditorem habere: Ἡραιεῦσι δὲ ἀνωτέρω χώρου Ἡραιεὺς ὁ Λυκάονος· κεῖται δὲ ἡ πόλις τὸ ἐπέκεινα δὴ Ἀλφεοῦ. Hic gentile nomen occurrit, sed alio in loco urbis nomen: Ἐστι καὶ κώμη τῆς Ἡραίας Παῶες, ἀπὸ τοῦ Ἀρκάδος ὀνομασθεῖσα. Noster hanc urbem etiam Sologorgum dictam fuisse perhibet, quod ex aliis auctoribus addiscere non potui.

46 Ἡ δὲ Ἡραῖον τεῖχος.] Pessime adhuc est cum hoc loco a librariis, exhibent enim libri vulgati: τὸ δὲ τεῖχος Ἡραιον. Confirmat nostram emendationem ipse Stephanus in Ἀγκυρα, ubi hæc habet: Εἰ δὲ ὕπω λέγοιτο ἐξωνύμως ὧν, ὡς ὑπῆλυδον, ὡς τὸ Ἡραῖον τεῖχος ἐξ Ἡραιου &c. Sita erat urbs juxta Perinthum, auctore Herodoto, loco a Steph allegato: Οἱ δὲ οἰκήσαντες ἐν τῷ ἐξ Ἡραίου πρὸς ἄνεμον Πηδάσιον, τὸ ἐξ Ἀπαμείας τὸ τοῦ Εὐξείνου κόλπου τὸ πρὸς Περίνθιον, τὸ ἐξ Ἀπαμείας τὸ τοῦ Εὐξείνου πόντου. Eam conditerunt Saulii perhibente Etymologici Mag. Auct. Ἡραῖον τεῖχος, χωρίον ἐν Θρᾴκῃ, ὕστερον Σαμμίων δὲ φησίν. Vide præterea Harpocrationem & Suidam, ubi etiam utrumque urbis nomen invenitur.

47 Ἡραιοπολίτης.] Codex Vossianus: Ἡραιοπολίτης, numero singulari.

48 Ἡράκλεια, πόλις Θρᾴκης.] Intellige Thraciam Bithynorum, non vero Thraciam proprie dictam. Scylax Caryandensis. Μετὰ δὲ Παφλαγονίαν Μαριανδυνοὶ εἰσὶν Ἕλληνες.

Πόντου Δεύτερον. β', 40 Σικελίας. γ', 30 Λυδίας. δ', Λιβύης. ε', 31 Σαρδόης. ς', 32 Ἰταλίας. ζ', 33 Κελτικῆς. η', 34 Θεσσαλίας. θ', 35 Καρίας. ι', 36 ἐν τῷ Λυδίῳ Ταύρῳ. ια', 37 μεταξὺ Σκυθίας, καὶ Ἰνδικῆς. ιβ', νῆσον ἐν τῷ Καρπαθίῳ πελάγει. ιγ', 38 Συρίας. ιδ', 39 φοινίκης. ιε', 60 Πιερίας. ις', πόλις, καὶ νῆσον. ιζ', 61 Κρήτης. ιη', 62 Πισατικὴ. ιθ',

A Ponto. Secunda, Siciliæ: tertia, Lydiæ: quarta, Libyæ: quinta, Sardiniæ: sexta, Italiæ: septima, Celticæ: octava, Thessaliæ: nona, Cariæ: decima, in Lydio Tauro: undecima, inter Scythiam & Indiam: duodecima, insula in mari Carpathio: Tertia decima, Syriæ: quarta decima, Phœniciæ: quinta decima, Pieriæ: sexta decima, urbs & insula: septima decima, Cretæ: octava decima, Pisatidis: nona

Ἴδε· Ἐστὶ δὲ πόλις ἐπὶ Ἡρακλείᾳ Ἑλληνὶς, καὶ πολίσμασι Λυδῶν, ἢ ἀνδρῶν πόρρω. Ἱ· πῖ· Μισθὸν δὲ Μακεδόνων, τὸν Θρᾷκα Βίωνα ἴδε· &c. Μισθὸν τῶν πόλις Χαλκηδὼν ἴδε Θρᾷκα &c. Παρέλαβε δὲ Μακεδόνων μέρος τῶν μοναρχῶν ὃ κλῆτο ὁ Ὀλυμπιὰς (ποιοῦντα γάρ ἐστι ἡ Βίωνος Θρᾷκα) ἐμπρὸς ηὖρε. Hæc, ad Euxinum Pontum, & in regione, cui Pontus nomen, sita, passim a scriptoribus Heraclea Ponti, sive Heraclea Pontica, & in nummis ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ ΕΝ ΠΟΝΤΩι, vocatur. Conditores habuit Megarenses, sed Tanagræi ex Bœotia condendæ coloniæ etiam foci fuere, ut testatur Pausan. in Eliacis priorib. Ἡ δὲ Ἡράκλεια πανάλωμ μὲν ἐπὶ Εὐξείνῳ πόντῳ· ἀποικίδιον δέ ἐστι Μεγάρων· καὶ Ταναγραῖοι δὲ μετέσχον Βοιωτῶν ἔθνους. Verum hæc non est confundenda cum Heraclea, sita in Thracia proprie dicta ad Propontidem, quæ antiquo nomine Perinthus nuncupatur, cujus neque hac sectione neque aliis in locis noiter meminit, quam tamen Scylax, Ptolemæo, Amm. Marcellino, Procopio, Zosimo & Eustathio contrarium asseverantibus, a Perintho diversam facit: Μετὰ τὸν Χεῤῥόνησον, ἐν Θράκῃ πόντῳ πόλις· Θάσος, Λῆμνος ἀκτή, Τρίστωνος, Ἡράκλεια, Γάλου, Ταινία, τὸν πόντον, πλέοντι πόλις ἐς λιμένα.

Ponidum hoc conditorem habet, sed deinde, post eversionem ab Antiocho restitutum Achais nominatum est, teste Plinio lib. VI cap. XVI: *Oppidum Heraclea ab Alexandro conditum: quod deinde subversum ac restitutum, Antiochus Achaida appellavit.* Plinium sequitur Solinus cap. XLVIII: *Et aliud in Cassiis Alexander oppidum excitavit, idque Heraclea dictum, dum manebat, sed hoc quoque ab isdem eversum gentibus: deinde ab Antiocho restitutum, ut ille ma'uit, Achais postmodum nominatum est.*

39 Ἀυλίας.] Hæc urbs satis est celebris, & plurimis tam Græcis quam Latinis auctoribus memorata. Verum ne actum agamus, lectorem ablegamus ad Cluv. Sicil. antiq. lib. I cap. XVIII, ubi de variis hujus oppidi nominibus & situ tractat.

38 Συρίας.] Hujus meminit Ptolemæus, ubi in Cyrrhestica regione Syriæ lib. V. has urbes collocat: Κυῤῥησικὴν δὲ πόλεις, αἵδε· Ἀλεξάνδρεια Ῥωσικὴ, Βῶλα· Ἡράκλεια &c. Dissimilis etiam Heraclea XX stadia a Minervæ Cyrrhestidis templo, perhibente Strabone lib. XVI, quæ tamen non est confundenda cum Heraclea nostri auctoris, quam Strabo eodem loco Heraclium appellat, ita enim ille: Διήκει δ' ἡ Ἡράκλεια πεδίον τέτρε ἐπ' Ἀγκύρας, ἱερὸν τῆς Κυβέλης· ἐστὶ δ' ἡ Κυῤῥηστικὴ μοῖρα τῆς Ἀλικίας. Igitur Heraclea, de qua hoc loco Strabo, extra Cyrrhesticam sita fuit: nam deinde subjungit: Σωκάστης δὲ τύτοις ἡ Κυῤῥηστικὴ, μοῖρας δύο παρατείνουσι· Ἐν τούτοις δ' ἐστὶ πόλις Γίνδαρος, κακοπόλις τῆς Κυῤῥηστικῆς, ἢ λησταίοις οἴδμοις, ἢ Ἡράκλειον τὸ καλούμενον πλησίον. Vide præterea Tristanum tom. I. pag. 337.

40 Σικελίας.] Hæc urbs ex lapide quodam circa eam reperto, quæ inde *Lapis Heraclius*, & quia eadem civitas Magnesia dicta fuit, teste Ælio Dionysio, etiam *Magnes*, sive *Magnesius* appellatur. Eustath. ad Hom. Iliad. B: Ἱστέον δὲ ὅτι καὶ ἐν τῇ ἀσσηβηθήτου λίθου Διονύσιος ἔφη, Ἡράκλεια λίθος· ἰδοὺ φησὶ τὸν Λίθον Ἡράκλειον, ἢ ἐν Μαγνησίᾳ· δηλονότι δὲ ἀπὸ τῆς Ἡρακλείας, ἢ ἐν μέσῃ Λυδίᾳ· ἔστι δὲ ἡ Ἡρακλεώτις μήτηρ, ἢ ἐπικαλουμένη ἡ σίδηρος. Plura de hac urbe & lapide addere non lubet, quia ante nos alii hanc materiam occuparunt.

41 Σαρδόης.] In Sardinia fuit portus prope Cuniculatum promontorium, cui nomen, juxta Ptolemæum, Ἡράκλειος λιμήν. Hujus etiam meminit Antoninus in Sardiniæ Itinere:

A Tibulis Sulcos.	M. P.	CCLX. sic
Vineolas	M. P.	XII.
Erucium	M. P.	XXXIV.
Ad Herculem	M. P.	XXXIV.
Ad Turrem	M. P.	XVIII.
Noram &c.	M. P.	XVII.

Censet Cluverius haud dubie idem esse oppidum, quod nunc vulgo vocatur *Chia*.

42 Ἰταλίας.] Nihil de hac urbe ex aliis transcribam, videantur Cluverius lib. IV Ital. antiq. cap. XIV, & Salmasius ad Florum lib. I cap. XVIII.

43 Κελτικῆς.] Hæc a geographis ad Rhodani ostium collocatur. Plinius lib. III cap. IV: *Sunt auctores, & Heracleam oppidum in ostio Rhodani fuisse.*

44 Θεσσαλίας.] A quibus hæc urbs condita & ubinam sita sit, egregie narrat Thucydides lib. III: Οἰνιάδαι δὲ ἀρχὴν λαβόντες μισηθέντες ὑφ' ἑαυτῶν, Λίνη ἐς Ἀλκίδας, καὶ Δαμιόν· Ἡράκλειαν πρὸς τοῖς Τρηχινίοις τῇ νῦν οὔσῃ κτίσαντες, ἣ νῦν πανοικησίᾳ, ἀπὸ τῆς Θετταλικῆς στάδιοι μάλιστα Στρατονικέων τῶν ἐν Θρᾳκίῃ πόλεως ἐστὶν, ἐπὶ θάλασσαν ἐστὶν. Perhibet tamen Strabo hanc urbem a portu XL, non vero XX stadiis abesse, ita enim ille lib. IX: Ἐκ δὲ τῆς Λαμίας ἐς Ἡράκλειαν τὴν Τρηχῖνα πλεῖ, στάδιοι περὶ τετρακόσιοι. Hæc Heraclea antiquis Trachinis ruderibus non est superstructa, sed ab ea sex ferme stadiis distat. Ita enim idem Strabo lib. citato: Τρηχῖνι δὲ ἡ Ἡράκλεια ἔστιν αὐτῆς, ἡ Τρηχὶς καλουμένη πρότερον, Λακεδαιμονίων κτίσμα· ὑπέρκειται δὲ τῆς ἀρχαίας Τρηχῖνος αὕτη ἐξ ἐπιπέδου ἡ Ἡράκλεια. Marcianus Heracleota etiam perhibet, Lacones hanc civitatem condidisse, atque antiquirus Trachina appellatam fuisse:

Ἔστιν παρ' αὐτὸν Ἡράκλεια ἐν πόλει,
Ἣ καὶ Λάκωνες μυρίοις ἐκτίσαντες
Πίμπλασιν εἰς Τρηχῖνα σωτῆρες τέλους.

45 Καρικῆς.] Nono decimo loco etiam urbem collocat in Caria ad Latmum montem, verum hæc ab illa diversa est, olim enim Βύλλα appellabatur, teste Stephano: Βύλλα, πόλις Καρίας, ἢ πολίτης Βυλλεύτης, ἢν Ἡράκλεια καλεῖτο. Fuit quoque in Caria urbs *Pleistarchia*, quæ alio nomine *Heraclea* dicebatur, verum an ad hunc locum hoc nominis sit referendum, peritioribus dijudicandum relinquo.

[19] Ἀπὸ Ἰουδαίου Σπαρτέων.] Et ex hoc Claudii, & ex præcedenti Polyhistoris loco manifestissime liquet, quam rudis & peregrinus noster fuerit in historia sacra, unde satis commode discere potuisset, Judaicam gentem, neque a Juda & Idumæa Semiramidis filiis, neque a Judæo Spartonis F. sed veram nominis originem deducere a Juda Jacobi filio. Optime suspicatur Bochartus ex his Claudii verbis ortam esse fabulam, Judæos & Lacedæmonios esse congeneres, sic enim scribit rex Lacedæmonum Arrius in literis ad Oniam I Macchab. 12. Εὑρηθη ἐν γραφῇ τινι ὡδί τι τῶν Σπαρτιατῶν & Ἰουδαίων ὅτι ἐσὶν ἀδελφοὶ, καὶ ὅτι εἰσὶν ἐκ γένους Ἀβραάμ. Vel uti apud Josephum legitur lib. XII Antiquit. Jud. Ἐντύχοντες γραφῇ τινι, εὑρομεν ὡς ἐξ ἴσης τὴν γένεσιν Ἰουδαῖοι & Λακεδαιμόνιοι, ὄντα αὐτὰ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἀνακεκηνότα.

[19] Τὸ ἐθνικὸν, Ἰουδαῖος, πλὴν δὲ Ἰουδαίως Φασίν.] Pessime hunc locum tractarunt librariorum quidam, & priores editores divulgando: τὸ ἐθνικὸν, Ἰουδαῖον. πλὴν δὲ Ἰουδαίως Φασίν. Quod nos publicavimus, Palatinorum codicum lectio est.

Felix atque miser, nam forte ad utrumque creavit.
De patria queris; tibi matrix, non patria illa est.
Insula Ios matris patria est, quæ colliget ossa
Exanguis: sed enim puerorum anigma cavebo.

Appellabatur quoque Phœnicia Ios. Est quoque Lydiæ oppidum. Oppidanus Ἰήτης & Ἴετης.

JUDÆA, uti Alexander Polyistor perhibet, nomen habet a filiis Semiramidis Juda & Idumæa. Verum secundum Claudium Jolaum a Judæo Spartonis fil. qui Thebis una cum Baccho in militiam abiit. Gentile, Judæensis: quidam vero Judæos dicunt.

JUERNIA, insula Britannica, duarum minor. Gentile, Juerniates.

JUERNE, urbs in Oceano Britannico.

JUERNIA, insula. Gentile, Juerni.

JULEI, sic Romani vocantur a rege, a quo & mensi nomen est inditum, vel ab Julide. Gentile, Julensis & Julias: genere fœm. Julis.

JU-

[20] Ἰουερνία, ἡ Πρεττανικὴ νῆσος.] Ultimam vocem, quæ a scriptis & vulgatis abest, adjicere placuit. Sed ut fatear, quod res est: tres istæ sectiones de Hibernia agentes, ex unica conflatæ sunt, & vox νῆσος, quæ in ultima reperitur, ex prima excidit, quam nisi suo loco interseras, commodum sensum non est quod ibi percipias. Veteres enim insulas duas Britannicas statuebant, *Albionem*, de qua noster in præcedentibus, & Hiberniam. Major erat Albion, minor vero Hibernia, de qua nunc agit. Aristoteles libro de Mundo: Ἐν τούτῳ γὰρ μέσῃ, νῆσοι μείζονες τυγχάνουσαι δύο, Βρεττανικὴ λεγόμενη, Ἀλβίων [sic legendum, non Ἀλβιών.] καὶ Ἰέρνη, τῶν ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν μείζονες, ὑπὲρ τὴν Κελτικὴν κείμεναι. Hoc est, vertente Apulejo: *Sed in altera parte orbis jacent insularum aggeres maximi. Sed in altera parte orbis jacent insularum aggeres maximi, Britannia dua, Albion & Iverna, quas supra diximus esse majores: verum hæ in Celtarum finibus sitæ sunt.* Male, uti ego quidem opinor, Eustathius hanc insulam Οὐερνίαν nominat in comment. ad Dionysium: Οἱ δὲ τὴν βορείαν, ἤγουν Γαλατικὴν ὑπείραν τῆς Εὐρώπης, Οὐερνίαν, ἤτοι Βερνίαν & Ἀλβίαν, εἰσὶ δύο νῆσοι. Legere malim Ἰέρνια. In quibus verbis etiam pro Βερνία legere malim Ἴερνία.

[21] Ἰούερνη, πόλις ἐν τῷ Ὠκεανῷ.] Ita hunc locum reſinximus: in vulgatis & MSS legebatur pessime, Ἰούερνα πόλις ἐν τῷ πελάγει τῷ Πρεττανικῷ. Sed ubinam terrarum fluvius iste sit, omnes ignorant. Melæ dicitur hæc insula *Iuverna* lib. III cap. VI: *Supra Britanniam Iuverna est, pene par spatio, sed utrinque æquali tractu littorum oblonga, cœli ad maturanda semina iniqui.*

[22] Ἰούλιος, οἱ Ῥωμαῖοι.] Aliquando poëtæ Græci a clarioribus patriæ viris civitatibus imponebant nomina, cujus rei illustria apud nostrum inveniuntur exempla capitulo Ἀβύδη, quod censeo aliquando etiam a Latinis imitatum, per adulationem cives imperatoris nomine intingnientibus. Certi sumus, mensem Romanis *Quintilem* dictum, a Julio Cæsare nomen invenisse. Suetonius: *Sed & ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est: sedem auream in curia & pro tribunali & appellationem mensis e suo nomine.* Quid ni etiam cives in ejus honorem hoc nomine appellari potuissent?

Ἰουλὶς [21], πόλις ἐν Κῷ τῇ νήσῳ, ἀπὸ Ἰουλίδος κρηνίης· ἀφ' ἧς Σιμωνίδης ἐστὶν ὁ μελοποιὸς, καὶ Βακχυλίδης ὁ ἀδελφιδοῦς σκείνου, καὶ Ἐρασιστρατος ἰατρὸς μετ' αὐτῶν, καὶ Ἀρίστων ὁ περιπατητικός. ἔνθι Ἰουλιῆται. παρ' οἷς νόμος ἐστὶν, ὡς Μένανδρος,

JULIS, urbs in insula Cô, ab Julide fonte sic dicta. Cujas erat Simonides poëta melicus, & Bacchylides ejus ex fratre nepos, & Erasistratus Medicus, & una cum illis Aristo Peripateticus. Isti omnes Julietæ fuere, apud quos lex erat lata, cujus Menander meminit:

[24] Καλὸν τὸ [23] Κείων νόμιμόν ἐστι φανία,
Ὃ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, οὐ ζῇ κακῶς.

Præclarum est Ceorum institutum Phania,
Qui recte vivere nequit, ne vivat male.

περσείπατος ἦν, [26] τὸς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη [27] καθαίζεσθαι, τῷ διαρκεῖν τοῖς ἄλλοις τὴν τροφήν. τὸ ἐθνικὸν, Ἰουλίδης, καὶ [28] Ἰουλιήτης, ὡς Πολεμιήτης.

Mandabat enim, ut illi, qui sexagesimum annum superaverant, vitam aconito finirent, ut hoc modo victus aliis sufficeret. Gentile, Julidensis, & Julietes, uti Polemietes.

Ἵππανα, πόλις [29] περὶ Καρχηδόνα, ὡς Πολύβιος πρώτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἱππανεὺς, ὡς Τύανα Τυάνευς.

IPPANA, urbs circa Carthaginem, de qua Polybius lib. primo. Gentile, Ippanensis, uti Tyana Tyanensis.

Ἵπνος, ἢ Ἵπνεον νῆσος, Λοκρῶν τῶν Ὀζόλων. [30] τὸ ἐθνικὸν, Ἱπνώτης.

IPNUS, quam alii Ipneam vocant, urbs Locrorum Ozolorum. Gentile, Ipnensis.

Ἵπνος, κωλεὸν ἐν Σάμῳ, ἐν ᾧ ἱερὸν Ἥρας Ἱπνείης. λέγεται δὲ καὶ πηγὴ καπὶ τόμοι, Ἱπνωσία.

IPNUS, munimentum in Samo, ubi templum Junonis Ipnuntidis. Dicitur quoque Ipnusia.

Ἵπ-

HIP-

[21] Ἰουλὶς, πόλις ἐν Κῷ.] Sic nonnulli codices: & merito quidem meo judicio quam ἐν Κίῳ, quod vulgati omnes repræsentant. Integrum hoc capitulum desumsit noster ex Strabone lib. x, ubi hunc in modum legitur: Ἐν δὲ τῇ Ἰουλίδι, ἣ τὴν Σιμωνίδης καὶ ὁ Μελοποιὸς, καὶ Βακχυλίδης ἀδελφιδοῦς σκείνου· καὶ μετ' αὐτὸν Ἐρασίστρατος ὁ ἰατρὸς, καὶ ἄλλοι πολλοὶ Φιλόσοφοι Ἀρίστων ὁ Περιπατητικὸς, ἐν ᾧ τόπῳ Ἐφεσίων ἐστὶ γυμνάσιον καὶ ἱερὸν Ἀρτέμιδος Βριτόμαρτος. Παρὰ τούτοις δὲ ἴσχυε πρότερον ἡ τῶν γυναικῶν ἀρχὴ, καθάπερ καὶ παρὰ τοῖς Μιλησίοις. Καλεῖ τε Κῶν νόμιμόν τι περὶ τροφὰς, ἐν ᾧ μάλιστα τὸ τῶν γερόντων ἐπιτίμιον ἐστὶν, ἐν τῷ μὴ δύνασθαι ζῆν καλῶς, ἢ ζῇ κακῶς. Περσείπατος γὰρ, ὡς ἔοικεν ὁ νόμος, τις ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονὼς καθαίζεται, τῶ διαρκεῖν τοῖς ἄλλοις τὴν τροφήν. Ex hisce verbis liquet, quemadmodum hanc sectionem noster contexerit, & quo pacto menda quædam sint tollenda.

[24] Καλὸν.] Ita refcribendum erat pro κακῶν, suadente Strabone atque ipsa ratione.

[23] Κείων.] In notis ad Val. Maximum Pighius reponit Κεῖοι, sed cum ipse nullam suæ emendationis rationem alleget, præter rationem mihi egisse videtur. Κεῖος enim ipse Stephanus suo calculo approbat in voce Κῶς.

[26] Τὸς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη.] Cave putes solos viros, hac ætate provectos, hanc legem observasse: refert enim Heraclides, eam potissimum feminis incumbere: Οὐσης δὲ ἐγχρίτου τῇ πόλει, καὶ ἀνηρημένου τοῦ ἀνδρὸς, μέλλοντος δὲ τὴν γυναῖκα, ἢ θέλουσαν γαμεῖσθαι πολλοῖς, ἀπάγειν πρὸς ἑαυτὸν, οἱ μὲν μάγκωνι, οἱ δὲ κωνείῳ ἰώσιμον ἐξάγουσι. Illustrissimæ feminæ exemplum a Val. Maximo nota refert Strabo, miror Scheffierum ad Ælianum, nimia fortassis festinatione, perhibere, Geographum dixisse, hanc legem in eos valere, qui annum quadragesimum excessissent.

[27] Καθαίζεσθαι.] Turpissimo mendo in omnibus editis legitur ἀγωνίζεσθαι. Viderunt hunc errorem Salmasius in Plinianis Exercit. & Casaubonus ad Strab. qui præterea centet Stephanum legisse apud Strabonem κρατεῖσθαι, vel κατέζεσθαι, quæ vox ἀγωνίζεσθαι denotat, πεσεῖν τὸ κῶας ἐμπίπτει, addens Horatium hac vim Græcæ vocis suo more expressisse in isto versu,

Sunt quos curriculo pulverem olympicum
Collegisse juvat.

Verum hæc, quanquam speciosa videntur, minime approbanda judico, cum antiquo ritui & historiæ plane sint contraria. Multo minus mihi arridet Pighii emendatio, ad Val. Maximum pro ἀγωνίζεσθαι reponentis αἰκάζεσθαι, quæ etiam Latino Latinio Viterbiensi displicuit. Aliis ergo emendationibus damnatis, summo jure in textum recepimus καθαίζεσθαι, quæ vox aliis usurpatur pro *cicutam bibere*, sive *aconito vitam finire*. Suidas: Καθαίζομένους· ἐκκαόμενοι φάρμακον πιόντες· κάθηται γὰρ ἐκκαόμενος ὁ ἐλλέβορος. Pro qua voce Ælianus Var. Hist. lib. III cap. XXXVII πτῆσι κάθηται usurpavit, ubi de hac apud Coos lege mentionem facit. Et Heraclides de Politiis perhibet, quoddam papavere, alios vero cicuta sibi ipsis vitam eripere: οἱ δὲ μήκωνι, οἱ δὲ κωνείῳ ἰωσιμον ἐξάγουσι. Illam consuetudinem in insula Co servari animadvertit Valer: Maximus, quo tempore Asiam cum Sex. Pompejo petens, Iulida oppidum intraverat, uti testatur lib. II cap. VI: *Forte enim evenit, ut tunc summa dignitatis ibi fœmina, sed ultima jam senectutis, reddita ratione civibus, cur excedere vita deberet, veneno consumere se destinarit, mortemque suam Pompeji præsentia clariorem fieri magni æstimarit, &c. Cohortata deinde ad concordiam suos, distributo eis matrimonio, & cultu suo sacrisque domesticis majori filiæ traditis; poculum in quo venenum temperatum erat, constanti dextra arripuit. Tum defusis Mercurio debitamentis, & inveterato numine ejus, ut se placido itinere in meliorem sedis infernæ deduceret partem; cupido hausitu mortiferam traxit potionem.*

[28] Ἰουλιήτης, ὡς Πολεμιήτης.] Inventitur primum gentile apud Ant. Liberalem Fab. I: Οἱ δὲ ἦσαν ἄχρι νῦν Ἰουλῆται. Sed ultimum cum prioris terminatione non exacte convenit, deberet enim esse Πολεμιώτης. Sed cum Stephanus in voce Πέλλα, quo nomine urbem Ægyptiam describit, hujus ἐθνικῶ nullam faciat mentionem, merito illud Πολεμιήτης mihi suspectum videtur.

[29] Περὶ Καρχηδόνα.] Non erat hæc urbs in Africa circa Carthaginem sita, sed in Sicilia, prope Panormum & Mytistratum, uti bene observat Cluverius Sicil. Antiq. lib. II cap. XIII. Erat enim illa civitas, quemadmodum & aliæ istius insulæ, in Carthaginensium potestate, Aulo Atilio & C. Sulpicio Coss. Qua de re videndus Polybius, quem noster testem citat, & Legationum excerpta e Diod. lib. XXXIII.

[30] Τὸ ἐθνικὸν, Ἱπνώτης.] Urbis nomen non facile reperias apud

Ἵππολα, πόλις ἀρχαία Λακωνικὴ. Α [11] Παυσανίας τρίτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἱππολαῖτης· καὶ θηλυκὸν, Ἱππολαΐτις.

HIPPOLA, urbs Laconicæ antiqua, cujus meminit Pausanias libro III. Gentile, Hippolaïtes, & genere fœm. Hippolaïtis.

Ἱππόνησος, [12] πόλις Καρίας. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. ἔστι δὲ Λιβύης, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἑβδόμῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἱπποννήσιος. Β

HIPPONESUS, urbs Cariæ, de qua Hecatæus in Asia. Et alia Libyæ, de qua Artemidorus libro VII. Gentile, Hipponesius.

Ἵππος [13], νῆσος Ἐρυθραίας. Θεόπομπος παραινέσεως δευτέρᾳ. ἔστι δὲ [14] πόλις Σικελίας. ἔστι δὲ [15] Παλαιστίνης. τὸ ἐθνικὸν, Ἱππεύς, καὶ Ἱππῖνος, [16] καὶ Ἱππαῖος.

HIPPUS, insula Eretriæ, de qua Theopompus libro XLII. Est quoque alia Siciliæ, & Palæstinæ. Gentile, Hippius, & Hippinus, & Hippenus.

Ἱπποτάμαδαι [17], δῆμος Οἰνηΐδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἱπποταμάδης. τὰ τοπικὰ, ἐξ Ἱπποταμαδῶν, εἰς Ἱπποταμάδας, ἐν Ἱπποταμάδαις. C

HIPPOTAMADÆ, populus Oeneïdis tribus. Popularis Hippotomades. Localia ex, ad, & in Hippotamadis denotant.

Ἵππου ἄκρα [18], πόλις Λιβύης. ὁ πολίτης, [19] Ἱππακρίτης. D

HIPPUACRA, oppidum Libyæ, cujus oppidanus Hippacrita.

Ἱππουρίσκος [20], νῆσος Καρίας. τὸ ἐθνικὸν, Ἱππουρίσκιος, ὡς Δωρίσκιος, Τερπόλισκος.

HIPPURISCUS, insula Cariæ. Gentile, Hippuriscius, uti Doriscius, Tripodiscius.

Ἵππου κώμη, Λυκίας κώμη, ἀφ' ἧς ἀδοιπόρων τινῶν ἐκεῖ ἵππον ἀποθανεῖν. E [21] οἱ οἰκοῦντες, Ἱππωκωμῖται.

HIPPOCOME, Lyciæ pagus, inde nomen habet, quod ibi quorundam peregrinantium equus obierit. Incolæ, Hippocomitæ.

Ἱπ-

rias apud veteres scriptores. Gentile occurrit apud Thucydidem lib. III: Πρῶτοι μὲν οὖν τῶν ἡμεῖς αὐτοὶ Μυσίας (πατρὶς δὲ ἀνωτέρω ὁ Λοκρὶς) ἐπῆλθ' Ἴντας.

[11] Παυσανίας τρίτῳ.] Sine dubio noster hæc verba innuit: Ἐπῆλθε δὲ καὶ τοῖς περιοίκοις τοῖς ἐν Θυρέᾳ ἄκρᾳ Ταινάρῳ, καὶ πόλεως ἐρήμου Ἱππολας ἐστὶ ἐν δὲ αὐτοῖς Ἀθηνᾶς ἱερὸν Γιτιαλίτιδος.

[12] Πόλις Καρίας.] In Ceramico sinu collocatur a Plinio lib. V cap. XXXII: *In Ceramico autem sinu Priapenenses, Hipponenses, Pygra, Mya, &c.*

[13] Ἵππος, νῆσος Ἐρυθραίας.] Sic emendavit Maximus Vossius in notis ad Melam, & post eum Holstenius in notis ad Ortelium. Mela urbis Hippi in Ionia meminit, & ad amnis Mæandri exitum collocat, lib. I cap. XVII, quæ hodie *Gippo* appellatur. Ad quem locum si Vossium consulas, operam non perdes.

[14] Πόλις Σικελίας.] Nec Cluverius, nec alii hujus urbis meminere. Fortassis in depravatum cujusdam veteris scriptoris codicem noster incidit, in quo pro Ἵππωνα invenit Ἱππῶν, quod profecto huic auctori est familiarissimum.

[15] Παλαιστίνης.] Hujus meminit Plinius in Jordanis descriptione lib. V cap. XV: *Ab oriente Juliade & Hippo, a meridie Tarichea.* Sita erat in Decapolitana regione teste eodem Plinio, libro jam citato cap. XVIII.

[16] Καὶ Ἱππαῖος.] Reperitur hoc gentile apud Josephum lib. II de Bello Jud. cap. XXXIV: Ἱππηνοί τε καὶ Γαδαρεῖς ἐμοίρας, τὴν μὲ γὰρ αὐτῶν ἀπεσφάξαντο, τὰς δὲ φόρους ἀφ' ἑκάστου εἶχον.

[17] Ἱπποτάμαδαι, δῆμος Οἰνηΐδος φυλῆς.] Meursius libello de Populis Atticis corrigendum censet Ἱπποδαμάδαι, quia Hippodamus Milesius Eurybontis F. Athenienses Piræum divisit, & ibi forum ædificavit, quod de suo nomine Ἱπποδάμειον ἀγορὰν appellavit. Sed cum animadverto, hanc emendationem propter literarum ordinem, quem sequitur noster, non posse admitti, vulgatam lectionem minime sollicitandam censeo.

[18] Ἱππάκρα, πόλις Λιβύης.] Vox videtur ex duabus composita, Ἵππου ἄκρα, quali dicas *Equi promontorium*, & ita quoque Cl. Vossius locum Scylacis edidit: Ἀπὸ Ὑπάκρης εἰς Ἵππου ἄκρου *, Ἵππου πόλις, καὶ λιμὴν ἐπώνυμος ἐστι, ἐξ οὗπερ ἐστὶ τὸ λιμένι. Neque aliter hic locus a Ptolemæo in Africæ thesi appellatur, ubi observo binos hoc nomine locos describi, quorum alter ponitur non procul ab Hippone regio, alter vero prope Philænorum Aras, ubi Africæ proprie sic dictæ terminus est. Ut autem hoc clarius, patet verba Ptolemæi transcribenda existimo: Ἵππου ἄκρου, Σιβυλλίου ἄκρου, Ἀφροδίσιον κολώνια, Ἱππὼν βασιλικὸς, Γ' ὠκεανὸς τὸ[ῦ]. εὐθεῖα, Θάλασσα καλουμένη, Α' τάφων ἱερὸν, Ποσειδῶνος δωμοὶ, Ἱππὼν καὶ κολώνια, Α' τάφων ἱερὸν, Ποσειδῶνος δωμοὶ, Φιλαίνων βωμοὶ, ὑφ' ὧν οἱ ἐμπνυμοὶ βωμοὶ, ὅρων Ἀφρικῆς. Sic quoque duo hoc nomine oppida statuit Diodorus Siculus lib. XX ubi de Agathocle loquitur: Ἐπαβιβάσων ἐπὶ τὰ Ἵππου καλούμενα ἄκρα, ὠχυρωμένα φυσικῶς τῇ παραιμίῳ λίμνῃ. Deinde eodem libro addit, Eumachum quendam ex Archagathi ducibus, qui Agathoclis erat filiorum, etiam cepisse urbem Hippuacram, illi alteri cognominem, quam per vim occupaverat Agathocles, sic enim ille: Τὰ ὀνομαζόμενα ἄκρα Ἵππα (εἶλε) τὰ ἐμπνυμοι τῇ χρωστέᾳ καὶ κρατ[ῶν] τοῦ Ἀγαθοκλέους. Nequaquam igitur doctissimi Bocharti opinioni suffragari possum, primum Diodori locum intelligentis de Hippone Diarrhyto, & alterum de Hippone Regio, cum nemo ex antiquorum numero has urbes Ἵππου ἄκρου appellaverit. Quemadmodum enim Hippones duo extitere, sic etiam duæ Hippuacræ, uti manifeste satis ex Ptolemæo probavimus.

[19] Ἱππακρίτης.] Illud oppidani nomen per syncopen factum est pro Ἱππακριάτης, quam aliquando patiuntur nomina composita, de qua re videsis in Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες. Eo utitur Polyb. lib. I: Διελίπτε σχεδὸν πανταχοῦ συνχέοντες, οἱ μὲ Ὑπύλα, οἱ δὲ τὰς Ἱππακριάτας.

[20] Ἱππουρίσκος, νῆσος Καρίας.] Putat Vossius vir maximus in notis ad Melam, hanc insulæ appellationem esse depravatam atque conflatam ex duabus vocibus, nempe Ἱππουρὶς & Κῶς, uti quoque apud nostrum Μαγνῆτες, ex Μαιάνδρου & Ἔθνους. Verum nomen est Ἱπτυρὶς, occurritque apud Apollon. Rhod. lib. IV, qui eam Theræ vicinam facit:

Τοῖσι δ' ἅμ' ἠπείροιο βαὶν λάθ' ὑπὸ νέφος ἠερόεσσαν
Νῆσον ὑπὲρ, ἣν ἐπίκτισε Ἱππουρὶς ἀντία πόντου.

Hujus quoque meminerunt olim Timosthenes, & Pythagoras lib. I de Ægina, teste Scholiasta ad illum locum.

[21] Οἱ οἰκοῦντες, Ἱππωκωμῖται.] Legi posset Ἱππακωμῆται: nam a Διοσκώμου κώμη Λυκίας deducit noster Διοσκωμοκωμήτης. Sed a κώμη noster format κωμίτης, quanquam

Ἵππων, λιβύης πόλις · Πολύβιος A δυοκαιδεκάτῳ.

Ἱππώνιον, πόλις Βρεττίων, ἀπὸ ἥρωος, ἢ μεῖωνομάσθη [41] ὑπὸ Ῥωμαίων Οὐιβωναλεντία. τὸ ἐθνικὸν, Ἱππωνιάτης. τάττ ἢ τὸ ἐθνικὸν, ὡς ἀπὸ τῆ Ἱππωνία. B ἀπὸ δὲ τῆ Ἱππώνιον, ἔδει Ἱππώνιος, ἢ Ἱππωνιεύς.

Ἱρα, [44] ὄρος Μεσσηνίας · Ῥίανος ἐν Μεσσηνιακῶν πρώτῳ. ἔστι καὶ πόλις Μαλιέων, [45] ἀπὸ Ἴρας. ἐστὶ δὲ πόλις Λέσβου. καὶ C ἡ παρ' Ὁμήρῳ,

[46] Καρδαμύλην, Ἐνόπην θ' Ἱρὴν. ----

Τὸ ἐθνικὸν, Ἱρεύς, τῶν Μαλιέων.

Ἵρασα, τόπος Λιβύης, [47] εἰς ὃν μετήγαγον Βάττου οἱ Λίβυες, ὡς Ἡρόδοτος τετάρτῃ. D τὸ ἐθνικὸν, Ἱρασεύς, ὡς Μύλασα Μυλασεύς.

Ἵρος, πόλις Θεσσαλίας. Λυκόφρων,

Ἴρονα, καὶ Τραχῖνα, καὶ Περῤῥαιβικήν.

ὁ πολίτης Ἱρώνιος, ὡς Ἡρόδοτος, Μαλιώτης. E

Ἴς, πόλις Περσική· Ἡρόδοτος πρώτῃ. ἔνθα δὲ πλάμβις Ἴς · ἔνθεν ἡ ἄσφαλτος [48] εἰς τὸ ἐν Βαβυλῶνι τεῖχος ἐκομίσθη.

ΙΣΑΥ-

HIPPO, Libyæ urbs, de qua Polybius libro duodecimo.

HIPPONIUM, urbs Bruttiorum, quæ ab heroë quodam nomen habet. Postea a Romanis appellata est Uibioualentia. Gentile, Hipponiates. Hoc gentile quasi ab Hipponia formatum est: nam a voce Hipponium oportebat fieri Hipponius, vel Hipponiensis.

HIRA, mons Messeniæ, de quo Rhianus lib. I Messeniacorum. Est quoque urbs Malienſium, ab Iro sic dicta. Et præterea urbs Lesbi. Et de qua apud Homerum legimus:

---- *Cardamylen, & Enopen, & Iren.*

Gentile, Irienſis, quod fit a Malienſium urbe.

HIRASA, locus Libyæ, in quem Libyes Battum transtulere, auctore Herodoto lib. IV. Gentile, Hiraſenſis, uti Mylaſſa Mylaſſenſis.

IRUS, oppidum Theſſaliæ, de quo Lycophron:

Et Irum & Trachinem, & Perrhæbicam.

Oppidanus, Irotes, ut Epirotes, Mallotes.

IS, urbs Perſica, de qua Herodotus lib. primo. Ubi & fluvius Is, unde aſphaltus ad ædificationem muri Babylonici comportata eſt.

ISAU-

quanquam paſſim apud alios etiam κωμήτης invenitur.

[41] Ἵππων, Λιβύης πόλις.] Duo hoc nomine in Africa quondam extitere oppida, alterum appellabatur *Hippo Diarrhytos*, & alterum *Hippo Regius*, de quibus vide Melam lib. I cap. VII. Strabonem lib. XVII. Plinium lib. VI cap. XXXIV: quibus adde Ptolemæum, cujus verba jam jam citavimus. Conditores habuere Græcos equites, teſte Solino, facta ex nomine conjectura, quod Cl. Bocharto falſum videtur, quia nemo ſcribit, Græcos in eam Africæ partem colonias duxiſſe, & quia non ſolebant equites in tranſmarinas colonias mittere. Hinc Salluſtio potior fides, Hipponem Phœnicum urbibus accenſenti in bello Jugurth. *Poſtea Phœnices Hipponem, Adrumetum, Leptim aliaſque urbes in ora maritima condidere.* Suſpicatur igitur vir doctus in Hippone latere barbarum nomen a Græcis interpolatum. *Hippo* nempe a Phœnicibus *nbo* vel *nbbo* dici potuit, quia in ſinu latet. Sinus enim Syris eſt *nbo*, vel *nbbo* ut multi ſcribunt. Et Arabice *Ubbon* tam ſtagnum, quam ſinum denotat. Eum videſis lib. I cap. XXIV de Phœnicum coloniis. Gentile nomen non habet Epitomator, quod Latino ore ſonat *Hipponenſis*: nam B Auguſtinus Hipponis Regii Epiſcopus fuit, unde paſſim Hipponenſis Epiſcopus dicitur.

[43] Τὸ Ῥωμαίων Οὐιβωναλιττία.] Peſſime in quibuſdam legitur codicibus Αἰνεωναλιττία & Οὐιβωναλιττία. Video tamen primam lectionem ſervari in Aldina & Florentina editione, quam deinde interpolavit Xylander legendo, ἢ μεῖωνομάσθη ὑπὸ Ῥωμαίων Οὐίων ἢ Οὐιβωναλιττία. Verum in antiquo Palatinæ bibliothecæ codice Salmaſius invenit Οὐιβουαλιττία, ſine conjunctione καὶ, quod in hac editione imitati ſumus. Plinius: *Hippo*, innem Romani cum Brutiis eripuiſſent, colonia deducta, nominarunt *Valentiam*, de qua Vell. Paterculus lib. I. Quæ ut diſtingueretur ab aliis coloniis hoc nomine, quas plures deduxerunt Romani, nam & *Valentia* in Hiſpania citeriore colonia, hanc cum priſco ſuo nomine appellarunt. Strabo lib. VI: Βρεττίων δὲ κατέχουσι ἀφειλόντες Ῥωμαῖοι ἢ μεῖωνόμασαν Οὐιβωνα Οὐαλεντίαν. Vide plura apud Cluv. in Ital. antiq. & Salm. ad Solinum.

[44] Ὄρος Μεσσηνίας.] Pauſanias lib. IV perhibet, *Iren* ſua ætate *Abiam* fuiſſe vocatam, eſſeque unam de illis ſeptem, quas Agamemnon apud Homerum ſe daturum Achilli pollicetur. Verum in alia opinione verſabatur Strabo, tradit enim Hiren ſibi monſtratam ad montem, qui ſitus eſt in via, quæ Megalopoli Arcadiæ urbe, ad Andaniam ducit, addens alios exiſtimare, eam eſſe Hiram, quæ nunc Meſſola vocatur. Eum vide lib. VIII.

[45] Ἀπὸ Ἴρας· ἔστι δὲ πόλις Λέσβου.] Hæc, & quæ ad finem ſectionis uſque ſequuntur in hactenus editis non inveniuntur. Hæc tamen a Stephano ſive ejus Epitomatore eſſe profecta, liquet evidenter ex commentariis Eustathii ad Iliad. I, ita enim ille: Τύπτει δὲ τὸν Καρδαμύλην, ὁ τὰ ἐθνικὰ συγγράψας, πόλιν Μεσσηνίας φησὶν, ἢ κατὰ Ἡρόδοτον Λεκεπικὴν· λέγει δ' ἕτερος εἶναι πλησίον Χίου &c. Τὸν δὲ Ἱρέα ἢ μόνον πόλιν ὁ ἐρῶν Μεσσήνης, λέγων, ἢ πόλιν Λέσβου εἶναι ὁμώνυμον πατρὶ, ἢ ἑτέραν πόλιν Μαλιέων λέγει Ἶρα.

[46] Καρδαμύλην.] Ita emendavimus hanc vocem Homeri auctoritate: In libris calamo exaratis peſſimo errore legebatur Καρδαλιόλην & Καρδανύλλην.

[47] Εἰς ὃν μετήγαγον.] Sic emendavi ex MSS. Male libri vulgati, εἰς ἓν μετήγαγον. Sine dubio noſter hæc Herodoti verba reſpexit, ubi vox *una* aſpirata ſcribitur: Ἐπὶ δὲ χώρῃ τύτῃ ἄνυδρος ἔκειτο. Hujus urbis quoque meminit Pindarus Pyth. Od. IX, ſed duplicis ſcribitur.

---- Οἵοι Λιβύσσας ἀμφὶ
φλ γυναικὸς ἔβαν
Ἴασσαν ἄστυ πόλυν Ἀπόλ-
λ, μαῖ' ἀκάμπτοις
μναστῆρις ἀμαλλὰ κῦδος.

Ad quem locum ſic ſcribit Scholiaſtes: Ἴασσα πόλις Λιβύης, ἣν φησιν Ἀπολλώνιος, ἀπὸ τῆ πυλαίους Ἡρακλεῖ, ἐπιτάξαντος αὐτοῖς Εὐρυσθέως, ὃν ἐξέπλευσαν Ἡρακλεῖς. Pinxit. alio loco numero multitudinis & genere neut. effert: Ἔνιοι γάρ φασιν, ὅτι ἀπὸ Ἴππου Ἡρακλέους καθαγιάσαντος Ἀντάϊον, Ἴασσόδις ἐκλ, ἀπὸ Ἡρακλέους καθαγιάσαντος λίμνην, ἣν φησι Φιλόξενος.

[48] Εἰς τὸ ἐν Βαβυλῶνι.] Ita hanc lacunam replevimus ex ipſo Herodoto, quem noſter allegat. Xylander & alii editores

Ἴσαυρα [49], ἐδετέρως πόλις Ἰσαυρίας. Α ἡ δὲ Ἰσαυρία μεταξὺ Λυκαονίας καὶ Κιλικίας, πρὸς τῷ Ταύρῳ. Χάραξ δὲ ἡλυκῶς. [50] τὸ ἐθνικὸν, Ἰσαυρῶς, καὶ Ἴσαυρος.

Ἴσβος, Ἰσαυρίας πόλις. τὸ ἐθνικὸν, Ἰσβώτης, ὡς Μαλλὸς Μαλλώτης.

Ἴσεγον, πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ Ἴσιδος. [51] οἱ οἰκοῦντες, μεταβολοι· τοιῦτοι γὰρ ἦσαν. περιβεβλημένοι ἢ, ὡς Ἰρεῖον, καὶ Νεμεσεῖον, [52] καὶ τὸ ὅσαι μὴ ὁ ἡμικὴς τὸ δ ἐφύλαξαν τιμενικῶν· τοιοῦτοι γὰρ οἱ τύποι. πλεῖστοι δὲ μόνοις Β τοῖς ἐμπόροις ἀθρόα τὰ φορτία, καὶ ἀπὸ τῶν τεχνιτῶν ἀγοραζοντες αὐτὰ καθ' ὁλόγα, καὶ κατυλίζεσι τοῖς ἐγχωρίοις.

Ἴσηπος, ἔθνος Σκυθικόν· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

Ἴσθμος, ἡ Ἁλικαρνασσὸς τῆς Καρίας πόλις. ὁ πολίτης, Ἰσθμιος. ἔστι καὶ Κορίνθιος Ἰσθμὸς, ἐν ᾗ [53] Ἰσθμιος ὁ Ποσειδῶν.

ISAURA, genere neutro urbs Isauriæ: Isauria autem Lycaoniam inter & Ciliciam ad Taurum sita est. Charax fœm. genere utitur. Gentile, Isaurensis & Isaurus.

ISBUS, Isauriæ urbs. Gentile, Isbotes, B uti Mallus Mallotes.

ISEUM, urbs Ægypti, ab Iside sic dicta. Incolæ dicuntur Μεταβολοι, id est, *Mercatores*, tales enim erant. Vox circumflectitur in penultima, uti Ἰρεῖον & Νεμεσεῖον, & quotquot templorum sunt nomina, in genitivo delta non servantia. Hujusmodi enim hæc vox est formæ. Solis mercatoribus coacervatim merces suas vendunt, eas ab artificibus singulatim ementes. Has indigenis particulatim vendunt.

ISEPUS, gens Scythica, de qua Hecata- D eus in Europa.

ISTHMUS, sic Halicarnassus Cariæ oppidum appellatur. Oppidanus, Isthmius. Est quoque Corinthi Isthmus, ubi Isthmius Neptunus.

editores divulgaverant: ὕδωρ ἡ ἀσφαλῶ- οὐ δεῖ * * ἐκμιᾶσθαι. Libri MSS exhibebant, ὕδωρ ἡ ἀσφαλῶ- οὐ δύπτει, πῆχθ- ἐκμισθῆ, absque ullo defectus signo.

[49] Ἴσαυρα, ἐδετέρως πόλις Ἰσαυρίας.] In vulgatis omnibus capitulum hoc hunc in modum constituebatur: Ἰσαυρία, μεταξὺ Λυκαονίας καὶ Κιλικίας πρὸς τῷ Ταύρῳ· Χάραξ δὲ ἡλυκῶς· καὶ πόλις, καὶ τὸ ἐθνικὸν &c. Valesius vir doctissimus ad Amm. Marcellinum hanc sectionem ita instauravit, & quanquam non moneat, utrum auctoritate veterum codicum, an vero ingenio fretus hoc negotium peregerit, nobis tamen ita placuit, ut in contextum recipere non dubitaverimus. Strabo enim τὸ Ἴσαυρα semper genere neutro appellat. Sed quemadmodum Charax sic etiam Florus gen. fœm. vocem protulit lib. III cap. VI: *Sed nec mari submovisse contentus, validissimas urbes eorum, & diutina præda abundantes, Phaselim & Olympon evertit, Isaurumque ipsam, arcem Ciliciæ.* Nominis originem inde habere videntur, quod αὖραις ἴσα ἥνεον, velocissime, scilicet ventorum instar, currant. Hinc in epigrammate inedito εἰς Ἴσαυρας.

Αὖραις ὦκα ἥνευν, ἠδὲ λάϊνα ἤνεμα τύπτε.

De Isauria & Isaurorum moribus legendus Trebellius Pollio in Trebelliano: *Non sunt statura decori, non virtute graves, non instructi armis, non consiliis prudentes, sed hoc solo securi, quod in editis positi adiri nequeunt.* Vigorem & levitatem corporum, quæ ad epigramma referri potest, describit Amm. Marcell. lib. I: *Raptim igitur properantes, ut motus sui rumorem celeritate nimia prævenirent, vigore corporum ac levitate confisi, per flexuosas semitas ad summitates collium tardius evadebant.*

[50] Τὸ ἐθνικὸν, Ἰσαυρῶς, καὶ Ἴσαυρος.] Utrumque gentile apud idoneos scriptores reperitur. Diod. Sicul lib. XVIII: τῶν Ἰσαυρίων πόλιν. Et Const Porphyrogenneta lib. I de Them. Τὸ τῶν ἀναβλήδην καλυμμένων ἦπερ ὑπὸ πίνοι ἐθνῶν καβακίττειν Φρυγῶν, Λυκαόνων, Ἰσαύρων &c.

[51] Οἱ οἰκοῦντες μεταβολοι.] Hæc profecto incolarum, sive urbem habitantium appellatio non deducitur a voce Ἴσεῖον, unde vel juxta vernaculam regionis formam Ἰσεῖτης, vel juxta peregrinam Ἰσεάδις fieret: sed defumpta est a re quapiam, cui impensissime studebant, quæque inter ipsos maxime vigebat, scilicet mercatura, quam noster eodem hoc capitulo pluribus describit. Sic quoque Metapontini, Italicæ civitatis incolæ, non aliam ob causam, uti ego existimo, Μεταβολοι appellabantur, quam quod mutandis fructibus pro aliis mercibus, quos ex diligentiori agricultura percipiebant, cui mirum in modum præ aliis erant dediti, rem facerent, unde ab Eustathio ad Dionysium perhibentur πάνυ δύσχρηστοί τινες λαοὶ γεγονέναι. Hesychius: Μεταβολοι, πραγματευόμενοι, ἢ οἱ Μεταπόντιοι παρὰ Ἰταλιῶταις. Μεταβολῶ- & Μεταβολίδι synonyma sunt, & passim apud scriptores idoneos usurpata, & inter quinque mercatorum nomina recensita ab Aristophanis Scholiaste ad Plutum: Πάντ' ἂν εἶεν οἱ ἀμφοραῖ τ' πωλοῦντ- Αὐτοπῶλαι, κάπηλ-, ἐμπορ-, παλιγκάπηλ-, μεταβολίδι. Καὶ ἔστ- Αὐτοπῶλαι μὲν, ὁ τῇ ἰδίᾳ χώρᾳ πολῶν τῶν ἑαυτοῦ σκευῶν. Κάπηλ- δὲ ὁ ἀγοραζων πολῶν δ' αὐτοπῶλαι, καὶ πωλῶν τῇ χώρᾳ τὰ ἡ ἀγόρασεν. Ἐμπορ-, ὁ ἀγοραζων καὶ ἐπὶ ξένης πωλῶν, ἢ ὧν δ' αὐτοπῶλαι, ἢ ὧν δ' κάπηλοι. Παλιγκάπηλ-, ὁ ὧν δ' ἐμπορ- ἀγοραζων & πωλῶν. Μεταβολῶς, ὁ καθ' ἑαυτὸν κατυλίων πωλῶν. Et quanquam Scholiastes velit τὸν μεταβολέα illum esse, qui heminatim aliquid vendit; videtur tamen proprie denotare negotiatorem, qui merces mercibus commutat, παρὰ τὸ σωμικῶς μεταβάλλειν, quod etiam heminatim & καθ' κατυλίων fieri potuit. A Polluce fumitur pro illo, qui stando aliquid vendit lib. I cap. V: Ἐμπορεῖ, καὶ κάπηλοι, καὶ μεταβολεῖς, οἱ ἐξῆς ἢ στάσεως. Verum indifferenter illa vox accipi potest apud Etymol. Mag. Auctorem in Εὔαρχ-. Καὶ γὰρ οἱ μεταβολοι, διὰ τὸ μεταβάλλειν τὰς ὠνὰς, διὰ χειρὸς καλοῦσι. Nam & stando & sedendo primos emptores fausto omine excipere licet. Sed observatione non indignum est, illum a Græcis ὑπέρχειν appellari, qui primus pro expositis mercimoniis nummum obtulit, quem Belgice appellamus penand die hand-gift geeut. Solet enim institor rariffime boni ominis causa, pretium illud a primis emptoris oblatum, recusare: dicens, quanquam merx mihi pluris constet, tamen, quia hodie nihil adhuc divendidi, oblatam pecuniam non recusabo, Belgice, ik sal myn hand-gift niet wegeren. Et quemadmodum primi emptores a Græcis ὑπέρχειν appellantur, sic pretium ab ipsis oblatum, Græce commodissime ὑπέρχνμα, Belgice Hand-gift, dici potest: quanquam non ignorem in Cyrilli glossis etiam pro *strena* fumi.

[52] Καὶ τὸ ὅσαι μὴ ὁ ἡμικὴς τὸ δ ἐφύλαξαν.] Vult enim dicere nomina templorum, quæ literam Δ genitivi primitivi non servant, in penultima circumflexo accentu notari. Exempli gratia Θέτις in casu obliquo habet Θέτιδ-, unde fit Θετίδιον templum Thetidis, sed circumflexo caret: contra vero Ἶσις, Ἴσιδ-, unde Ἰσεῖον, quod Δ genitivi non servans, ideo in penult. circumflexo signatur. Vide Etymol. Mag. Auctorem in Διόσκορ-.

[53] Ἴσθμιος.] Pessime in vulgatis conspiciebatur Ἰσθμ-. Ex MSS veram lectionem revocavi.

δῶν· [58] καὶ νίκη Ἰσθμιάς· καὶ Ἰσθμιάδες A nus. Et victoria Isthmias, & Isthmiades con-
σπονδαί. λέγονται δὲ Ἰσθμιῶται. fœderationes. Appellantur etiam Isthmiotæ.

Ἴ ΣΙΝΔΟΣ, [59] πόλις Ἰωνίας. [60] ὁ πο- ISINDUS, urbs Ioniæ. Civis, Isin-
λίτης, Ἰσίνδιος. λέγεται καὶ Ἴσινδα. τὸ ἐθνι- dius. Nominatur etiam Isinda. Gentile;
κὸν, Ἰσινδιακὸς· καὶ χωρίον Ἰσινδία, καὶ Ἴσινδα. Isindius. Et castellum Isindia, & Isinda.

Ἴ ΣΜΑΗΛΑ [61], τῆς Ἀραβίας χωρίον. B ISMAELA, Arabiæ regiuncula, cujus
οἱ οἰκοῦντες, Ἰσμαηλίται. incolæ Ismaëlitæ.

Ἴ ΣΜΑΡΟΣ, [62] πόλις Θράκης τῆς Κικό- ISMARUS, oppidum Thraciæ Cico-
νων· [63] Ὄμηρος. ὁ πολίτης, [64] Ἰσμάριος, num, de quo Homerus. Oppidanus, Isma-
καὶ Ἰσμαρικὸς τὸ κληθικόν. ἔστι δὲ [65] Ἰσμαρὶς rius, & possessivum Ismaricus. Est quoque
λίμνη· Ἡρόδοτος ζ'. C Ismaris palus, de qua Herodotus libro VII.

Ἴ ΣΜΗΝΗ, ἡρωὶς, καὶ κώμη Βοιωτίας. ISMENE, Heroïna & pagus Bœotiæ.
ὁ κωμήτης, [66] Ἰσμηνιεύς, καὶ Ἰσμηναῖος, καὶ Paganus Ismenius, & Ismenæus; & Ismenen-
Ἰσμηνώς, καὶ Ἰσμηνίτης. ἔστι δὲ [67] Ἰσμηνὸς sis, & Ismenita. Est quoque Ismenus Bœo-
πόταμος Βοιωτίας, ἀφ' οὗ Ἰσμηνίος Ἀπόλ- tiæ fluvius, a quo Ismenius Apollo, & Isme-
λων, καὶ Ἰσμήνια. D nia.

Ἱ ΣΠΑΝΙΑΙ, [68] δύο τῆ Ἰταλίας ἐπαρ- HISPANIÆ, duæ Italiæ provinciæ,
χίαι· ἡ μὲν μεγάλη, ἡ δὲ μικρά· ὁπολήγη δὲ εἰς altera magna, altera parva. Etiam Iberia &
Ἴβηρία, [69] εἰς Παυία. Pania dicta est.

Ἴ ΣΣΑ, ISSA,

[58] Καὶ νίκη Ἰσθμιάς.] Sic rescripsi, cum in vulgatis erat, καὶ νίκη Ἰσθμίαις, quasi ultima vox obliquus esset casus ab Ἰσθμία. Censeo noitrum respicere quoddam Callimachi epigramma, ex quo illa verba de victoria Isthmiaca desumptit, quod hodie extat apud Plutarchum lib. V Sympoliacôn:

Καὶ νῦν Ἀλκτίδαν πυλὸ χαλέπτερον
Τῶδι, πικρὸ Λιβιεῦσι, βαὶ πλειστης κόνιος,
Θέσπιος ἵκεις σύμπολον Ἰόλαον·
Ζῆλε τ' Νεμέθη, πίτυι δ' ἀπλωσσυσα,
Ἦ πᾶν ἀμπισας ἴσηφι τὸς Ἐφυρη.

Partem aliquam horum versiculorum Stephanum habuisse in opere genuino, tam certum est, quam solem medio die lucere.

[59] Πόλις Ἰωνίας.] Nunc Ioniæ, & ab aliis Cariæ adscribitur, unde liquet in utriusque regionis confiniis urbem fuisse sitam. Apud Strabonem urbis nomen scribitur Σινδύς, quod positum mihi videtur pro Ἴσινδος, quæ scriptura in veteribus Stephani libris invenitur, quemadmodum diximus ad vocem Ἀμβλακία. Strabonis tamen Σινδύς defendi aliquo colore potest, nam Ialiquando nominibus propriis additur, & aliquando demitur: sic dicunt Σπάνις pro Ἴσπανις & sic porro. Censeo præterea idem esse oppidum, quod noiter alio loco Lyciæ attribuit, & Isindam appellat, quod inde liquet, quia in sequentibus Stephanus addit: ἡ χωρίον Ἰσινδία.

[60] Ὁ πολίτης, Ἰσίνδιος.] In libris vulgatis legitur: ὁ πολίτης, Ἰσίνδιος· εἰσὶ πόλεις λίγεται καὶ Ἴσινδα. Verum quia Salmasius in recentiori MS vocem εἰσὶ πόλεις, quæ vera nihil est, non invenit, nos iltam obelo confodendam exilimavimus. Formatum apud Polybium in Leg. Exc. reperitur Ἰσινδεῖς, ita enim ibi: ἄνδρ δὲ τὸς Ἰσινδεῖς ἐξολωθρ· ὡς τῆ πολιορκίας. Inde Latino ore cives appellantur ISINDENSES apud Livium lib. XXXVIII: *Isindenses arcem urbe capta oppugnabant.* Ad quem locum vide Ursinum

[61] Ἰσμαηλα, τῆς Ἀραβίας χωρίον.] Regiunculam hanc ab Ismaele Abrahami filio nomen habere satis liquet: nam Abrahamo de Ismaële consulenti respondetur, eum fore longævum & magnarum gentium patrem, teste Iosepho lib. I cap XI de Ant. Jud. Ab illo igitur Ismaëlitæ, qui quondam cum Chusæis & Madianitis promiscue habitarunt. Hieronymus in vita Malchi perhibet Ismaëlitas intonsum gestasse crinem, & vitta caput redimivisse: *Ecce subito equorum camelorumque sessores Ismaelitæ irruerunt, crinitis vittatisque crinibus ac seminudo corpore.*

[62] Πόλις Θράκης τῆς Κικόνων.] Nomen habet ab Ismaro Martis & Thraïdis F. teste Oro apud Etymologici Mag. Auctorem. In Ciconia hanc urbem esse sitam, atque etiam a Ciconibus quondam habitatam, Marciani Heracleotæ testimonio evincitur:

Εἰσὶ Μαρώνεια· ἃ πολλοὶκῆσαν τὸ πρὶν
Τῆς Κίκονας ἱσορόσι τῆς ὀΙσμαρικῆς,
Αὐτὴ δὲ Χίων ἐχρίσθ' ὕστερον κλίσις.

Graviter errare puto Hesychium, Maroneam & Ismarum eandem civitatem statuentem, ut solent grammatici geographiæ imperiti: Ἴσμαρος· πόλις Θράκης, ἡ νῦν Μαρώνεια. Potior erit Plinii auctoritas lib. IV cap. XI: *Nunc sunt Dicea, Ismaron, locus Parthenion, Phalesina, Maronea, prius Ortagurea dicta.*

[63] Ὄμηρος.] Respicit locum Homeri Odyss. I.

Ἰλίσθην μὲ φέρων ἀνεμος Κικόνεσσι πόλησιν
Ἴσμαρον. ---- ----

Vide præterea nostrum in voce Κάρδια.

[64] Ἰσμάριος.] Invenitur apud Propert. lib. II Eleg. XIII:

Non ut Pieria quercus mea verba sequantur,
Aut possim Ismaria ducere valle feras.

Liquet ex his verbis, montem hoc nomine urbi vicinam extitisse, de quo aliquoties Virgilius & alii mentionem faciunt.

[65] Ἰσμαρὶς λίμνη.] Herodotus loco a Stephano citato: Μαρωνείας δὲ μετὰξὺ & Στρυμόνος κέιται Ἰσμαρὶς λίμνη. Videtur mihi eadem palus, quam alibi *Marin* nominat, & a qua urbi Maronææ appellationem imponere videtur. Vide in voce Μαρώνεια.

[66] Ἰσμηνιεύς.] Nummus est apud Goltzium cum inscriptione ΗΙΣΜΗΝΙΩΝ: unde liquet, pagi nomen & fluvii adspirandum, quod apud Pausaniam aliosque auctores cum leni vulgo occurrit, uti contra Nonnium multis probat illustris Spanhemius.

[67] Ἰσμηνὸς ποτάμος.] Apollodorus, Strabo, Ptolemæus, & Latinorum nonnulli, Ovidius, Statius, Plinius, sic fluvium vocant, sed Pausanias *Ismenium* Ἰσμήνιον.

[68] Δύο τῆ Ἰταλίας ἐπαρχίαι.] Hæc olim antiqua erat Hispaniæ divisio, de qua abunde egimus ad vocem Ἰβηρία

[69] Καὶ Παυία.] Libri MSS & omnes editi constanter exhibent, ὁπολήγη δὲ & Ἰβηρία & Παυανία, sed pessimo errore. Est enim Pannonia perampla Europæ regio ad Danubium, quæad hunc locum non pertinet. Iberiam vero *Paniam* appellatam fuisse, testatur Sosthenes lib. XIII Ibericorum apud Plutarchum de fluminibus, a Pane fictum, quondam Iberiæ præfecto. Νικήσας δὲ & Ἰσπανίαν, Πᾶνα κατέλιπεν ὑπομνήματα, ἃ οἱ μυθολογήσαντες πεποίηκεν ὑπὸ τῆ Ἰβηρίας ὄνομα. Ἐν δὲ τῆ χρόνῳ Σοσθένης ἀναγεγράφασιν, κρῆνάς τινας Σιληνὸς ἐν τῆ Ἰβηρικῆ

Ἴ Σ Σ Α [66], πόλις ἐν Λέσβῳ, κληθεῖσα Ἰμέρα. εἶτα, [67] Πελασγία ἡ Ἴσσα, ἀπὸ τῆς Ἴσσης τοῦ Μάκαρος. ἔστι δὲ [68] νῆσος πλὴν ὁμώνυμον ἔχουσα καὶ Δαλματίαν, καὶ Ἰλλυρίαν. [69] τὸ ἐθνικὸν, Ἰσσαῖος· ἐξ ἧς τὸ ἡηλυκὸν Ἰσσηὶς, ὅπερ ἐν Λέσβῳ, ἐν ᾧ Παρθενίῳ ἐν Ἡρακλεῖ.

ISSA, urbs in Lesbo, dicta Himera, deinde Pelasgia & Issa, ab Issa Macaris filia. Est quoque insula urbem ejusdem nominis habens juxta Dalmatiam & Illyriam. Gentile, Issensis, unde fœmininum Isseis, quod de oppido Lesbi apud Parthenium in Hercule in usu est.

Ἰ Σ Σ Η Δ Ο Ν Ε Σ, ἔθνος Σκυθικόν· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Ἀλκμὰν δὲ μόνος Ἀσσηδόνας αὐτοὺς φησιν. [70] Εἰρήκασι δὲ καὶ δοτέρᾳ γραφῇ παρ' ἄλλοις διὰ τοῦ ε. λέγοντες καὶ Ἰσσηδοὶ τρισυλλάβως. ἔστι δὲ [71] Ἰσσηδῶν πόλις.

ISSEDONES, gens Scythica, cujus meminit Hecatæus in Asia. Solus Alcman eos Assedones nominat. Invenitur quoque alia scribendi ratio apud alios per E. Appellantur quoque Issidi tribus syllabis. Invenitur quoque urbs Issedo.

Ἴ Σ Σ Ο Σ, πόλις μεταξὺ Συρίας καὶ Κιλικίας, ἐν ᾗ Ἀλέξανδρος Δαρεῖον ἐνίκησεν. ἡ [72] ἐκλήθη διὰ τὸν Νικόπολις ἀπ' αὐτοῦ. καὶ ὁ Ἰσσικὸς κόλπος. ὁ πολίτης, Ἰσσαῖος, ὡς Νεῖλος Νηλαῖος. [73] ἐκεῖ δὲ ποταμὸς Πίναρος ὀνομαζόμενος.

ISSUS, urbs inter Syriam & Ciliciam, ubi Alexander Darium devicit, quæ propterea ab illo Nicopolis nominata est. Et Issicus sinus. Civis, Issæus, ut Nilus Nilæus. Ibi quoque fluvius est, cui nomen Pinarus.

Ἴ Σ Σ Ω Ρ Ι Ο Ν [74], ὄρος τῆς Λακωνικῆς, ἀφ' οὗ ἡ Ἀρτεμὶς Ἰσσωρία. τὸ ἐθνικὸν, Ἰσσώριος.

ISSORIUM, mons Laconicæ, a quo Diana Issoria. Gentile, Issorius.

Ἱ Σ Τ Ι Α Ι Α, πόλις Εὐβοίας. Ὅμηρος·

---- Πολυμήλου τ' [75] Ἱστιαίαν.

ἡ ᾗ

HISTIÆA, urbs Eubœæ, de qua Homerus:

---- *multas uvas habentem Histiæam.*

Ionica

[66] Ἴσσα, πόλις ἐν Λέσβῳ.] Oppidum est ignobile & aliis auctoribus parum memoratum. Ejus non meminit Scylax in Lesbi descriptione, neque etiam Ptolemæus: sed Antissam omnes agnoscunt, ut & Stephanus suo loco, unde conjiciendum, Issam extitisse non procul ab Antissa, uti Rhium e regione Antirrhii, & Phellos e regione Antiphelli. Existimo tamen Plinium hujus oppidi meminisse sub Himeræ appellatione, qua quondam appellatum fuisse etiam Stephanus testatur. Ita enim Plinius lib. v cap. xxxi: *Clarissima autem Lesbos, a Chio lxv M. P. Hemerte, & Lasia, Pelasgia, Ægira, Æthiope, Macaria appellata fuit, octo oppidis inclyta. Ex iis Pyrrha hausta est mari, Arisbe terrarum motu subversa. Antissam Smithymna traxit in se ipsam.* viii *urbibus Asiæ* xxxvii *M. P. vicina. Et Agamede obiit, & Himera. Restant Eresos, &c.* Sic emendandum judico hunc locum, in quo male *Hiera*.

[67] Πελασγία.] Eustathius non *Issam*, sed universam insulam *Pelasgiam* appellatam perhibet in comment. ad Dionys. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἡ Λέσβος, ποτὲ Πελασγία, quod profecto veritati magis consentaneum, cum & Plinius, loco proxime citato, ita Lesbum vocatam asserit.

[68] Νῆσος πλὴν ὁμώνυμον ἔχουσα.] Agathemero dicitur Ἴσση lib. i cap. v: Ἐστὶ δὲ ἑτέρα Ἀφέλεια τῆσα παρὰ τὴν Ἰλλυρίδα, ἣν ἱστορήσαμεν Ἴσσαν, καὶ ἡ Μίλητος Κόρυκος, καὶ Φώκαια ἡ Μιλήτου, ἣν ἀγνοοῦσι τινες ἀξιωματικοί. Insulam hanc & urbem cognominem commemorant præterea Scymnus Chius, Strabo, Ptolemæus aliique. Agatharcides apud Athenæum lib. i perhibet, in illa insula nasci vinum, quod cum aliis collatum, bonitate antecellere compertum est.

[69] Τὸ ἐθνικὸν, Ἰσσαῖος· ἐξ ἧς τὸ ἡηλυκὸν Ἰσσηὶς, ὑπὸ τὸ Λέσβῳ.] Ita hunc locum ex conjectura emendavit vir summus Salmasius in margine sui Stephani. Indigebat enim hic locus hujusmodi correctione, qui mirum in modum vel ab exscriptoribus, vel ab Epitomatoribus mutilatus in vulgatis & MSS libris hodie repræsentatur: Ἐπὶ καὶ ἡηλυκὸς Ἰσσαῖος, ὑπὸ τὸ Λέσβῳ, ποτὲ Παρθενίῳ ἐν Ἡρακλεῖ.

[70] Εἰρήκασι δὲ καὶ δοτέρᾳ γραφῇ παρ' ἄλλοις διὰ τοῦ ε.] Ita hunc locum ex conjectura supplevi, erat enim mutilus, & vox γραφῇ mihi summopere desiderari videbatur, ut sensus esset perspicuus & commodus. Nam *Assedones* passim a Latinis vocantur, & nonnullis Græcis, quanquam noster scripturam per I etiam in voce Ἰσσηδῶν probaverit ex Damaste ἐκ τοῦ ἰότου.

[71] Ἰσσηδῶν πόλις.] Amm. Marcellinus lib. xxiii urbis meminit: *Exortum vero solis suspiciunt Rabanna, & Asmita & Essedones omnium splendidissimi . . . urbibus licet non multis, magnis tamen celebrantur & opulentis; inter quas maxima Asmira, & Essedon, & Asparata, & Sera, nitida sunt & notissima.*

[72] Ἐκλήθη διὰ τοῦτο Νικόπολις ἀπ' αὐτοῦ.] Male in omnibus libris ἀπ' αὐτοῦ. Satis verisimile videtur, Alexandrum, devicto ad Issum Dario, urbem ab illa victoria Nicopolin appellasse, sed cum veteres omnes Issum & Nicopolin diversas urbes statuunt, dubito an Stephano nostro fides sit habenda. Strab. lib. xiv: Ἐντεῦθέ ὁ ἀφ' ἑσπέρας Ἀλεξάνδρου Δαρεῖον καὶ ὁ πάλαι τύραννος· ὃν αὐτοῦ ἡ πόλις Γωσσὶς, καὶ Μυριάνδρου ἱστέρα πόλις, καὶ Ἀλεξάνδρεια, καὶ Νικόπολις. Vide præterea Ptolemæum lib. v cap. viii.

[73] Ἐκεῖ καὶ ποταμὸς Πίναρος.] Pessimo errore Strabo hunc fluvium *Pindum* appellat, lib. jam citato: Μεθ' ὃν Αἰγαιαὶ Γαῖαι, πολιχνίον ὑφορμον ἔχων, καὶ ποταμὸς Πίνδος. Ubi sine dubio, auctoritate aliorum scriptorum, Πίναρος reponendum. Arrianus lib. ii de Exped. Alex. Magni: Τὸν δὲ Γαῖον προέχων, ὅσους δύο ἡσσον ἑπτακαιδέκα σταδίους ἀπὸ τῆς Μακεδόνων καταλογάδος, τούτους χαλεπώς αἱκισάμενος ἀπέλιπεν· ἐς δὲ τὸν ὑπήκοον στρατὸν ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Πίναρον &c. Curtius lib. *Motis ergo castris, superat Pinarum amnem.* Et idem alio loco: *Pinarum amnem, qui duo agmina interfluebat, transire jusserat.* Hæc manifeste evincunt in Strab. Pinarum restituendum.

[74] Ἴσσωρον, ὄρος τῆς Λακωνικῆς.] Plutarchus Agesilaot Καπιλιδόντα τὸ Ἰσσώριον, ἢ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐπ. Vide præterea Hesychium in Ἰσσωρία, & Polyænum lib. ii Stratag.

[75] Ἱστιαίαν.] Male in omnibus editis & MSS Ἐσσίαιαν. Testatur enim Stephanus, se heic sequi Ionicam scribendi rationem, apud quos σ in τ vertitur, cujus rei insignis locus est apud Etymol Mag. Auctorem: Ἀπὸ μὲ τοῦ Ἴλιος, Ἰλίαι· λέγει δὲ ὅ ἴλιος Ἰλίαι· ὃν τρόπον ἐποίησε τὸ ἀφαιρεῖται· καὶ οἱ ἀπὸ Ἀθήνας διὰ τοῦ Σ, ἐποίησε Ἰλίαι· οἱ δὲ Ἴωνες ἐξ οὗ Δωριεῖς διὰ τοῦ Σ, ἐποίησε Ἰλίαι· ἀμφότερα δὲ εἰσὶ παρὰ ποιητῇ.

ἡ ᾗ Δέ τῦ, Ἰωνικὴ γραφή ἐστι. [76] νῶ ᾗ καλεῖται Ὠρεός. ὁ πολίτης, Ἰστιαιεύς. Ἔφορος ᾗ τ' ἐθνικὸν Ἑστιαῖος φησι. [77] καὶ Ἰστιαιώτης, ὁ τ' Θεσσαλικῆς. τῆς ᾗ Εὐβοΐδος, Δέφορ@. καὶ τ' γραφῶ, καὶ Δέ τῦ, καὶ Δέ τῦ ε ψιλῦ.

A Ionica scribendi ratio est, si vox in principio per I scribatur. Nunc appellatur Oreus. Civis, Histiæensis. Ephorus perhibet gentile esse Hestiæus, & Histiæotes ab urbe Thessalica deduci: verum Euboïcæ urbis scriptura indifferens est, aliquando enim per I, & aliquando per E scribitur.

ΙΣΤΟΣ, νῆσος Λιβύης, Οὐδενὸν λεγομένη ὑπὸ Λιβύων, ὑπὸ ᾗ Φοινίκων [78] κέλλα ῥαρσαίθ, [79] ὃ ἑρμηνεύε ἰσὸς νηΐ· νηῒ γὰρ ἐστι ἅμαξαπλήσι@. τὸ ἐθνικὸν, Ἴστι@, τῷ λόγῳ τ εἰς ος διαλλάξαν ὅτι νήσων, Ἰμβρι@. Ἄνδρι@.

HISTUS, insula Libyæ, Udenoë a Libybus vocata, sed a Phœnicibus Kella Rarsath, quod si interpreteris, malum navis denotat: est enim navi similis. Gentile, Histius, juxta formam nominum duarum syllabarum in os desinentium, quæque insulæ sunt, uti Imbrius, Andrius.

ΙΣΤΡΙΑ [80], χώρα περὶ τ Ἴονιον κόλπον. οἱ οἰκήτορες, [81] Ἴστροι & Ἴστριοι.

ISTRIA, regio juxta sinum Ionium. Incolæ, Istri & Istrii.

ΙΣΤΡΙΑΝΑ, πόλις ἐπὶ τ Περσικὸν θάλασσαν, ὡς Μαρκιανὸς ἐν τῷ περίπλῳ αὐτῆς. τὸ ἐθνικὸν, Ἰστριανῶτες, ἢ Ἰστριανίτης.

ISTRIANA, urbs circa mare Persicum, cujus Marcianus in periplo meminit. Gentile, Istrianenus, sive Istrianita.

ΙΣΤΡΟΙ, ἔθνο@. ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ. Ἑκαταῖο@. Εὐρώπῃ. τὸ ἐθνικὸν & κλητικὸν, [82] Ἴστριος, ὡς τὸ Ταῦροι Ταυρικός.

ISTRI, gens in sinu Ionio, de qua Hecatæus in Europa. Gentile & possessivum, Istricus, uti Tauri Tauricus.

ΙΣΤΡΟΣ, πόλις Κρήτης, ἣν Ἀρτεμίδωρος Ἴστρωνα φησι. διὸ καὶ πόλις [83] Ἴστρος, ἐν τῷ Πόντῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ἴστρι@, [84] καὶ Ἰστριάδης. Ἀρριανὸς ᾗ Ἰστρίαν, ὡς Ὀλβίαν αὐτὴν φησι. [85] τὸ ἐθνικὸν πάντης, Ἰστριανὸς, ὡς Ὀλβιανός.

ISTRUS, urbs Cretæ, quam Artemidorus Istrona nominat. Secunda urbs Istrus in Ponto sita est. Gentile, Istrius & Istrienſis. Arrianus hanc Istriam vocat, uti Olbiam. Hujus gentile est Istrianus, uti Olbianus, & alpha

καὶ κῦ

[76] Νῶ δὲ καλεῖται Ὠρεός.] Pessime hunc locum excepere librarii, nam in omnibus libris Ὠρεστὸς reperitur, monente Cl. Casaubono ad Athenæum. Correctionem hanc suadebat Strabo in principio lib. X: Οὗτος δὲ ἀπὸ Ὠρεοῦ ὑπερ οἱ Ἰσταῖοι, καὶ ἡ πόλις αὐτῶν Ἰσταία Ὠρεός.

[77] Καὶ Ἰσταιεύς, ὁ τ' Θεσσαλικῆς.] Pessime quoque hunc locum tractarunt scribæ veteres, nam in MSS & vulgatis legitur, καὶ Ἰστιαιώτης Θεσσαλικῆς. Vult noster heic nihil aliud, quam a Thessalica Histiæa deduci Ἰσταιώτης. Et ita etiam hunc locum accepit Eustathius ad Iliad. B. Τίνες δέ, φασὶ, καλεῖσθαι αὐτὴ Ὠρεός· ὁ πολίτης τοίνυν Ἰσταιεύς· ὁ δὲ τ' Θεσσαλικῆς Ἰστιαίας πολίτης, Ἰσταιώτης. Hinc ipsa hæc Thessaliæ pars Ἰσταιώτις appellatur, de qua egimus ad vocem Διόφαντ.

[78] Κέλλα ῥαρσαίθ.] Ita in MSS Palatinis disjungebantur hæc vocabula, quæ a Xylandro, sed non ab aliarum editionum præfectis, componuntur: unde Salmasius in ora sui codicis censet, pro ultima voce ῥαρσαῖθ legendum. Suspicatur Bochartus, rescribendum Κελλακερφοῦθ, vel potius Κελλακερφοῦδ חלרחפר, id est malum navis. Eum vide lib. I cap. XXVI de Phœnic. colon. Quæ alii ad hunc locum comminiscuntur plane ridicula sunt & insana.

[79] Ὃ ἑρμηνεύεται ἰσὸς νηΐ.] Non bene suas partes egerunt librarii, qui olim exararant ὃ ἑρμηνεύεται ἰσωτὶς, quod bene observavit Salmasius in margine sui Stephani. Nomen insulæ in omnibus editis cum leni legebatur, sed origo vocis asperum postulat, quem auctoritate Hesychii repositurus, nam ibi quoque Ἰσὼς insulam quandam denotat: Ἰσὼς, τὸ ὀρῦγμα ἐξέλασε τ πύης, καὶ τὸ ὑφαινόμενον, ὃ καὶ ὑφάνσιμος, καὶ νῆσο@.

[80] Ἰστρία.] Jam regionem, & interjecta sectione, incolarum nomen describit, quod commodissime unica sectione peragi potuillet. Litigant de scriptura hujus vocis criticorum filii, alii cum aspiratione, alii vero contra scribentes: sed cum non contemnenda ex veterum scriptis ab utraque parte documenta producantur, facile crediderim, parum interesse, quemadmodum exaretur. De vocis scriptura & regionis situ legendus Cluverius Ital. Antiq. lib. I cap. XXI.

[81] Ἴστροι & Ἴστριοι.] Utrumque apud idoneos scriptores prostat. Martial. lib. XII Epig. LXIV:

Uncto Corduba lætior Venafro;
Histra nec minus absoluta testa,
Albi qua superas oves Gelasi.

Et Seymnus Chius, qui Marciani Heracleotæ nomine circumfertur:

Ἐντεῦθεν ἴσχει Θρᾷκες, Ἴστροι λεγόμενοι.

[82] Ἴστριός.] In omnibus editis legitur Ἰστρικὸν, malo errore, uti ex sequenti voce Ταυρικὸς evidenter liquet. Strabo lib. VII: Ἰστρικὸς παραπλεύσας χιλίους σταδίους. Mela lib. II cap. I: *Axiaces proximus intra Callipidas Axiacasque descendit. Hos ab Istrico Tyras separat, surgit in Neuris.*

[83] Ἴστρος, ὡς καὶ Πόντῳ.] Ammian. Marcel. lib. XXII *Istron* appellat, alii *Istropolin*, nonnulli vero *Istriopolim*, ut Ptolemæus & Plinius. Urbem hanc condidere Milesii, ei nomen a fluvio imponentes. Auctor Periplo Ponti Euxini: Αὐτὴ ἡ πόλις Ἴστρος, λέγει δὲ παραμικρὸν ἀπὸ τ θαλάσσης· κεῖται δ' αὐτὴ πόλει Μιλησίων κτίζουσιν. Qua de re vide quoque Plinium lib. IV cap. XI.

[84] Καὶ Ἰστριάδης.] Occurrit hoc gentile apud Lycophronem in Alexandra:

Οἱ σὺν πάρεδρο@ Ἰστριὰς πεπασμένος
Λ' σωμ' μαγήρου ἀμφιλυτρώσας Νόμας
Γ' ἐγκρυσιάσης κἀκφ@. ὡς ἐνέξεται.

Confirmat quoque illud gentile nummus Goltzianus, in quo legitur ΙΣΤΡΙΗΝΩΝ, quod Ionice positum est pro ΙCΤΡΙΕΩΝ.

[85] Τὸ ἐθνικὸν πάντης, Ἰστριανός.] Pessime exhibebant vulgati: Τὸ ἐθνικὸν, πάντη Ἰστριανός. Sic loqui non amat Stephanus. In genuino fragmento ubi de Dodone agit similis phrasis occurrit: Τὸ ἐθνικὸν πανταχῆς ἀδρῶν &c. Porro illud gentile Ἰστριανὸς in usu est apud Eustathium ad Dionys. Καὶ ὅτι δὲ πλοῦτο@. ὁ Ἴστρο@. τοῦ τ Εὐξείνου Ἰστριανοὶ πρῳκίσθη Μιλησίων ἄποικοι, φησὶ Ἡγησῖνο@. Vide quoque sequentem commen.

κὴ κῦ τροπὴν [86] Ἰ΄ριμωὸς λιμιὸν, ἧς Ἰ΄ριανὶς ἡ ἦλυκῶς. τρίτη, νῆσος πάλιν ὁμώνυμον ἔχουσα, κατὰ Τελόμονα Κνιδίας. τετάρτη, πόλις Ἀπυγίας, ὡς Ἑκαταῖος φησὶν ἐν τῷ Εὐρώπῃ. A & alpha in Eta mutato Istrienus portus, & Istrianis genere fœminino. Tertia, insula est, urbem ejusdem nominis habens, juxta Triopium Cnidiæ. Quarta, urbs Japygiæ, de qua Hecatæus libro XXIX.

Ἰ΄στωνη, ὄρος περοσχὲς τῇ Κερκύρᾳ. [87] Θουκυδίδης τρίτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Ἰ΄στωναῖος, ὡς Τορωναῖος. B ISTONA, mons Cercyræ vicinus, de quo Thucydides libro III. Gentile, Istonæus, uti Toronæus.

Ἰ΄ταλία, ἡ χώρα, ἀπὸ Ἰ΄ταλοῦ ἡ πρὶν Αὐσονία, καὶ Αὐσονίς. τὸ ἐθνικὸν, Ἰ΄ταλὸς, [88] καὶ Ἰ΄ταλίς. ἀπὸ δὲ τῆς Ἰ΄ταλίας, τὸ Ἰ΄ταλιώτης, ὡς Φθιώτης, [89] Κιλικιώτης. [90] τὸ δὲ Δεσφέρδ τὸ Ἰ΄ταλὸς τῆς Ἰ΄ταλιώτης, ἐν τῷ περὶ Σικελίας εἰρήκαμεν. τὸ Ἠλυκὸν, [91] Ἰ΄ταλιῶτις, [92] καὶ Ἰ΄ταλιδὸς, ὡς τῆς Αὐσονίας τὸ Αὐσονιδὸς. [93] καὶ Ἰ΄ταλιάζειν ῥῆμα. καὶ Ἰ΄ταλικὸς τὸ κλῆθρον, [94] καὶ Ἰ΄ταλιωτικός. [95] ἔστι δὲ Ἰ΄ταλικὸν χωρίον Σικελίας. [96] ἔστι δὲ Ἰ΄ταλίκη πόλις Ἰ΄σπερίας. τὸ ἐθνικὸν C ITALIA, regio, ab Italo sic dicta, quæ prius Ausonia & Ausonis. Gentile, Italus & Italis. Ab Italia autem fit Italiota, uti Phthiota, Ciliciota. Quæ vero differentia sit inter Italus & Italiota in voce Sicilia docebitur. Fœmininum, Italiotis, & Italiensis, uti ab Ausonia Ausonienſis. Et verbum Italiazo. Et Italicus possessivum, & Italioticus. Est quoque Italicum munimentum Siciliæ: & præterea Italica, urbs Iberiæ. Gentile, D

[86] Ἰ΄ριμωὸς λιμιὸν.] Portum hunc satis clare describit auctor Peripli Ponti Euxini hisce verbis: Ἀπὸ δὲ Σκυθίλου εἰς Ἰ΄ριμωὸν λιμένα, στάδια ᾱ. μίλια ιβ΄. ἀπὸ δὲ Ἰ΄ριανῶν λιμένος εἰς Ἰακὸν λιμένα ᾱ. μίλια ιβ΄.

[87] Θουκυδίδης τρίτῃ.] Sine dubio hæc Thucydidis verba respicit: Ἀναδύονται ἐς τὸ ὄρος τὸ Ἰ΄στώνη, πόλιν ὄντος ἐρυμνοῦ ἐπὶ τοῦ ὄρους τοῦτο καὶ τῆς πόλεως.

[88] Καὶ Ἰ΄ταλὸς, ἀπὸ δὲ Ἰ΄ταλίας.] Latini poetæ frequentius hæc voce utuntur. Virgil. lib. XI Æneid.

At circum lecta comites, Larinaque virgo,
Tullaque, & aratam quatiens Tarpeia fecurim,
Italides. ---- ----

Ad quem locum audiamus Servium. *Italides, ut Siculides, Atlantides. Et est pulchra derivatio, non tantum vera. Nam verum est Itala. Italia autem, unde est Italides, magis patronymicum est.* Ita hæc verba sunt corrigenda. Martialis de Claudia Rufina lib. XI Epig. LIV:

Quale decus formæ! Romanam credere matres
Italides possunt, Atthides esse suam.

[89] Κιλικιώτης.] Libri editi perperam exhibent καὶ Αἰολιώτης: sed veram lectionem ex Vossiano cod. revocavi. Primam syllabam ι imperiti librarii in ει mutavere. Eodem errore liberandus Suidas, ubi hodie in voce Ἰταλία legitur, hunc in modum: Τὸ ἰδιικὸν, Ἰταλὸς, καὶ Ἰταλίς· ἀπὸ δὲ τῆς Ἰταλίας Ἰταλιώτης, ὡς Φθιώτης, καὶ Λικιώτης, ubi simili ratione Κιλικιώτης reponendum.

[16] Ὁ πολίτης Μεροίτης.] Præter hoc gentile aliud invenitur in voce Φολόη, juxta communem Græcorum formam, nempe Μερσῖς.

[17] Μερύσιον, χωρίον Σικελίας.] In omnibus libris ultima vox non conspicitur, quam addidimus, quia sic loqui amat noster, ut ficremus sub quo sole illud castellum positum sit. Præterea in omnibus codicibus legebatur in sequentibus, ἀπέχ̣ι δὲ ὁ τόπ⊙ Συρακουσίων, quod ex mente Cluverii, reponentis Συρακουσῶν, emendavimus. Non enim ab oppidanis, sed ab oppidis ad oppida locorum intervalla metimur.

[18] Μέροψ. Τρωϊκὸς παῖς, ἀφ' ὃ Μέροπες.] Salmasius in margine sui Stephani emendat, Τρῶ⊙ παῖς Sed nulla mihi heic videtur emendandi necessitas, cum Triopæ nomen in auctoribus sit frequentissimum. Pausan. in Corinth. Ἄργε δὲ Πείρη⊙ γένεσθαι Ἡ Φορβᾶν· Φορβᾶντ⊙ δὲ Τρίοπα. Τρίοπα δὲ Γαῖσ⊙ κ̣ Ἀγλαΐην. Et eodem libro traditur, Pelasgum Triopæ filium fuisse: Δαμοδόκῳ δὲ τῷ Ἰασίδ⊙ ἐπὶπλοκὴν Πελασγίδ⊙, ἀπὸ τ ἰδρυσαμένου Πελασγὸν τ Τρίοπα. Fuit quoque Triopas Perrhæborum tyrannus, quem occidit Carnabas, de quo Eustathius ad Iliad. Δ: Λέγεται ὁπ Τρίοπας Περραιβῶν τύραν⊙ ὕστερ ὑμᾶς ἴδῃ, ὡς τὸ ὑπὸ Καρνάβα κτεῖνε αὐτὸν, τυραννοκτόνου χάριτ ἐλαῖαν θᾶσθ τ πολιτῶν. Cæterum Coos dictos fuisse Meropes noster

[19] Μεσανίτης κόλπ⊙.] In iis quæ hodie Marciani Heracleotæ nomine circumferuntur hujus Persici maris finus memoria celebratur, sed appellatione nonnihil vitiata: Οἱ πάντες ἀπὸ τ Ἀστάδου ἀκρωτηρίου μέχρ. τ Μαισωνίτη κόλπου τ ἐπὶ τὸν εὐθυμόρου Ἀγρᾶλον τυγχάνοντες σταδίους ψυμ. οἱ δὲ σύμπαντες μέσα Ἀγρᾶλου τυγχάνοντες σταδίους ψυμ. οἱ δὲ ἀπὸ τ Αἰλαίτου μυχῆ τ εἰς τὴν ὁμώνυμον πόλιν τ Περσικῆ Μαισωνίτου κόλπου, κ̣ τ ἐκβολὴν τ Τίγριδ⊙ ποταμοῦ τ πάντες σταδίους ἑξακοσίους. Ἀγρᾶλος γῆς εἰσὶ σταδίων γμυρ'. Sed utroque loco legendum Μεσωνίτου sine dipthongo, quemadmodum etiam emendatum video ex Pal. cod. in Ptolemæo lib. VI cap. VII.

[20] Μακριανὸς ἐν περίπλῳ τ Περ. θαλ.] In iis quæ hodie Marciani Heracleotæ nomine circumferuntur hujus Persici maris finus memoria celebratur, sed appellatione nonnihil vitiata: Οἱ πάντες ἀπὸ τ Ἀστάδου ἀκρωτηρίου μέχρ. τ Μαισωνίτη κόλπου τ ἐπὶ τὸν εὐθυμόρου Ἀγρᾶλον τυγχάνοντες σταδίους ψυμ. οἱ δὲ σύμπαντες μέσα Ἀγρᾶλου τυγχάνοντες σταδίους ψυμ. οἱ δὲ ἀπὸ τ Αἰλαίτου μυχῆ τ εἰς τὴν ὁμώνυμον πόλιν τ Περσικῆ Μαισωνίτου κόλπου, κ̣ τ ἐκβολὴν τ Τίγριδ⊙ ποταμοῦ τ πάντες σταδίους ἑξακοσίους. Ἀγρᾶλος γῆς εἰσὶ σταδίων γμυρ'. Sed utroque loco legendum Μεσωνίτου sine dipthongo, quemadmodum etiam emendatum video ex Pal. cod. in Ptolemæo lib. VI cap. VII.

[21] Ἐκλήθη ἀπὸ Μέλσα. Βρία γὰρ τὴν πόλιν φασὶ Θρᾷκες.] Strabo lib. VII unde Stephanus sua videtur hausisse, urbis conditorem non facit *Melsum* sed *Melsinem* quendam, ita enim ille: Εἶτα Μεσημβρία Μεσαμβρία ἄποικ⊙, ἐσχατοφ ὁπ Μενεδεία, οἱον Μεσάπολις τ κλιτικοῦ⊙. Μέση καλουμένη, τ δὲ πόλεως θέσις καλουμένης Θρᾳκῶν. ὡς δ' ἡ Ἡ Σηλυ⊙ πόλις Σηλυβρία ἐκαλεῖτο, ὅτι Αὐ⊙ Πολυσοφία παρ' ὀνόματος. Sed quændam hic sunt attentione digna apud Strab legimus Σηλυβρία & Πολτοβρία: verum ex nostro mihi videtur legendum inferto M, Σηλυμβρία & Πολτυμβρία, quia deinde addit, euphoniam sic desiderare, eadem hæc confirmaus in Σηλυμβρία.

[22] Πολτυμβρία ἡ Πολτυ⊙ πόλις.] Ultima vox ab omnibus libris abest, quam commodioris sensus gratia addidi, & quia eodem loco in voce Σηλυμβρία invenitur. Hujus regis meminit Plutarchus in Apophthegmatibus, nam cum ad eum Trojani & Græci bello Trojano legatos mittissent, Paridi suasit, ut Græcis Helenam redderet, pollicens se ei daturum duas formosas fœminas.

[23] Ὁ πολίτης, Μεσημβριανός.] Apud Goltzium & Tristanum occurrit nummus cum inscriptione ΜΕΣΑΜΒΡΙΑΝΩΝ.

τοὺς τῷ πόλῃ τ Χερρονήσου, ὡς Ἡρόδοτ. ἐδδόμῃ. τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως.

ΜΕΣΗ τ πλαμῶν", χώρα μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγριδ. 16 ἧς Ἀδιαβηνὴ ὀνομάζεται, ὡς ἱστορεῖ Κτάδεμτ. 17 τὸ ἐθνικὸν, Μεσοποταμίτης.

ΜΕΣΜΑ. πόλις Ἰταλίας. Ἀπολλόδωρ. ἐν τρίτῳ Χρονικῶν. τὸ ἐθνικὸν Μεσμανὸς, 18 ὡς τ Νῶλης Νωλανός.

ΜΕΣΟΛΑ, 19 πόλις Μεσσηνίης, μία τ πέντε. Νικόλαος πέμπτῳ. τὸ ἐθνικὸν Μεσολάτης, 20 ὡς τ Μεσσόας Μεσσοάτης.

ΜΕΣΟΠΟΝΤΙΟΣ Ποσειδῶν, ὁ Ἐρέσσιος. ὅτῳ δὲ ἐν Ἐρέσσῳ πιμᾶται, πόλις τ Λέσβου. Καλλίμαχος αἰτίων πρώτῳ.

ΜΕΣΣΑΒΑ, πόλις Καρῶν· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. τὸ ἐθνικὸν Μεσσαβεύς, τῷ τύπῳ τ Καρικῶν πόλεων.

ΜΕΣΣΑΠΕΑΙ, χωρίον Λακωνικόν. τὸ ἐθνικὸν, Μεσσαπιεύς. 21 ὅτῳ δὲ ὁ Ζεὺς ἐκεῖ πιμᾶται· Θεόπομπος πεντηκοστῷ ἑβδόμῳ.

ΜΕΣΣΑΠΙΑ, 22 χώρα Ἰαπυγίας, ἀπὸ Ταράντ. τὸ ἐθνικὸν, Μεσσάπιος. 23 Παυσανίας δεκάτῳ.

ΜΕΣΣΑΠΙΟΝ, 24 ὄρ. Εὐβοίας. κεῖ

A Nesi finem, de qua Herodotus libro VII. Gentile idem est.

MESE fluviorum, regio inter Euphratem & Tigrim. Vocabatur etiam Adiabene, uti Quadratus auctor est. Gentile, Mesopotamita.

B MESMA, urbs Italiæ, de qua Apollodorus libro III Chronicorum. Gentile, Mesmanus, uti a Nola Nolanus.

MESOLA, urbs Messeniæ, una ex quinque de qua Nicolaus libro IV. Gentile, Mesolates, uti a Messoa Messoates.

MESOPONTIUS Neptunus, qui C etiam Eressius dicitur. Hoc enim nomine Eressi colebatur, quæ est urbs Lesbi, teste Callimacho libro primo Causarum.

MESSABA, urbs Carum, de qua Hecataeus in Asia. Gentile, Messabensis, juxta formam Caricarum urbium.

D MESSAPEÆ, castellum Laconicæ, cujus gentile Messapeensis. Hoc nomine Jupiter ibidem colitur, teste Theopompo libro LVII.

MESSAPIA, regio Japygiæ, Tarenti finitima. Gentile, Messapius; auctore Pausania libro decimo.

E MESSAPIUM, mons Eubœæ. Et Messa-

---

15 μέση τ ποταμῶν, χώρα μεταξὺ Εὐφράτου & Τίγριδος.] Nulla ratione mihi fit verisimile Stephanum deprivationem nominis, pro ipso nomine regionis accepisse. Sine dubio etiam ex aliis noverat, & liquet latis ex adjecto gentili Μεσοποτάμιος, hanc regionem *Mesopotamiam* nominari, quare puto locum esse hiulcum: Μεσοποτάμια, ὡς μέση τ ποταμῶν, χώρα μεταξὺ Εὐφράτου & Τίγριδος. Non tamen nego, hanc regionem fluvios inter Euphratem & Tigrim μέσην τ ποταμῶν appellari & pro *Mesopotamia* accipi. Dionysius de Situ Orbis:

Ὅσση δ' Εὐφρήτα & Τίγριδ. ἰνδιδυ γαίης
Τὴν δὴ ἀβρομίοις μέσσην ποτάμοιο κέκευσιν.

Vide præterea Polyænum lib. IV in Antiocho.

16 Καὶ Ἀδιαβηνὴ ὀνομάζεται.] Quanquam Adiabene aliquo modo etiam posset dici γῆ μεση τ ποταμῶν, non est tamen confundenda cum Mesopotamia proprie dicta. Locus egregius est apud Herodianum lib. III: Ἀδιαβηνοὶ γάρ, ἔνιδρυμα & τὴν ἐνδοτέρω χώραν & Σκύθαι. Ἀδιαβηνοὶ γὰρ, ἐπίκλησιν μέσην γῆν & ποταμῶν κεκλημένοι. Pluribus hoc demonstrari posset, si necessarium existimarem.

17 Τὸ ἐθνικὸν Μεσοποτάμιος.] Gentile hoc occurrit apud Chronici Alexandrini Auctorem: Χαλδαίων ἀνακτ. γενόμενοι ἐν Μεσοποταμίτοις. Apud Vopiscum in Aureliano est MESOPOTAMIUS. *Habes sagittarios Ityreos trecentos, Armenios sexcentos, Arabas mios auxiliares quadringentos.* Fatetur tamen Salmasius in Palatino inveniri, *Mesopotamenos*, quæ forma illis gentibus familiaris est. Glossæ in Juvenalem: *Mesopotamenî hominis effrenata libidinis sunt, ut Sallustius meminit, in utroque sexu.*

18 Ὡς τ Νῶλης Νωλανός.] Male in omnibus libris legebatur, ὡς τ Νάλα Νωλανός, quod ipsa ratione duce correximus. Mesma porro idem est oppidum; quod in præcedentibus ab Hecataeo Medme dicitur. Sed hac de re videndus Cluverius.

19 Μεσόλα, πόλις Μεσσήνης.] Ita hunc locum supplevit Xylander, legebatur enim cum hiatu in prioribus editionibus: Μεσόλα, πόλις . . . . της, μία τῶν πέντε. Sic facillime suppleri potuit ex alio loco: Γάμμαια, πόλις Μεσσήνης, τῶν πέντε μία. Et certe olim in quinque πόλεις Messeniam fuisse divisam, ex Ephoro testatur Strabo lib. VIII: Ἔφορος δὲ τ Κυμαῖον ἐκεῖθέν φησι Μεσσηνίων, διελεῖν φησὶν (ὡς ὠσσιμβρίαν) εἰς πέντε πόλεις αὐτήν.

20 Ὡς τ Μεσσόας Μεσσοάτης.] In omnibus libris simplici S urbis nomen & gentile legebantur, quod correctione dignum censebamus.

21 Οὗτος δὲ ὁ Ζεὺς ἐκεῖ πιμᾶται.] Hujus meminit Pausanias in Lacon. Ἐν δὲ τῇ πρὸς Διὸς Μεσσαπίου τέμενος, ἡρωΐζει δὲ ὁ τὰ ὑπέκλησιν λόγους, ἱερατεύοντος τῷ θεῷ.

22 Μεσσαπία, χώρα Ἰαπυγίας.] In omnibus editionibus & MSS hactenus legebatur male Μεσσαπία, χώρα Ἰαπυγίας. Sed ordinis alphabetici ratio cum Μεσσαπία scripsisse ostendit, ita monente Henrico Stephano in notis ad Dionysium de Situ Orb. quum Μεσσαβα & Μεσσαπίαι præcedant. Sed cum Strabone non convenit Stephanus. Strabo vult Japygiam & Messapiam unam eandemque esse regionem: at Stephanus Messapiam Iapygiæ regionem esse tradit.

23 Παυσανίας δεκάτῳ.] Respicit noster hæc Pausaniæ verba: Ταραντῖνοι δὲ οἱ ἔτι καὶ οἱ χαλκοῖ & αἰχμὴ βαρβάρων.

24 Μεσσάπιον, ὄρ. Εὐβοίας.] Uti præcedenti sectione, ita etiam hoc loco figma duplicavimus, sic postulante elementorum serie. Deinde pro Μεσσαπίου rescripsimus Μεσσάπιον, sic jubente Strabone lib. IX:

καὶ Μεσσαπικὸς, ἀπὸ Μεσσάπης ἢ μετονήσου τοῦ εἰς Ἰταλίαν.

A Messapicus a Messapio, qui in Italiam habitatum concessit.

ΜΕΣΣΗ΄ΝΗ, καὶ χώρα, καὶ πόλις Στρεφέων ὀγδόη. χώρα δὲ ἡ Μεσσηνία, [41] καὶ Μέση καὶ Δεκαπτολὶς, ἡ Μέση ἢ Μεσσηνὶς, ὥς τινες. [42] τὸ ἐθνικὸν, καὶ ὁ πολίτης, Μεσσηνίου· καὶ θηλυκὸν, Μεσσηνὶς. ἔστι καὶ ἄλλη Μεσσήνη ἐν Σικελίᾳ, [43] καὶ χώρα Περσίδος Μεσσήνη, ἀπ' ἔνιος σ, ὑπὸ τὸ δύο παμῶν Εὐφράτου καὶ Τίγρεως μεσαζομένη, ὡς Ἀσίνιος Κυάδρατος φησι.

MESSENE, & regio & urbs, auctore Strabone lib. VIII. Regio autem dicitur, Messenia & amputato fine Messe, vel Mese vel Mesene, ut quidam volunt. Gentile & civis, Messenius, fœmininum Messenis. Est quoque alia Mesene Siciliæ, & regio Persidis Mesene per ſ simplex, media inter duo flumina, Euphratem & Tigrin, cujus Asinius Quadratus meminit.

ΜΕ΄ΣΣΟΑ, τόπος Λακωνικῆς. Στρεφέων ὀγδόη. ἔστι δὲ φυλὴ Λακωνική. τὸ ἐθνικὸν, Μεσσοάτης.

MESSOA, locus Laconicæ, de quo Strabo libro septimo. Est quoque tribus Laconica. Gentile, Messoata.

ΜΕ΄ΣΣΩΓΙΣ, ὄρος Λυδίας. τὸ πτικὸν, Μεσσωγίτης. Στρεφέων πεσαρεσκαιδεκάτη. [47] ὅθεν ἄριστος Μεσσωγίτης οἶνος, ὁ Ἀρωμάτης.

MESSOGIS, mons Lydiæ, cujus locale Messogita. Strabo libro XIV. Unde optimum de vinis Messogit. Aromense.

ΜΕΤΑΓΩ΄ΝΙΟΝ, πόλις Λιβύης. [48] Ἑκαταῖος Λιβύῃ. θηλυκῶς δὲ παρὰ τοῖς φασὶ τὸ ἐθνικὸν, Μεταγωνίτης.

METAGONIUM, urbs Libyæ, de qua Hecatæus in Libya. Genere fœm. hæc aliquando effertur. Gentile, Metagonita.

ΜΕ΄ΤΑΟΝ, πόλις Λέσβου, [49] ἣν Μέτας Τυρρηνὸς ᾤκισεν, ὡς Ἑλλάνικος.

METAUM, urbs Lesbi, quam Metas Tyrrhenus condidit, uti Hellanicus auctor est.

ΜΕ΄ΤΑΠΑ, πόλις Ἀκαρνανίας. [50] Πολύβιος

METAPA, urbs Acarnaniæ, de qua Polybius

Ε' δὲ τῇ Ἀνθηδονίᾳ Μεσσάπιοι ὄρος ἐστὶν, ἀπὸ Μεσσάπης, ἧς εἰς τὸν Ἰόνιον ἐλθὼν Μεσσαπίαν τὴν χώραν ἐκάλεσεν. Sed ab aliis Anthedonia non Eubœæ, sed Bœotiæ adscribitur; unde fortassis in Stephano pro Εὐβοίας, emendandum Βοιωτίας, quod deinde a etiam Salmasio marginibus sui libri adpictum animadverti.

41 Καὶ Μέση καὶ Δεκαπτολὶς.] Libri calamo exarati & omnes editi constanter exhibent, καὶ Μίση καὶ εικοσηπτολὶς. Duo in hisce verbis vitia occurrebant emendanda, pro Μίση reſcripſimus Μέση, & auctoritate Strabonis & Eustathii pro καὶ εικοσηπτολὶς, quod pessime deturpatum, καὶ Δεκαπτολὶς. Addam verba Strabonis e lib. VIII correctionem noſtram confirmantia, ita enim ille: Τῶν δ' ὑφ' Ὁμήρου κατωλεχομένων, τὴν μὲν Μέσσην ὕδατι δείκνυσι φασι. Μεσίνη δ' ὑπὸ χώμας εἶναι μίαν τῶν Σπάρτης κλείσας ἐπὶ τὰ Δημάτιον. Ἐπιοὶ δὲ καὶ Δεκαπτολὶν (ἴσως) τὴν Μεσσηνίων· ὕστατοι γὰρ ὧν ἐπῆλθε οὗτοι μέρος· διὸ καὶ Λακωνικὸς Ἐφορος ἐπιγράψας δεκάτην, ἐν ταύτῃ μὲν ποιεῖ, τὴν Κρήτην, τὰ Δῶρα, τὴν Μακεδονίαν· ἐν δὲ τῇ ἑβδόμῃ τὴν Μεσσηνίων. Et Eustathii ex comment. ad Iliad. B. Ἀνωκτὸν δὲ ὁ Ὁμηρικὸς ἐχθὲς μέσον, ἀπὸ τῆς Μεσσήνης. καὶ μὴν δοκεῖ τισὶ καινὸν ὁ δι' ἀγνοίαν καπηλεῖον εἶπεν. εἰ οὖν ἐστὶ δῆλον, ὅτι, ὅσοι πεν ὕδρευ· σαν πολυανθρώπου τῆς Μεσσήνης μέσης.

42 Καὶ χώρα Περσίδος Μεσλὼν, ἀπ' ἔνιος σ, ὑπὸ τὸν δύο παμῶν Εὐφράτου καὶ Τίγρεως μεσαζομένη.] Hunc locum, si quem alium, librarii miserrime detruncarunt, omittentes nomen regionis cui attribuitur hæc Mesene, & nomina fluviorum quibus adjacet, ita enim in vulgatis concipiebatur: Καὶ χώρα Μεσλὼν, ἀπ' ἔνιος σ, ὑπὸ τῶν δύο παταμοῦ αὐτῷ μεσαζομένη. Totum locum lacunis repletis, uti nos cum divulgamus, sic edi curavat Salmasius ex MSS, uti liquet Plin. Exercit. pag. 698.

43 Στρεφέων ὀγδόη.] In omnibus calamo exaratis & excusis legitur Στρεφέων ἑβδόμη. Sed libro octavo, non vero septimo, hujus urbis memoriam celebrat Geographus, cujus verba comment. allegavimus.

47 Ὅθεν ἄριστος Μεσσωγίτης οἶνος, ὁ Ἀρωμάτης.] Eadem hæc verba citantur Stephano in voce Ἀρωμᾶται, & adscribuntur urbi Æthiopiæ, qua de re nos ad illum adscribuntur urbi Æthiopiæ, qua de re nos ad illum locum. Nunc autem, quia commoda sese offert occasio, ostendam in iis pellimum latere vitium, antea nobis non observatum, quam ob causam Strabonis verba altius sunt repetenda, ita enim ille: Ἐ΄στι δὲ καὶ ἡ Βύβλα, Μάσσυρα, Ἀγάμεμνα, καὶ Ὕβλη ἡ πόλις ἐν τῷ ὄρει τῷ Ἀγάμεμνι, συνάπτοντι τῷ γεφύρᾳ. ὅθεν ἄριστος Μεσσωγίτης οἶνος ὁ Ἀρωμάτης. Si urbis nomen numero plurativo sit efferendum, inde non deducitur Ἀρωμάται sed Ἀρωματῖται, quod gentile Straboni & Stephano est reddendum. Ἀρώμης Æthiopiæ oppidum gentilia habet Ἀρωμίτης & Ἀρωμάνης, de quibus suo loco.

48 Ἑκαταῖος Λιβύῃ.] Libri omnes constanter exhibebant Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ, quasi vero Hecatæus urbem Libyæ, in Asiæ descriptione meminisset. Vidit Cl. Vossius hoc absurdum, & in notis ad Melam pro Ἀσίᾳ reſcripsit Λιβύῃ, quod sequuti sumus. Idem Hecatæi opus a nostro allegatur in Ἐλίκαις, ibique Λιβυκὰς Περιήγησις dicitur.

49 Ἣν Μέτας Τυρρηνὸς ᾤκισεν.] In omnibus libris legitur ᾤκεισεν, quod emendavit Salmasius. Hinc nugamerus oppidorum in Lesbo augeri posset. Geographi enim quinque in isthac insula urbes describunt, inter quas Metaum non recenſetur.

50 Πολύβιος πίμπλησι.] Ob oculos habuit noster sine dubio hæc Polybii verba: Ἀφικόμενος δὲ εἰς τὸν τῶν καλουμένων Μετώπων, ἃ κεῖται μὲν ἐπ' αὐτῇ τῇ Τεγαιτῶν καλουμένῃ λίμνῃ, ἐν τῷ δεξιῷ πλευρῷ τοῦ Ἀχελῴου. Si urbis nomen numero pluralivo efferendum, inde non deducitur Ἀκαρνᾶνες sed Ἀκαρνᾶσι, quod emendavit Salmasius. Hinc nugamerus oppidorum in Lesbo augeri posset. Geographi enim quinque in isthac insula urbes describunt, inter quas Metaum non recenſetur.

51 Τὸ

λύβιος πίμπλω. [51] τὸ ἐθνικὸν Μεταπαῖος, ἡ Μεταπαΐς, ἀφ' οὗ τὸ ἐπιχώριον.

Alybius libro v. Gentile, Metapæus & Metapensis, juxta formam vernaculam.

ΜΕΤΑΠΟ'ΝΤΙΟΝ, πόλις Ἰταλίας, [52] ἡ πρότερον Σίρις, ἀπὸ Μεταπόντου τοῦ Σισύφου, τοῦ Αἰόλου. [53] τὸ δὲ μετάπαντον οἱ Βάρβαροι Μέταβον ἔλεγον. ὁ πολίτης, Μεταποντῖνος. ἀφ' οὗ φίλωνος αὐλητὴς, ὁ ποιητής. λέγεται δὲ Μεταποντῖνος, ὡς Βυζάντιος, καὶ Μεταποντίνη.

METAPONTIUM, urbs Italiæ, quæ antea Siris appellabatur, nomen habens a Metapo Sisyphi filio, Æoli nepote. Metapontum enim barbari Metabum appellabant. Civis, Metapontinus. Hinc oriundus fuit Philo tibicen & poëta. Dicitur quoque Metapontius, uti Byzantius, & Metapontina.

ΜΕΤΑ'ΧΟΙΟΝ, φρούριον Βοιωτίας, μεταξὺ Ὀρχομενοῦ καὶ Κορωνείας. Ἔφορος τεσσαρακοστῷ. τὸ ἐθνικὸν, ὁ Μεταχοιεύς· ὡς ἀπὸ Οἴης, τὸ ἐξ Οἴης. Οἶον δὲ δῆμος Ἀπιδανῆς, ὡς λέλεκται, ἡ Μεταχοιάτης· καὶ πόλιχνιον, ἧς τὸ ἐθνικὸν Οἰάτης. [54] Ἀνδροτίων δὲ ἐν τῷ ζ' Μεταχοίᾳ ναέτης φησὶ, καὶ ἴσως ἀδιφορητικῶς.

METACHOEUM, castellum Bœotiæ, inter Orchomenum & Coroneam, cujus meminit Ephorus libro xxx. Gentile, a Metachoco, quemadmodum Oeum, ab Oeo. Oeum vero Demus Atticus est, uti dictum est. Vel Metachoeates. Oeus enim oppidulum, cujus gentile Oeates. Androtio vero libro septimo, fortassis per periphrasin, *Metachoei incola* dixit.

ME-

[51] Τὸ ἐθνικὸν Μεταπαῖος, ἡ Μεταπαΐς.] Ita hunc locum emendat Salmasius, cui facile assentimur. In omnibus libris pessimo errore legebatur: Τὸ ἐθνικὸν Μεταπαῖος, ἡ Μεταπαΐος. Hæc confer cum gentilibus vocis Καυδιανὸς, & emendationem approbabis.

[52] Ἡ πρότερον Σίρις.] Sic quoque vult Eustathius hanc urbem *Sirin* appellatam, sic enim ille ad Dionysium: Οἱ περὶ τὸς Λοκρὸς ἴστορουσιν οἱ Μεταπόντιοι, ὅτι πόλις τις Μεταπόντιον, ἡ ποτὲ λεγομένη Σίρις. Quod si verum esset, etiam Πολίειον nuncuparetur, ita enim noster: Πολίειον, πόλις Ἰταλίας, ἡ πρότερον Σίρις καλουμένη. Sed Metapontum & Sirim diversas fuisse urbes, satis ostendit Cluverius in Ital. Ant. lib. IV.

[53] Τὸ δὲ μετάπαντον οἱ βάρβαροι Μέταβον ἔλεγον.] Non possum quin transcribam verba Salmasii ad hunc locum in Plin. Exercit. ita commentantis. Metabum a quo Metapontum conditum est, Sisyphi filium Æoli nepotem stephanus ita vocatum a barbaris dicit, quum verum nomen ejus esset Μέταπος. τὸ μετάπαντον οἱ βάρβαροι Μέταβον ἔλεγον. τὸ μετάπαντον verum sit, addubito. Græci auctores Μέταπον eum passim appellant. Strab. lib. VI: Τὸν τὴ Μελανίππην, ὃν φασὶ τοῦτον, ἀπὸ τούτου Δῖον κτισθῆναι, ὑπάρχειν δὲ τοῦτον ἐκ Σιδῶνος τῶν Φοινίκων, ἢ ἀπὸ τῆς Μέταπος. Idem Stephanus in voce Καυλωνία, Metabum nominat, cur non Metapontum, si ita vocandus? Διὰ τί δὲ τὸν αὐτὸν, τὸν Μεταπόντιον. Immo hic locus aperte ostendit, Μέταβος verum illius Herois fuisse nomen, a quo per depravationem Μεταπόντιον urbs dicta est, quæ dicti debuit Μεταπόντιον: ut Καυλωνία; quam Αὐλωνία magis dictum oportuit, quia ἀπὸ τῆς Αὐλῶνος. His accedit quod Antiochus apud Strabonem urbem hanc Μέταπον primo nominatam fuisse asserit, postea πυρριχιωμαΐδιστὶ Μεταπόντιον. a quibus caverunt, quæ Μέταβος fuit a nomine conditoris appellata? Nam πυρριχιωμαΐδιστὶ est a vero nomine declinare. Servius: *Metabus nomen sumptum de historia: Adriaticum mare urbem Metapontum condidit.* Adde quod Μεταπόντιος, licet speciem Græci nominis habeat, non est Græcum, haud sane magis quam Διάπολις, aut Πεδάνιος. Nulla enim propria nomina ad hunc modum facta. Διαπόλιος quidem & Μεταπόντιος Græca sunt, & tranſmarinum significant. Μέταβος nomen proprium ejus, qui condidit Metapontum, quod Μεταβίους & Μεταβίους dicebatur prius, ut Ὀπάονες Ὀπεῖς, pro quo loci incolæ dixerunt Μεταπεῖς Μεταπεῖτες, uti Ὀπάονες Ὀπεῖτες. Inde *Metapontius*. Τὸ ἐθνικὸν Μεταπόντιος, ut Ὀπάονιος; unde Μεταπόντιον. Quod Græci, ut Græcam sic magis formam haberet, dixerunt Μεταπόντιον, pro Μεταπόντιος: sic Ταυγέτιος & Ταυγέτιον idem. Et notandum est, Græcos scriptores nunquam aliter hujus urbis nomen enuntiare solitos. Nam ut dixi Μεταπόντιον, aut Μεταπεῖτες Græcum non est. At Latini Metapontum vocant τὴν Μεταπόντιον, ut Hyduntum τὴν Ὑδροῦντα, Opuntum τὴν Ὀπούντιον, Buxentum τὴν Πυξοῦντα. Μέταβος Græcum ab antiquo verbo μεταβῶ, quod est μεταβαίνω, unde μετοβὸς, μεταβὸς, apud Hesychio.

[54] Ἀνδροτίων δὲ ἐν τῷ ζ' Μεταχοίᾳ ναέτης φησί.] Hic locus in omnibus libris pessime depravatus circumfertur hoc modo: Ἀνδρότιον δὲ τὸν ζ' Μεσσηνιακῶν φησι. Salmasius etiam animadvertens quoddam errores, in margine sui Stephani eum sic emendare nititur: Ἀνδρότιον δὲ ἐν τῷ ζ Μεσσηνιακῶν φησι. Summopere probandum, ἐν τῷ ζ, nam plures de Attica Androtio libros consignavit: led qua ratione a voce Μεσσηνιακῶν deduci posset Μεταχοιάτης, ego, ut mea est cœcitas, nequaquam video. Emendandum censui Μεταχοίᾳ ναέτης, quæ vera est periphrasis, de qua noster. Hujusmodi periphrases in quavis lingua, si gentile non satis commode, juxta solitam regionis formam & analogiam formari possit, sunt frequentissimæ. Sic lib. IV Epigram. in principio periphrastice *Rhodii* appellantur Ῥόδου ναῖται.

Ἀντὶ σοι αὐτὸς Ὀλυμπιονίκου ἐμφανίσας κηλοῦσιν
Τὸν ἐν Ῥόδου ναίτης Δωρικὸν ἄθλιον.

Sunt plurima urbium nomina, unde gentile non rite formatur, pro quo periphrasin usurpare necesse est, ipse noster: Ἀ'κραγα πολίχνιον ταφαῖον Ἡφαιστέως. λέγ. κρὰξ ἀκροθίνιον, ἀπὸ τοῦ Ἀκράγα. Multi quoque Demi in terra Attica reperiuntur, de quibus gentile non formatur, nisi adhibita periphrasi, ut clare ostendit noster in Βατη. Denique a multis insulis etiam non fiunt juxta canones solitos gentilia, quod exiam exemplo ex Stephano petito possit addirui, ita enim ille in Ἐρυθραί. ὁ πατρικὸς, Ἐρυθραῖος, ἀπὸ Μακεδόνος· ἡ Ἐρυθραία τῆς Ἠπείρου Φθιώτις, ὁ πολίτης τῆδε Ἐρυθραῖος. A multis fœderatarum provinciarum urbibus & pagis, nec non alibi in orbe terrarum insulis, etiam non posse formari gentilia, ampliter demonstrari posset, si existimarem operæ pretium fore.

ΜΕ'ΤΗΛΙΣ, [53] πόλις Αἰγυπτία, πλησίον Ἀλεξανδρείας, ἡ νῦν Βῆχις λέγεται. τὸ ἐθνικὸν, Μετηλίτης νόμος.

ΜΗ'ΔΑΒΑ, [56] πόλις τῆς Ναβαταίων. ὁ πολίτης Μηδαβαῖος, ὡς Οὐρανίων ἐν Ἀραβικῶν δ' βύβλῳ.

ΜΗΔΙ'Α, χώρα τῆς Κασπίαις θαλάσσαις κειμένη πόλαις. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. [57] ἀπὸ Μήδου, υἱοῦ Μηδείας. τὸ ἐθνικὸν Μήδος, ὁμοφώνως τῷ πρωτοτύπῳ. καὶ Ἡλιόδωρος, Μηδὶς καὶ Μηδικὸς, [58] καὶ Μήδειος λέγονται. ὁ Μηδικὸς ὀπὸς, ἡ Μηδικὴ βοτάνη. Στράβων, φέρει δὲ σίλφιον ἡ χώρα, ἀφ' οὗ ὁ Μηδικὸς καλούμενος ὀπὸς, [59] ὃ πολὺ λειπόμενον τῆς Κυρηναϊκῆς. καὶ πάλιν· καὶ τῷ βοτάνῃ τῷ μάλιστα τρέφεσθαι ἵππους, ἣν Μηδικὴν καλοῦμεν.

ΜΗ'ΘΥΜΝΑ, πόλις ἐν Λέσβῳ τῇ νήσῳ, ἀπὸ Μηθύμνης τῆς Μάκαρος θυγατρὸς, [60] καὶ γυναικὸς Λεπετύμνου. [61] ὁ πολίτης, Μηθυμναῖος. [62] ἔστως δὲ ἀναγράφει Ἐχεκρατίδης περιπατητικὸς, Ἀριστοτέλους οἰκήτης, καὶ μυρσίνος συγγραφεὺς, καὶ Ἀρίων, καὶ ἄλλοι πολλοὶ Μηθυμναῖοι. [63] καὶ ἡλικὸν, Μηθυμναία χώρα, καὶ γυνή.

ΜΗ'ΚΙΣΤΟΝ, [64] πόλις Τριφυλίας. Ἑκα-

A METELIS, urbs Ægyptia prope Alexandriam, quæ nunc Bechis dicitur. Gentile Metelites nomus.

MEDABA, oppidum Nabatæorum, cujus oppidanus Medabenus, auctore Uranio libro II Arabicorum.

B MEDIA, regio Caspiis portis adjacens, cujus meminit Hecatæus Asia, a Medo filio Medeæ nomen habens. Gentile, Medus, quod idem est ac primitivum; & fœmininum Medis, & Medicus. Vocantur etiam Medi. Hinc Medicus liquor, & C Medica herba, de quibus Strabo: *Regio autem silphium fert, unde Medico succo nomen, non multum inferior Cyrenaico.* Et rursum: *Et herbam maxime alentem equos, quam Medicam vocamus.*

D METHYMNA, urbs in Lesbo insula, nomen habens a Methymna Macaris filia & uxore Lepetymni. Civis, Methymnæus. Hoc enim nomine commemoratur Echecratides Peripateticus, Aristotelis familiaris, & Myrsinus Historicus, & Arion, & alii multi Methymnæi. Et fœmininum de regione & mu- E liere in usu est.

MECISTUM, urbs Triphyliæ, de qua

[53] Μέτηλις, πόλις Αἰγυπτία.] Male in Veneta Florentinaque editione Μίνλις, ut ex gentili satis liquet. Ptolemæus lib. IV cap. V, quædam veteris ecclesiæ Notitiæ, & Benjam. Tudelensis hujus meminere; qui hodie *Rosetto* ab Italis, & *Raschita* Turcis appellari perhibet.

[56] Μήδαβα, πόλις τῆς Ναβαταίων.] Urbs est in finibus Moabitarum, cujus etiam memoria celebratur lib. I Machab. cap. IX: 36, ubi etiam Nabatæis, qui eodem capite Ναμβρίοις appellantur, finitimi censentur: Καὶ ἀπίσειλαν Ἰωάνην τὸν ἀδελφὸν αὐτῶν ἡγούμενον τῆς ὄχλου, καὶ παρεκάλεσαν τοὺς Ναβαταίους φίλους αὐτῶν δεῦρο ἵνα αὐτοὶ τὴν ἀποσκευὴν αὐτῶν τὴν πολλὴν. Καὶ ἐξῆλθον οἱ υἱοὶ Ἰαμβρὶ ἐκ Μηδαβᾶ, καὶ συνέλαβον Ἰωάνην, καὶ πάντα ὅσα εἶχε, καὶ ἀπῆλθον ἔχοντες. Minus recte prima hujus vocis vocalis per ι scribitur apud Joseph. lib. I de Bel. Jud. cap. II.

[57] Ἀ'πὸ Μήδου υἱοῦ Μηδείας.] Antiquo nomine *Medi* appellabantur *Arii*, sed cum ad eos Athenis concessisset Medea Colchis, ipsi hoc nomen mutaverunt, teste Herodoto lib. VII: Ἐκαλέοντο δὲ πάλαι ἀνέκαθεν πάντων Ἀριοι, ἀπισχομένης δὲ Μηδείης τῆς Κολχίδος ἐς Ἀθηναίους, ἐς τοὺς Ἀρίους τούτους, μεταβαλεῖν τῷ ἔθνεϊ τὸ οὔνομα. αὐτοὶ δὲ σφέων ἀδὲ λέγουσι Μῆδοι. Sed hæc Græcorum est fabula. Nam nomen habent Media conditore מדי *Madai* tertio Japheti filio, vel ab Arabico מדד terminum significante, quia versus orientem Media fuit terminus terrarum, quas possiderunt filii Japheth. Sed hac de re vide doctissime disserentem Sam. Bochartum Geog. Sac. lib III cap. XIV.

[58] Καὶ Μήδειοι λέγονται.] Non placebat nobis, καὶ Μηδικὸς λέγεται, quæ erat vulgata lectio: nos in medio diphthongum posuimus, inducti auctoritate Eustathii, sic enim ille in Comment. ad Dionysium: Καὶ ἔστι δὲ Μῆδος, καὶ Μήδειος λέγεται ὡσπαρεξυτόνως, καθάπερ ὁ παρ' Ὁμήρῳ Κύτειος.

[59] Οὗ πολὺ λειπόμενον.] Loca quæ noster ex Geographo allegat, reperiuntur lib. XI. Sed negativa ου in Strabone non conspicitur, quam opportune Incomparabilis Salmasius Geographo reddidit, quem vide in Plin. Exerc. pag. 360, ubi etiam de Silphio prolixam dissertationem instituit. Vide præterea Vossium virum summum ad Melam pag. 39.

[60] Καὶ γυναικὸς Λεπετύμνου.] In omnibus editis & MSS legebatur, καὶ γυναικὸς Λεπιδίου, quem errorem vidit & correxit Doctiss. Tho. Gale in notis ad Partheni um. Lepetymni mentio est apud Partheni um cap. XXI: Μίμνερμος δ' πιθυς τῶδι, καὶ ὁ τὸν Λέσβιον πτισσας, οὐ θεὸς δν.

Ἐ'νθεν δὴ Πηλείδης κρατερὸν κτάνε λαὸν Ἀλάμηδον ὄπα
Ἐκ Γεσσείοιο πάτρης ὑμνεμβολος Λεπετύμνου
Τέκνα, Μηθύμνης τε.

Fuit quoque mons hoc nomine, ubi sepultus est Palamedes de quo Lycophronis Scholiast. Ἐν Λεπετύμνῳ δὲ ὄρει τῆς Μηθύμνης Παλαμήδης τεθαπται· ἡ δὲ Μηθυμνα, μία τῶν ὑπὸ τῷ πιττακῷ Λεσβῶν.

[61] Ὁ' πολίτης Μηθυμναῖος.] Apud Tristanum & alios nummus circumfertur cum inscriptione ΜΗΘΥΜΝΑΙΩΝ.

[62] Οὕτως δὲ ἀναγράφεται.] In omnibus editis exhibetur, ἔστω δὲ ἀναγραφή. Quod nos divulgamus, in MSS conspicitur, meliorque nobis videbatur lectio.

[63] Καὶ ἡλικὸν, Μηθυμναία χώρα ἢ γυνή.] Utitur genere fœm. Parthenius in Eroticis cap. XXI: Ποσειδῶνα πρὸ Μηθυμναίων ἢ βασιλέως θυγατέρων, ἡνικαπερ ὑπὸ τοῖχος τὴν Ἀχαΐδα, ἐφοιδήσαν αὐτῷ.

[64] Μέκιστον.] πόλις Τριφυλίας.] Eadem Apostolio Prover. 170? dicitur male Μακιστὸς Eadem est quæ supra Μάκιστος, quam Hecatæus Jonice Μήκιστον dixit.

55 Μα-

Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ἔστι δὲ ἄλλη τῆς Ἠλιάδος. τὸ ἐθνικὸν, Μηκίστιος. A qua Hecatæus in Europa. Est quoque alia Elidis. Gentile, Mecistius.

ΜΗΚΥΒΕΡΝΑ, [65] πόλις Παλλήνης, τῆς ἐν Θράκῃ Χερρονήσου. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ὁ πολίτης, Μηκυβερναῖος. [66] ἔστως δὲ ἀναγράφει Ἡγήσιππος, ὁ τὰ Παλληνιακὰ συνταξάμενος, ἐξ Φιλωνίδης, καὶ οἱ ἄλλοι. MECYBERNA, urbs Pallenæ; Chersonesi in Thracia, de qua Hecatæus in Europa. Civis, Mecybernæus. Hoc nomine recensentur Hegesippus, qui Palleniaca composuit & Philonides & alii.

ΜΗΛΟΣ, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ὁμώνυμον ἔχουσα πόλιν. Φοίνικες δὲ οἰκίσαντες αὐτήν φασιν· [67] ὅθεν καὶ Βύβλος κεκλῆσθαι, ἀπὸ τῶν Βυβλίων Φοινίκων· [68] ἀλλὰ καὶ Ζεφυρία. [69] ὁ πολίτης Μήλιος. Διαγόρας ὁ Μήλιος, καὶ Σωκράτης, παρ' Ἀριστοφάνει. [70] οἱ δὲ ἐν Θετταλίᾳ, Μηλιεῖς. ἔστι δὲ κώμη τῆς Ἀκαρνανίας, ἧς τὸ ἐθνικὸν Μηλιεύς. καὶ Μηλιάς ἡ χώρα. Δωριεῖ δὲ ἀπὸ τοῦ Μήλιος Μηλιεύς, καὶ Μηλιακὸς, [71] καὶ Μήλιος ἡ χώρα. MELUS, insula una ex Cycladibus, urbem habens ejusdem nominis. Phœnices olim conditores fuere, unde etiam Byblus appellata est a Bybliis Phœnicibus. Vocatur etiam Zephyria. Civis, Melius. Diagoras Melius & Socrates apud Aristophanem. Alii vero sunt Melienses in Thessalia. Est quoque vicus Acarnaniæ, cujus gentile Melienſis, quod etiam per A Doricе ſcribitur. A voce Μήλιος deducitur Melieus, & Meliacus, & Melis, quod regionis nomen eſt.

ΜΗΛΟΥΣΣΑ, νῆσος κατὰ Ἴβηρας. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. τὸ ἐθνικὸν, Μηλουσαῖος. MELUSSA, insula juxta Iberos, de qua Hecatæus in Europa. Gentile, Melussæus.

ΜΗΝΙΓΞ, [71] νῆσος πρὸς τοῖς Σύρτεσι, καὶ πόλις. τὸ ἐθνικὸν, Μηνίγξ. MENINX, insula circa Syrtes, & urbs, cujus gentile Meningius.

ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ, [71] πόλις Φρυγίας. METROPOLIS, urbs Phrygiæ; a ma-

[65] Μακύβερνα, πόλις Παλλήνης.] Distabat hæc urbs stadia viginti Olyntho, teste Hyperide apud Harpocrationem: Γεγράφηκε δὲ καὶ ὁ Δημοσθ. πόλις ἐστὶν ἡ Θρᾴκη, σταδίους εἴκοσιν ἀπέχουσα τῆς Ὀλύνθου ἡ Μηκύβερνα.

[66] Οὕτως δὲ ἀναγράφει.] Uti supra, ita etiam hæc in editis legebatur, ὅτου δὲ ἀναγράφει: quod auctoritate MSS correximus.

[67] Ὅθεν καὶ Βύβλος κεκλῆσθαι.] In Aldina Juntinaque turpi mendo legitur: ὅθεν ἡ Βύβλος κεκλῆσθαι, quod emendavit Xylander, quem sequimur, quanquam Salmasius in Plin. Exercit. docet, fortasse legendum, ὅθεν ἡ Βυβλὶς κεκλῆσθαι, motus auctoritate Plinii apud quem legebatur: *Melos cum oppido, quam Aristides Byblida appellat*. *Aristoteles Zephyriam, Callimachus Acmelida.*

[68] Ἀλλὰ καὶ Ζεφυρία.] In MSS exhibetur Ἔστι δὲ Ζεφυρία, quod omnino ad rem non facit. Zephyriam hanc insulam vocatam fuisse comment. præced. ex Plinio demonstravimus. Habet tamen hæc insula alia quædam nomina, hoc loco non recensita. Hesychius: Λαύσος· ὁ λίκνισμος τὸ πλοῖον. ἢ ἡ Μῆλος. Et tertio apud eundem: Μυμάλης, Μῆλος· ἢ νῆσος. Et alio loco eundem Lexicographum: Μίμαλος, ἡ νῦν Μῆλος. Sed postea vidi omnia hæc loca occupasse Bochartum.

[69] Ὁ πολίτης, Μήλιος. Διαγόρας ὁ Μήλιος, καὶ Σωκράτης παρ' Ἀριστοφάνει.] Hic locus in omnibus libris MSS & editis mutilus & corruptus repræsentatur hoc modo: Ὁ πολίτης, Διαγόρας Μήλιος ἢ Σωκράτης, καὶ ne: Ὁ πλοιικὸς Διαγόρας ὁ Μηλ. Veram & genuinam lectionem huic vitiato loco reddidit CL. Menagius in suis ad Laertium observat. Salmasius in Stephanum fui margine emendabat, ὡς Ἀριστοφάνης, reliqua intacta relinquens. Diagoram Melium fuisse, omnes norunt; sed Socratem insulam hanc patriam habuisse a verisimile specie est remotissimum, fuit enim Atheniensis ἐκ δήμου Ἀλωπεκῆθεν, uti loquitur Laertius in ejus vita. Sed Aristophanes in Nebulis cum vocat Μήλιον per jocum & risum, quia existimabant Atheniensis, illum non melius de Diis sentire quam Diagoram. Liquet hoc evidenter ex Schol. in Aristoph. ubi Comicus Socratem hisce verbis perstringit:

Φῂς τἀρ' ἄφιξιν ταῦτα; Στρ. Σωκράτης ὁ Μήλιος.

Ἐπὶ Διαγόραν, Μήλιον ὄν, διεβάλλετο ὡς θεομάχον, καὶ ὁ Σωκράτης δι' ὃς ἔλεγεν ἀλαζονικῶς. ἀλλ' οὗτοι Μήλιοι αὐτοὶ ἦσαν.

[70] Οἱ δὲ ἐν Θετταλίᾳ, Μηλιεῖς.] Videsis quæ annotavimus ad vocem Μαλιεύς.

[71] Καὶ Μηλὶς ἡ χώρα.] Ita Græcos hanc regionem nominasse evidenti testimonio liquet ex Herodoto lib. VII, ubi Xerxis exercitus processum & castrametationes describit: Ταῦτα μὲν τὰ ἐν Θετταλίῃ, καὶ τὰ ἐν πόντῳ θαλάσσης, ἐν τῇ ἀμπωτίς τε ἐγένετο ἀπὸ πλείω ἡμέρας χίλιαι.

[71] Μήνιγξ, νῆσος πρὸς τοῖς Σύρτεσι.] Descriptionem hujus insulæ habemus apud Agathemerum lib. I cap. V: Ἀπὸ Κερκίνης ἐστὶ νῆσον Μήνιγγα τὴν Λωτοφαγίτιν τὸ σχῆμα. Ἡ δὲ Μήνιγξ μᾶλλον ταινίᾳ ἔοικε ἢ μικρᾷ Σύρτει. Λίθινον τεῖχος ἔχει. Ad sectionem Λωτοφίτιν censebam, Meningem Lotophagitidem fuisse dictam, quod ut verum fatear, non recte ex illis verbis concluditur, debebat enim tunc legi Λωτοφαγίδα. Ergo interpretandum: *A Cercina ad insulam Meningem, quæ ad regionem Lotophagitim pertinet, solvitur velificatione stadiorum* 600. Cercinam & Meningem ad Lotophagorum terram pertinere docet perspicue Eustathius in Comment. ad Dionys. de Situ orbis hisce verbis: Οὕτω πρὸς τὴν ἐπιτεμάδα Σύρτιν, τὴν μακρὰν ἐκτείνουσαν νῆσον Μήνιγγα ἐξ Κερκίνας. Λωτοφάγων δὲ γῆ ἐστὶ αὕτη λέγεται, ἧς μαρτυρεῖ ἡ Μήνιγξ, ὃν ἡ ἐξ βαμὸς Ὀδυσσεὺς λωτὸς πολύς.

[71] Μητρόπολις, πόλις Φρυγίας.] Voculam πόλις, quæ ab omnibus libris MSS excusis abest, interferendum judicavimus. Sic noster in sequentibus Μητρο-

γίας, [74] ἀπὸ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν οἰκισθεῖσα, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Φρυγίας. ἔστι καὶ ἄλλη Φρυγίας ὁμώνυμος. τρίτη, Λυδίας. τετάρτη, Θεσσαλίας· πέμπτη, Ἀκαρνανίας· τὸ ἐθνικὸν, Μητροπολίτης. ἕκτη, Δωριέων. ἑβδόμη, [75] ἐν τῷ Πόντῳ Μοσσυνοικῶν· ὀγδόη, Σκυθίας. ἐνάτη, Εὐβοίας. δεκάτη, ἡ ἄνω Θεσσαλίκης.

Aa matre Deorum condita, teste Alexandro in libro de Phrygia. Est quoque alia Phrygiæ ejusdem nominis. Tertia, Lydiæ. Quarta, Thessaliæ. Quinta, Acarnaniæ. Gentile, Metropolita. Sexta, Doriensium. Septima in Ponto Mossynœcorum. Octava, Scythiæ. Nona, Eubœæ. Decima superior Thessaliæ.

ΜΙΑ΄ΚΩΡΟΣ, [77] πόλις Χαλκιδικὴ Θεόπομπος κέ Φιλιππικῶν. ὁ πολίτης, Μιακώρεος.

MIACORUS, oppidum Chalcidicum, de quo Theopompus libr. xxxv Philippicorum. Oppidanus, Miacorius.

ΜΙΔΑ΄ΕΙΟΝ, [78] πόλις Φρυγίας. Ἑλάνικος ἐν δευτέρῳ Δευκαλιωνείας. ᾗ Μιδαεὺς λέγοντας. [79] τὸ ἐθνικὸν Μιδαεὺς, ᾗ Μιδαέως, ᾗ Μιδήιον.

MIDAËUM, urbs Phrygiæ, cujus meminit Hellanicus libro secundo Deucalioneæ. Appellatur etiam Midæ. Gentile, Midaënsis, & Midæensis, & Midæium.

ΜΙ΄ΔΕΙΑ, [80] πόλις ἐν Ἄργει, ἡ νῦν κώμη, ἡ πρότερον Περσέως πόλις, ἀπὸ Μιδείας τῆς Ἀλωέως θυγατρός. λέγεται δὲ χωρὶς τοῦ ι, Μίδεα. ὁ πολίτης, Μιδεάτης, [81] ᾗ γλυκὺν, Μιδεᾶτις, ᾗ Μιδαῖος. ἔστι δὲ ἑτέρα πόλις Βοιωτίας. Οὕμηρος,

Οἵ τε πολυστάφυλον Ἄργος ἔχον,
οἵ τε Μίδειαν.

ἔστι δὲ Λυκίας ἄλλη.

MIDEA, urbs Argolidis, quæ nunc pagus, antea Persei urbs, nomen habens a Midea Aloëi filia. Dicitur etiam absque I Mida. Civis, Mideata, & genere fœminino Mideatis, & Midiæus. Est quoque alia urbs Bœotiæ, de qua Homerus:

Quique vitiferam Argen incolebant, quique Mideam.

Est præterea alia Lyciæ.

ΜΙΕΖΑ, [82] πόλις Μακεδονίας, ἣν Στρυ-

MIEZA, urbs Macedoniæ, quæ Strymonium

τολις, πόλις μεταξὺ Κυζίκου. Et sic aliis in locis: Γωνοκώπολις, πόλις Φρυγίας· Δάλου πόλις, πόλις Διὸς.

74 Ἀπὸ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν οἰκισθεῖσα.] Quemadmodum in præcedentibus credere non poteramus, Jovem urbem Cyalum in Lydia ædificasse; sic hoc loco credere difficillimum est, Matrem Deorum hanc in Phrygia urbem condidisse. Hinc est quod cum Salmasio suspicer pro οἰκισθεῖσα, fortassis substituendum esse πεμφθεῖσης vel simile quid.

75 Τὸ ἐθνικὸν, Μητροπολίτης.] Gentile hoc omnibus decem enumeratis urbibus commune, nisi quod aliquando numilmata inveniantur in quibus regio occurrit, cui urbs attribuitur. Apud Tristanum repræsentatur nummus Gordiani cum hac inscriptione: ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ. Stephanus noster Ioniæ Metropolin non meminit, quam fortasse Lydiæ assignavit, cum termini utriusque regionis sæpenumero confundi soleant. Testatur etiam Sponius vir in antiquitate versatissimus, se apud Patinum vidisse nummum, in cujus altera parte Solon, & in altera Jupiter & Diana Ephesia repræsentabatur cum hac inscriptione ΚΟΙΝΟΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΙΩΝΙΑ.

76 Ἐν τῷ Πόντῳ Μοσσυνοικῶν.] In omnibus MSS & etiam in Veneta Florentinaque editione legitur Μοσσυνικῶν, per simplex σ & dempto o parvo.

77 Μιάκωρος, πόλις Χαλκιδικῆς.] Mirum est profecto, tantam nostri auctoris oscitantiam fuisse, ut ex eodem auctore & eodem libro, falsa quadam scriptura inductus, duas diversas urbes finxerit, alteram Μιακωρεὺς, alteram Μίακορος appellans.

78 Μιδάειον, πόλις Φρυγίας· Ἑλάνικος ἐν δευτέρῳ Δευκαλιωνείας.] Pessime hunc locum & mutilate edidere Aldus & Junta, in quorum editionibus excusum legitur: Μιδαεὺς, πόλις Φρυγίας, ἐν δευτέρῳ Δευκαλιωνείας. Supplevit hanc lacunam Xylander, quam quoque repletam vidimus in MSS. Midaeum in superiori Phrygia prope Ancyram situm est, uti liquet ex Ptol. lib. v cap. 11, Strab. lib. xii & Plin. lib. v cap. xxxii.

79 Τὸ ἐθνικὸν Μιδαεύς.] Profert Tristanus nummum Antonini Augusti, in cujus aversa parte conspicitur Æsculapius cum inscriptione ΜΙΔΑΕΩΝ. Similem epigraphen vidit Illust. Spanhemius in nummo Caracallæ in Gaza Medicea & Museo Lomeniano. Idem gentile nobis suppeditavit Cod. MS Vossianus in voce Ἀμαζόνιον. Salmasius retinet quod a Xylandro vulgatum est, nempe Μιδαεῖδις, sed pro secundo gentilato est, nempe Μιδαεῖδις, quod nollem factum, nam a tali substituit Μιδεῖδις, quod nollem factum, nam a tali substituit Μιδεῖδις, quod etiam urbi nomen fuit, rite Μιδαεὺς Μιδαῖ, quod etiam urbi nomen fuit, rite Μιδαεὺς deducitur, quod in omnibus MSS & editis conspicitur.

80 Μίδεια, πόλις ἐν Ἄργει.] Eadem leguntur apud Eustathium in comment. ad Iliad. B. Μίδεια δὲ ἡ μόνον οὕτω, ἀπὸ δὲ Ἀργείας, ἡ δὲ πόλις Περσέως κληθεῖσα οὕτως ἀπὸ Μιδείας θυγατρὸς Ἀλωέως. λεγομένη δὲ Μίδεα ὑπὸ ἀπὸ Μιδείας θυγατρὸς Ἀλωέως. λεγομένη δὲ Μίδεα χωρὶς τοῦ ι. ὅθεν καὶ Μιδεάτης Ἀκμαίων. Φασὶ δὲ ὅτι ἡ μὲν χωρὶς τοῦ ι. ὅθεν καὶ Μιδεάτης Ἀκμαίων. Φασὶ δὲ ὅτι ἡ μὲν Μίδεα λίαν ἐστὶ παρεφθαρμένη. Testatur Pausanias in Corinthiacis, Electryonem Alemenæ patrem in ea regnasse. Hæc ejus ætate ita erat deleta, ut sola area restaret.

81 Καὶ γλυκὺν, Μιδᾶτις.] Utitur de Alemene Theocritus Idyll. xiii:

Γ' ἐστὶ χ' ὁ πελαιὸς ἐς ἀφνειὸν Γαλαξίδα
Ἀλκμήνας ὡς Μιδεάτιδος ἐρώτας.

Ad quæ verba Scholiastes: Μιδεάτιδος. Μίδεα πόλις Ἀργείας. οἱ δὲ ἀπὸ Ἀλκμήνης.

82 Μίεζα, πόλις Μακεδονίας.] Videtur hæc Stagiris vicina apud Plut. de vit. Alex. Ejus quoque meminit Plinius lib. iv cap. x, & lib. xxxi cap. ii hisce verbis: *Distillantes quoque gutte in lapides durescunt in antro Corycio: nam Miezæ in Macedonia etiam pendentes in ipsis cameris.*

Ολα-

Σηρυμόνιον ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Μιέζης θυγατρὸς Βέρητος, καὶ Μακεδόνος, ὡς Θεαγένης ἐν Μακεδονικοῖς. Βέρης γὰρ τρεῖς ἐγέννησε, Μίεζαν, Βερρόαν, [81] Ὄλγανον· ἀφ' ἧς ποταμὸς ὁμώνυμος, καὶ πόλις Βερόη, καὶ τόπος Στρυμόνος. [82] Πεθνικὸν, Μιεζάδε, καὶ Μιεζαῖος. Οὕτω γὰρ χρηματίζῃ Νικάνωρ, [83] καὶ Λύσιος.

Amonium vocabatur, a Mieza Beretis filia sic dicta, uti perhibet Theagenes in Macedonicis. Beres enim tres liberos genuit Miezam, Berrhœam, Olganum, a quo fluvius ejusdem nominis, & urbs Beroë & locus Strymonis. Genzile, Miezensis, & Miezæus. Sic enim vocatur Nicanor; uti vult Lusius.

ΜΙΛΗΤΟΣ, πόλις Ἰωνίας ἐν Καρίᾳ τῇ Γ' ὠνυμ. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Δίδυμος δὲ ἐν Συμποσιακῷ φησιν, ὅτι πρῶτην Λελεγηΐς ἐκαλεῖτο; [84] ἀπὸ τῶν ἐνοικησάντων Λελέγων. εἶτα Πιτύουσα, ἀπὸ τῶν ἐκεῖ πιτύων, καὶ ὅτι ἐκεῖ πρῶτον πίτυς ἔφυ. [85] οἱ γὰρ ἐν Μιλήτῳ οἰκοῦντες, ἐν τῇς Θεσμοφοριάδι πίτυον κλάδον ὑπὸ τὴν τράπεζαν, [86] ἢ ἐπὶ τὰ δήματα ἱερὰ κῶνον πίτυος ἐπιθέτουσιν, [87] λέγε τὸ ἐρχεῖον ἢ γλύπτους. μᾶλλον δὲ ταῦτα [88] ἀπὸ Ἄνακτος καὶ Γῆς καὶ Οὐρανοῦ ὠνόμασται.

MILETUS, urbs celebris Jonum in Caria, cujus meminit Hecatæus in Asia. Testatur Didymus in Symposiaco, quod hæc primum Lelegeïs dicebatur a Lelegibus, qui eam incoluere; deinde Pityussa, a pinis scilicet, quæ illic nascebantur, & quod ibidem pinus primum prodierit. Qui enim Miletum incolunt, in Thesmophoriis pinus ramum infra lectum, & in sacris Cereris conum, seu pinus fructum collocant, propter vetustatem generationis. Postea vero ab Anacte Terræ & Cœli filio Anactoria ap-

[81] Ὄλγανον, ἀφ' ἧς ποταμὸς ὁμώνυμος.] Ortelius male hæc verba interpretans, dicit Olganum esse loci nomen. sed bene observat Holstenius debere legi, fluvii nomen. Ait non placet, quod Ὄλγανον subsitituere conetur pro Ὄλγασσον. Si quid mutandum, fortassis scribendum Ὄλγιμον, cujus nominis mons & fluvius reperitur in Macedonia, de quibus Dioscorides lib. III. Videsis ejus annotata ad Orrelium.

[82] Τὸ ἐθνικὸν, Μιεζάδε.] Arriano in Indicis, ubi Alexander ex Macedonibus trirremium ductores constituit, recenseturque Πιλόνικος Ἀλεξάνδρου, Μιεζάδε.

[83] Καζαὶ Λύσιος.] Sic exhibet Xylandriana, quem sequimur. In duabus vetustioribus editionibus una voce legitur καζαλύσιος. In MSS constanti scriptura conspicitur καζαλυσιμος. Puto heic aliquid latere, quod medicas manus desiderat.

[84] Ἀπὸ τῶν ἐνοικησάντων Λελέγων.] Ultima vox ab omnibus libris MSS & editis aberrat, quam tamen censeo Stephanum in genuino opere habuisse, ut constaret a quibus Λελεγηὶς dicta sit. Movebat me quoque Eustathius, ut hanc vocem Stephano redderem, ita enim ille in Comment. ad Dionys. Μιλητος, ἀπὸ ἐπώνυμου Λελέγος ἐκλήθη δὲ πρὶν ἢ Λελεγὶς, διὰ ἐπώνυμον Λέλεγας· καὶ Πελλατία, διὰ τὸ ἐκεῖ πεσεῖν. Adeo antiqua hæc fuit appellatio, ut certum sit, ante Neleum Athenienſem hoc nomen obtinuisse, uti liquet ex Ælian. Var. Hist. lib. VIII. cap. V: Νελεὺς δὲ τὸν Ἰωνίαν ἀφίκετο, καὶ ἔσχε μοῖραν ἧς ἦρχε Μίλητος, Κάρας ἐξελάσας, καὶ Λελέγας, καὶ Μῦας βαρβάρους.

[85] Οἱ γὰρ ἐν Μιλήτῳ οἰκοῦντες ἐν τῇς Θεσμοφοριάδος &c.] In omnibus libris calamo exaratis & editis hic locus mutilus circumfertur, & in Aldina Juntinaque præterea Θεσμοφόρῃσι corrupte sine jota, ultima vox legebatur. Lacunam supplere tentavit Illustris Spanhemius Dissertatione IV de Præst. & usu numismatum, legendo: Οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι ἐν Θεσμοφορίοις &c. Sed quare heic Athenienſes substituantur, rationem nullam video: nam cum hæc sacra non tantum Athenienſibus, verum etiam Lacedæmoniis, Bœotis, Phocenſibus & aliis celebrantur, pari jure quidam ex iis, neque ac Athenienses in illa lacuna substituti possent. Quod nos reposuimus, tantopere nobis placet, ut genuina germanaque lectio videatur, nam cum hic de Mileto agitur, necessario τὸ ἐν τῇ Μιλήτῳ ἐθνικὸν excidisse latendum est. Ad hanc lacunam sic replendam maxime nos movebat Parthenius Phocaënsis, qui cap. VIII Eroticorum testatur, hæc sacra Mileti celebrari solita, ita enim ille: Ὁ πόλις Γαλάτης κατέφθειρε τὴν Ἰωνίαν, καὶ τὰς πόλεις ἐπόρθησε, ἐν Μιλήτῳ Θεσμοφορίων ὄντων, καὶ σωφρονισθέντων γυναικῶν ἐν τῇ ἑορτῇ, ἐβιάσατο τὰ πλείστας αὐτῶν.

[86] Καὶ ἐπὶ τὰ δήματα ἱερὰ κῶνον πίτυος ἐπιθέτουσιν.] In omnibus MSS & vulgatis legebatur κλάδον πίτυος. Doctissimus Meursius variis in locis hunc Stephani locum citans, bis in Græcia Feriata, semelque in Lectionibus Atticis legebat κλωνίον πίτυος, quod est diminutivum a κλὼν κλωνὸς ὁ ramus, sed qua auctoritate & fide, me latere fateor. Optime restituit Illustris Spanhemius loco proxime citato, κῶνον πίτυος, quæ lectio adeo nobis genuina videbatur, ut eam Stephano reddere non dubitaverimus. Κῶνος enim est fructus pinus, cujus meminit Theophrastus apud Athenæum lib. III: Θεόφραστος δὲ τὸ μὲν δένδρον πεύκην ὀνομάζει, τὸ δὲ καρπὸν κῶνον.

[87] Διὸ τὸ ἐρχεῖον ἢ γλύπτους.] Sic legunt omnes codices MSS & editi, sed sensu, ut mihi videtur, parum commodo. Summopere ego miror, hunc locum a tam multis viris, eruditione & ingenii acumine præstantibus citatum, nempe Meursio, Paschalio, Spanhemio cæteriſque, hactenus in mendi suspicionem non venisse, in quam facile fuissent prolapsi, si attenta satis mente Thesmophoria ad examen revocassent. Mulieres sacra hæc celebraturæ variis ut tebantur herbis, ut se castas præstarent, & contra venereos impetus munirent. Castam substernebant in lecto, teste Hesychio: Κνίωρον φυτὸν τι, ὃ τοῖς Θεσμοφορίοις ὑποστόρνυται. Etiam conyzam sive cuniliaginem apud Scholiast. Nicandri: Κόνυζα εἶδός βοτάνης· κρατοῦσι καὶ δὲ ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις· διὸ καὶ τοῖς Θεσμοφορίοις ὑφίστανται. Præterea viticem, Græcis Ἄγνον, aliis Λύγον, adhibebant, ut perhibet Plinius lib. XXIV cap. IX: *Nonnullum a salice vitilium usu vitex dyllat, foliorum quoque adspectu, nisi odore gratior esset, Graeci Ἄγνον vocant, alii Λύγον: quoniam matrona Thesmophoriis Athenienſium castitatem custodientes, his solis cubitus sibi substernunt.* Imo castitatis studio etiam allius vescebantur, uti tradit Etymologici Mag. auctor: Ἐν τοῖς τῶν Θεσμοφορίων καθαρμοῖς, ὅτινες δὲ ἀπέχεσθαι ἀφροδισίων, ἔθος ἦν ἐσθίειν σκόροδα, ὅτινες δὲ ἀπέχεσθαι ἀφροδισίων. Loca hæc omnia perspicue docent, quare mulieres ramum pinus substernere fuerint solitæ, non ἀλλὰ τὸ ἐρχεῖον ἢ γλύπτους, sed quemadmodum ego legendum censeo, ἀλλὰ τὸ ἀγνεῖον ἢ γλύπτους, hoc est, *propter castitatem generationis*, quia Thesmophoriorum legibus tenebantur manere castæ, & cœundi appetitum diminuere atque refrenare.

[88] Ἀπὸ Ἄνακτος καὶ Γῆς καὶ Οὐρανοῦ ὠνόμασται, Ἀνακτορία.] Exhibebant omnes libri calamo exarati, ἀπὸ Ἀνακ-

νομάσθη Ἀνακπεία. [91] ὁ πολίτης, Μιλήσιος. ἔτω καὶ [92] Θαλῆς Ἐξαμίου πατρὸς Μιλήσιος· ἐχρημάτισε, καὶ Φωκυλίδης. καὶ Τιμόθεος κιθαρῳδὸς, ὃς ἐποίησε [93] νόμων κιθαρῳδικῶν βίβλους ὀκτωκαίδεκα, εἰς ἐπῶν ὀκτακισχιλίων τὰ ἀριθμόν, [94] καὶ στρατηγὸς αὐλῶν χίλια. Φησὶ δ' ἐν Μακεδονίᾳ. Ἐπιγέγραπται δ' αὐτῷ τόδε,

Πάτρα Μίλητος τίκτε [95] τὸ μύσαιον πάρος
Τιμόθεον, κιθάρεος δεξιὸν ἡνίοχον.

ΜΙΛΗΤΟΥ ΠΟΛΙΣ, πόλις [96] μεταξὺ Κυζίκου καὶ Βιθυνίας, [97] ἧς ὁ Πτωλεμαῖος. ἔστι δὲ ἄλλη ἐν Περσίδι. [98] ὁ πολίτης, Μιλητοπολίτης· καὶ τὸ θηλυκὸν, ἡ Μιλητοπολῖτις· Στράβων δυοκαιδεκάτῃ.

ΜΙΛΚΩΡΟΣ, Χαλκιδικὴ πόλις ἐν Θρᾴκῃ. ὁ πολίτης, Μιλκώριος· Θεόπομπος εἰκοστῷ πέμπτῳ Φιλιππικῶν.

ΜΙΛΥΑΙ, [99] οἱ πρότερον Σόλυμοι, ὡς Τιμαγένης πρώτῳ βασιλέων· [100] καὶ ἡ χώρα Μι-

appellata est. Civis, Milesius. Sic enim Thales, cujus pater fuit Examius, Milesius dicitur, & Phocylides, & Timotheus citharœdus, qui nomorum citharœdicorum libros octodecim in octo mille versus composuit, & tibiarum mille pronomia. Mortuus est in Macedonia, & hujusmodi in eum epigramma exstat:

Patria Miletus peperit ubis Mamatum
Timotheum, peritum cithara moderatorem.

MELETOPOLIS, urbs inter Cyzicum & Bithyniam circa Rhyndacum. Est quoque alia in Persida. Civis. Miletopolita, & genere fœmin. Miletopolitis, quo utitur Strabo libro duodecimo.

MILCORUS, oppidum Chalcidicum in Thracia, cujus oppidanus, Milcorius, teste Theopompo libro quinto Philippicorum.

MILYÆ, antea Solymi dicebantur, teste Timagene libro primo Regum. Et regio

Μι-

Ἀνάκτειον. ℔ Γῶν, quod aperte mendosum erat, uti bene monuit Bochartus in Geog. Sac. pag 365. Imo heic latere mendum perspicue edocent editiones Aldina Juntinaque, repræsentantes, λὰν Ἀναστὰ γῆς &c. quasi Ἀναστὴς fuisset casus rectus. Hanc CL. viri correctionem antiquis temporibus & Eustathii ætate Stephani codices obsedisse, liquet manifestissime ex comment. ad Iliad. A. ubi ex Ἐθνικῶν Κατηχήσεως Archiepiscopus sequentia in medium adducit: Ἐν δὲ τῷ τῶν Ἐθνικῶν κατηχήσεῃ, καὶ τοιαῦτα φησὶ περὶ Ἀναστῆς, ὡς γῆς ἐ Οὐρανίου. ἀφ' ἧς ἐ ἡ Μίλητος Ἀναστηρία ἐκλήθη πρότ. Scholiastes Apollonii Rhod. ad lib. 1 Ἀναστήειον appellat, ubi etiam alias istius urbis appellationes recenset & etymologias: ἑτεροδιδάσκαλος δ' αὐτὴν λέγει Πιτθέαν, οἱ δὲ Ἀστερίαν, εἶτα Ἀναστερίαν, εἶτα Μίλητον.

[91] Ὁ πολίτης, Μιλήσιος.] Apud Goltzium & Tristanum nummi inveniuntur cum inscriptione ΜΙΛΗΣΙΩΝ.

[92] Θαλῆς Ἐξαμίου.] Xylandrianam sequimur, perperam enim in libris MSS & prioribus editionibus exhibetur, Θαλῆς Ἐξαμίου. In Chronico Alexandrino de Thalete hæc habemus: Θαλῆς ὁ ἐξ Ἀμάου Μιλήσιος, σοφὸς φυσικὸς φιλόσοφος ἀπόφθεγμα &c. Ubi sine dubio corrigendum Θαλῆς ὁ Ἐξαμίου Μιλήσιος.

[93] Νόμων κιθαρῳδικῶν.] Quid sint νόμοι κιθαρῳδικοὶ, & quid sint νόμοι αὐλητικοὶ optime, & nemo hactenus melius explicuit quam Salmasius ad Julium Capitolinum. Terpander fuit antiquissimus νόμων κιθαρῳδικῶν ποιητής. Hunc sequutus est Phrynis Mitylenæus, qui circa rationem nomorum Citharœdicorum aliquid immutavit: sed huic succedens Timotheus, eam ferme totam immutavit, & ad numeros lege solutos dithyrambicorum deflexit. Igitur νόμος in poësi, quam μελικὴν vocant, nihil aliud est quam carmen vel canticum in honorem Deorum alicujus compositum, musicis modulis instructum, quod ad citharam vel tibiam cantabatur.

[94] Καὶ στρατηγὸς αὐλῶν χίλια.] Salmasius in margine sui Stephani censet heic legendum, καὶ στρατήγημα ἄδων εἰς χίλια ἔτη. Sed hæc Stephani verba in notis ad Jul. Capitolinum allegans, nihil mutavit, nec de ulla emendatione mentionem fecit. Deinde exercitationes ad solinum editurus, in prolegomenis monet legendum, καὶ στρατήγημα ἄδων χίλιαι. Sed ut verum fatear, non Salmasiana, sed Meursii conjectura mihi satis fecit, in libello de Archontibus Atheniensibus pro ἄδων emendantis ἀυλῶν, quæ ita nobis arrisit, ut tuto jam edi posse existimaremus. Imo hanc conjecturam suo etiam calculo Ger. Joh. Vossius adprobasse, liquet ex libello de Poëtis Gr. pag. 46.

[95] Τὸν Μύσαιον πυθαιέα.] Articulus abest ab editione Veneta atque Florentina: illum esse necessarium vidit Xylander, quem sequimur. Eum etiam agnoscit Eustathius ad Dionys. sed in comment. ad Iliad. B. eum præter missum video.

[96] Μεταξὺ Κυζίκου & Βιθυνίας.] Ita hæc concipiuntur in codicibus MSS. & editionibus ante Xylandrianam excusis, sine ulla lacunæ suspicione, & quare eam finxerit Xylander rationem nullam video, nec quisquam dicet. Afterisum igitur delevimus, nihil deesse existimantes.

[97] Περὶ τὴν Βιθυνίαν.] Sic optime editum ab Holstenio, quem sequimur, pessimo vero errore in prioribus editionibus, περὶ τὴν Παιονίαν. quod etiam libri MSS repræsentant. Strab. lib. XII cujus verba torte noster respicit: Πρὸς δὲ τῇ Δολιονίδι ἐ τῇ Μαγδωνίδι πεδιάδι, μέρος ἐ Μιλητοπολίτου λίμνης, ἣν ἀποπλεύσαντι ὡς τὰς Ἡιονίδας ἐστὶν ἡ Ῥωδακὶς ἐπὶ πεντήκοντα.

[98] Ὁ πολίτης, Μιλητοπολίτης.] Tristanus tom. II profert nummum cum inscriptione ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΙΤΩΝ, ubi monet legendum ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΙΤΩΝ. Et alium Imperatoris Commodi, in quo excusum est: ΕΥΤΥΧΟΥΣ ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΙΤΩΝ, & ΕΥΤΥΧΟΥΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΙΤΩΝ.

[99] Μίλυαι, οἱ πρότερον Σόλυμοι.] In omnibus MSS οἱ πρότερον, legebatur, quod nec & editis perperam οἱ πρότερον. Antiquissimum eorum cessario erat corrigendum. Antiquissimum eorum nomen fuit *Termila*, deinde *Solymi*, denique Milyæ, cujus rei testem habemus Strab. ita enim ille lib. XII: Καὶ τοὺς Τερμίλας κατοικῆσαι ἐν τῇ νυνὶ Λυκίᾳ, τοὺς ἀπ' ἐκείνου λεγομένους ἐκ Κρήτ. Σαρπηδόνα, Μόνα & Ραδάμανθυν ἀδελφοὺς ὄντας, καὶ ἀνομάσαι Τερμίλας, τοὺς τοῦ Μίνω·

Μιλυάς, ὡς Μινυάς. λέγοντες δὲ Μίλυες]. Ἀπὸ Μιλύης τῆς γυναικὸς Σολύμου, καὶ ἀδελφῆς, ὕστερον δὲ Κράγου γυναικός. τὸ ἐθνικὸν Μιλυάδης, καὶ Μιλυίτης.

Agio vocatur Milyas, uti Minyas. Appellantur etiam Milyes a Milya uxore & sorore Solymi, quæ postea Cragi conjux fuit. Gentile, Milyensis & Milyita.

ΜΙΛΩΝΙΑ, πόλις Σαυνιτῶν ὑπὲρ Φαρνεσέτην. Διονύσιος ἐπὶ πλὰ καιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Μιλωνιάτης.

MILONIA, urbs Samnitum illustrissima, de qua Dionysius libro septimo decimo. Gentile, Miloniata.

ΜΙΜΑΛΚΕΣ, ἔθνος Λιβυκὸν φίλις Σικελικῶν ὀγδόῳ.

MIMALCES, gens Libyca, cujus meminit Philistus rerum Sicularum libro VIII.

ΜΙΜΝΗΔΟΣ, πόλις Λυδῶν Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. τὸ ἐθνικὸν Μιμνήδιος, ὡς ἡ Λυχνίδος Λυχνίδιος.

MIMNEDUS, urbs Lydorum, de qua Hecatæus in Asia. Gentile, Mimnedius, uti a Lychnidus fit Lygnidius.

ΜΙΝΑΪΟΙ, ἔθνος ἐν τῇ Θετταλίᾳ ἡ ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς.

MINÆI, gens in littore maris rubri, cujus meminit Marcianus in ejus Periplo.

ΜΙΝΥΑ, πόλις Θετταλίας, ἡ πρότερον Ἀλμωνία, ἀφ' ἧς ἡ Μινύα, ἀπὸ Μινυᾶ κληθεῖσα. καὶ τὸ Μινύειον, καὶ Μινυεὺς, καὶ Μινυήϊος. ἐπὶ δὲ ἑτέρας Φρυγίας, ὡς Ἡρόδοτος, ἐν τῷ παραπλησίῳ ἐστὶ καὶ τῷ Παλαισίῳ, οἱ δὲ Γηθαῖοι καὶ Μινᾶοι, καὶ πλησίον ἐρημίας πόλεως οἰκήσεως Ἀργοῦς, τὸν τῆ Λιβυστικῷ κόλπῳ ἐπὶ χώρας τῆς νῦν καθ' ἡμᾶς.

MINYA, urbs Thessaliæ, quæ antea Almonia dicebatur. Ex hac erat Minya, quæ a Minya sic vocata est. Et Minyeum dicitur, & Minyeïs, & Minyejus. Est quoque Herodoto, loco proxime allegato. Ita quoque Josepho dicitur in Antiq. Jud. lib. I cap. IV. Ἔστι δὲ τοῦτο τὸ Μιλυάδα μᾶλλον ἢ Μινυάδα. κεῖται τοῦ Ἀσφάλτου βάθος λεπτόρρευστον. Vulgo ibi male legitur Μινυάδα, uti docuit magnus Vossius. Hæc regio transpositis literis Μυλιὰς ab Arriano vocatur lib. I de Exp. Alex. Mag. Ταῦτα κατασκόπως οὐ ἀκριβῶς οἶδα ἔγωγε, εἰς τὴν Μυλιάδα κομιδῇ μᾶλλον χώραν ἐτάσθαι, οὐκ ἐμοὶ γε μαχόμενα Φρυγίοις. Sed fortassis ibi etiam Μιλυάδα scribendum.

[a] Ἀπὸ Μιλύης τῆς γυναικὸς Σολύμου ἀδελφῆς.] Salmasius in margine sui Stephani hunc locum ita corrigendum existimabat: Ἀπὸ Μιλύης τῆς Σολύμου ἀδελφῆς, ὕστερον δὲ Κράγου γυναικός. Sed nimia hæc mutatio mihi non videtur adprobanda. Nam quemadmodum, ut cum Nepote loquar, neque Cimoni fuit turpe, Athenienſium ſummo viro, ſororem germanam habere in matrimonio, ita etiam huic Solymo, inſtitutis orientalium populorum utenti, neque turpe neque nefas fuit, ſororem habere conjugem. Sed hanc regionem ab Milya nomen non ſortiri, demonſtrat Bochartus in Geog Sac. pag 139.

[b] Μινυεὺς, ἔστι δὲ τῆ Θετταλίᾳ ἡ ἐρυθρᾶς θαλάσσης.] In omnibus libris-MSS & Editis duplici, legitur Μινυεὺς minus bene, cum certum ſit, Stephanum alio loco ſimpliciter, vocem hanc exaraſſe: Κάρπανα, πόλις Μινυείων ἔθνους, τοῦτο ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Imo omnes quotquot hujus gentis meminere, illam, quam edi curavimus, vocis ſcripturam agnoſcunt. Solus Dionyſius, forte propter metri legem, duplici, utitur:

Αὐτὰρ Ἐρυθραίης παλάσσης ναίουσι θαλάσσης
Μινυήϊοι τε Σάβοιοί τε, καὶ ἀγχίγυοι Κλιτομῆλαι.

Erant Minæi una ex quatuor maximis Arabiæ gentibus, in parte ad mare rubrum ſita, quorum præcipua urbs Carna, ſive Carnana appellabatur teſte Strabone lib. XVI. Καπικὴ δὲ πᾶ μάγαρα πλέεσκε ἔθνη τοῦ ἐφάπτου μοῦ πόλις αὐτῶν ἡ μεγίστη Κάρνα, ἡ Καρσανά. Sed fortaſſis hi illegendum Κάρπανα, uti habet Steph. ſuo loco. Horum regio thuris proventu fuit felicissima, quod etiam Minæum dicebatur. Plinius lib. XII, cap. XIV: *Hi primi commerciatum thuris fecere maximeque exercuere, a quibus & Minæum dictum eſt.* Imo ipſi Minæi thus & alia aromata ex locis remotioribus in Arabiam Petræam & Paleſtinam uſque devehebant, uti teſtatur Agatharcides hiſce verbis: Περὶ τῆ τῶν Πέτραν κομιζόντων & τῶν ἄλλων ἀρωμάτων. Ultimum gentile occurrit apud Pauſaniam in Fragmento Heſiodi:

Γέγε δ' Ὀρχομενὸν Μινύειον. — — — —

[6] ἐν τῆς ἐθίοις Λυδίας. [7] τὸ ἐθνικὸν, Μινύας.

MINΩ'A, [8] πόλις ἐν Α'μοργῷ τῇ νήσῳ, μία τ Κυκλάδων. δεύτερα, πόλις Σικελίας. τρίτη, ἐν Σίφνῳ, μία τ Κυκλάδων. [9] ἔχει ἢ Μινῴα καλουμένη κρήνη. ἐκαλεῖτο ἐ ἡ Γάζα Μινῴα. [10] ἔστι ἐ A'ρκαδίας, ἧς οἱ πολῖται Μινοῖται, ἀπὸ Μίνωος. [11] ἔστι ἐ Κρήτης, [12] ἔστι ἐ ἄλλη νῆσος, ἡ πόρρω Μεγάρων. [13] κεῖ ἡ Παρος Μινῴα. οἱ πολῖται, Μινῷαι.

MI'ΣΓΗΤΕΣ, [14] ἔθνος Γ'ηρων Σκαπῶος Ε'υρώπης.

MΙΣΓΟΜΕΝΑΙ', πόλις Θετταλίας. Ε'λλάνικος πρώτῳ Δευκαλιωνείας. τὸ ἐθνικὸν Μισγομένιος, ὡς Κλαζομένιος.

MΙΣΗΤΟ'Σ, πόλις Μακεδονίας. Θεαγένης Μακεδονικοῖς. τὸ ἐθνικὸν Μισητὸς, ὡς Βηρύτιος.

MΙ'ΣΚΕΡΑ, πόλις Σικανίας. Θεόπομπος πεντεκαιδεκάτῳ ἐπιτάφου Φιλιππικῶν. τὸ ἐθνικὸν Μισκερῖς, ὡς Μεγαρῖς.

MΙ'ΣΠΙΛΑ, πόλις Μήδων. [17] Ξενοφῶν τελευτῷ ἀναβάσεως. τὸ ἐθνικὸν, Μισπιλάτης.

MO'-

Aquoque alia Phrygiæ in finibus Lydiæ. Gentile, Minyæ.

MINOA, urbs in Amorgo insula, una ex Cycladibus. Secunda, urbs Siciliæ. Tertia in Siphno, una Cycladum. Habet quoque fontem Minoam dictum. Etiam Gaza vocabatur Minoa. Est quoque Arabiæ oppidum, cujus oppidani Minoïtæ, a Minoë nomen habens. Est præterea Cretæ, & alia insula non longe a Megaris. Et Paros Minoa appellatur. Cives, Minoæ.

MISGETES, gens Iberiæ, de qua Hecatæus in Asia.

MISGOMENÆ, urbs Thessaliæ, de qua Hellanicus libro primo Deucalioniæ. Gentile, Misgomenius, uti Clazomenius.

MISETUS, urbs Macedoniæ, cujus meminit Theagenes in Macedonicis. Gentile, Misetius, uti Berytius.

MISCERA, urbs Siciliæ, de qua Theopompus libro nono & quadragesimo Philippicorum. Gentile, Miscerensis, uti Megarensis.

MISPILA, urbs Medorum, cujus meminit Xenophon lib. III de Exped. Cyri. Gentile, Mispilata.

MO-

[6] Ἐν τῆς ἐθίοις.] Omissa vocali in Aldina Juntinaque exhibetur male, ἐν τῆς θίοις, quod Holtmannus correxit, quem sequimur.

[7] Τὸ ἐθνικὸν, Μινύας.] Sic Græcis pariter & Latinis auctoribus dicuntur. Locus egregius est apud Scholiast. Apoll. Rhodii ad lib. I Argonaut. Ὀ γεωγράφος δὲ ἐ Ε'ρμείας τ βιωτῆ γράπτει Μινύας ἐπίκλησιν, φάσκων δὲ Ποσειδῶνος, ἧς ἐκεῖ εὐ Ὀρχομῷ· ἀφ' ἧς ὁ Λαὸς Μινύας ἐκλήθησαν. Ovidius lib. VII Metam. aliquoties utitur:

Famque fretum Minyæ Pagasæa puppe secabant.

[8] Μινῴα, πόλις ἐν Α'μοργῷ τῇ νήσῳ.] Vocem πόλις, quam ab omnibus libris abesse cernebam, inferendam judicavi, quia semper sic loqui amat Stephanus. Hujus etiam meminit Ptolemæus lib. V cap. II. Sed locus iste miseris modis ab imperitis librariis est deturpatus, & sine dubio hunc in modum corrigendus.

Ε'ν τῇ Μυρτῴῳ πελάγει νῆσοι,	Α'μόργη πόλις	
Α'ρκεσίνη	ν σ'	λ ζ'
Αἰγιάλη	ν σ'	λ ε' ἐ γ'
Μινῴα	νί σ'	λ ε' ἐ γ'

Pessime in vulgatis legebatur Α'μόργη πόλις, pro Αἰγιάλη Βιτωλίς, & pro Μινῴα Μινῷα.

[9] Ἔστι ἢ Μινῴα καλουμένη κρήνη.] In omnibus codicibus calamo exaratis & editis conspiciebatur lacuna. Ἔστι δὲ Μι * κρήνη. Hanc Salmasius in margine sui Stephani replevit eodem modo, quo nos edi curavimus.

[10] Ἔστι ἐ A'ρκαδίας, ἧς οἱ Μινοῖται.] Non dubito cum Cl. Bocharto, quin *Minoa* & *Minoitarum* nomine Stephanus intelligat *Minœam* & *Minœos*, jam supra nominatos, mythologiæ doctores sequutus, quos inanis nominum illusio eo adegit insaniæ, ut a Cretensi regulo, qui postquam in insula sua contenuisset, in Sicilia fato functus esse dicitur, Arabiæ intimæ populos deduceret.

[11] Ἔστι ἐ Κρήτης.] Hæc verba ab omnibus editis absunt, ut & Vossiano Palatinisque codicibus. Ea Stephano reddidimus ope codicis Perusini, quem Cl. Jac. Gronovius contulit. Antequam hanc verborum adjectionem observaveram, mirabar, Stephanum Minoæ Cretensis, oppidi satis celebris, hoc nōn meminisse. Documentum hic locus præbet præstantissimum, quo addiscimus, quantam Ethnicographus non duntaxat ab Hermolao Epitomatore, sed deinde etiam ab ignavis librariis, injuriam passus sit.

[12] Ἔστι ἐ ἄλλη νῆσος, ἡ πόρρω Μεγάρων.] Insulam hanc, non longe a Megaris dissitam, commemorat Thucyd. lib. III: Α'θηναῖοι, Νικίου ξ Νικηράτου στρατηγοῦντος, ἐστράτευσαν ἐπὶ Μῶνον τὴν νῆσον, ἡ κεῖται πρὸς Μεγάροις. Sed Strabo lib. IX perhibet promontorium hoc nomine post Scironidas Petras, quod Nisæe portum conficit, hæc sunt ejus verba: Μετὰ δὲ τὰς Σκειρωνίδας πέτρας ἄκρον προέκειται Μινῷον, καθάπερ ἐ τὸν τῆ Νισαίᾳ λιμένα. Imo ipsum illud Megarensium navale etiam Straboni Μινῷον dicitur, sic enim ille ibidem: Η' δὲ Νισαία ἐστὶ ὑπόπολις τ Μεγαρικῶν, ὄντος ἐ ἐκτὸς σταδίους τ πόλεως ὀκτὼ, σκέλεσιν ἐκατέρωθεν συναπτόμενον πρὸς αὐτὴν· ἐκαλεῖτο δὲ ἐ τὸν Μινῷον. Fuit in hac *Minoa* castellum, quo portus contra hostilem impetum defendebatur, quod apparet ex alio loco Strabonis lib. VIII, ubi tradit in Delio, quod in Argolico sinu est, castellum ædificatum, cui cum Megarica itidem *Minoa* nomen est.

[13] Καὶ ἡ Πάρος Μινῴα.] Consule Stephanum in illa voce, ubi hac de re mentionem facit.

[14] Μίσγητες, ἔθνος Γ'ήρων.] Similitudo & affinitas terminationis facit, ut ferme mihi persuadeam, eandem esse gentem, quæ aliis in locis Stephano dicitur Γ'ητες, & Γ'ηται. Nostrum tepenumero incidere in depravatum Hecatæi codicem, notius est, quam quod doceri opus sit.

[17] Ξενοφῶν τελευτῷ ἀναβάσεως.] Hodie libro citato in Xenoph. legitur: Ὀ Γνήσιος δ' ἐν τῇ πόλει Μισπιλᾶς· Μῆδοι δ' οὗτοι νῦν ἔχουν. Heic prima vocalis est ι, non vero iota.

16 τὸ

ΜΟ΄ΚΑΡΣΟΣ, Θρᾴκης χωρίον· Θεόπομπ@· πρώτῳ φιλιππικῶν. [16] τὸ ἐθνικὸν, Μοκάρσιος.

A MOCARSUS, Thraciæ caſtellum, de quo Theopompus libro primo Philippicorum. Gentile, Mocarſius.

ΜΟ΄ΚΑΤΑ, Βιθυνίας πόλις, ἧς Δομίτ@· Καλλίστρατ@· ἐν τῷ περὶ Ἡρακλείας τετάρτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Μοκατηνός.

MOCATA, urbs Bithyniæ, de qua Domitius Calliſtratus libro IV de Heraclea. Gentile, Mocatenus.

ΜΟ΄ΚΚΑΗ, κώμη Φρυγίας. οἱ οἰκήτορες, Μοκκληνοί.

B MOCCLE, pagus Phrygiæ, cujus incolæ Moccleni.

ΜΟΛΟΡΧΙ΄Α, [17] πόλις Νεμέας, ἀπὸ Μολόρχου Ξενίσαντ@· Ἡρακλέα, ἀπόν@· ἐπὶ τὸν ἀγῶνα. τὸ ἐθνικὸν, Μολορχίτης.

MOLORCHIA, urbs Nemeæ, nomen habens a Molorcho, qui Herculem, ad certamen proficiſcentem, hoſpitio excepit. Gentile, Molorchita.

ΜΟΛΟΣΣΙ΄Α, [18] ἡ χώρα τῆς Ἠπείρου. ὁ οἰκήτωρ, Μολοσσός. ᾗ Ἰλυκὸν, Μολοσσὶς, ᾗ Μόλοσσα ὑδετέρως, ᾗ Μολοσσὶ δι' ἑνός τ. Μολοσὶς, ὁ τύπ@· τὸ κτητικὸν, Μολοσικός.

C MOLOSSIA, regio Epiri, cujus incola, Moloſſus, & fœmininum, Moloſſis, & Moloſſa genere neutro. Et Moloſi per T ſimplex. Molotus locus. Poſſeſſivum Moloticus.

ΜΟΛΥΒΔΑ΄ΝΑ, πόλις Μασιηνῶν· Ἑκαταῖ@· Εὐρώπης.

MOLYBDANA, urbs Maſtienorum, de qua Hecatæus in Europa.

ΜΟΛΥ΄ΚΡΕΙΑ, [19] πόλις Αἰτωλίας· Στράβωνι δεκάτῃ. [20] Θουκυδίδης Μολύκρειον αὐτὴν καλεῖ· Εὐφορίων δ' Μολυκρείαν αὐτὴν φησι. τὸ ἐθνικὸν Μολύκρειος, ᾗ Ἰλυκῶς ἑ ὑδετέρως· ᾗ Μολυκρίτης, ᾗ Μολυκριὰς. λέγεται ἑ Μολυκρεάδης. Ἀριστοφάνης δ' Μολυκριάδης φησί.

D MOLYCREA, urbs Ætoliæ, de qua Strabo libro decimo. Hanc Thucydides Molycreum appellat, ſed Euphorio Molycriam. Gentile, Molycrius, quod & fœmininо & neutro genere in uſu eſt. Et Molycritæ, & Molycrias. Dicitur quoque Molycrienſis. Apud Arcadium vero Molycræos occurrit.

ΜΟΛΥ΄ΝΔΕΙΑ, πόλις Λυκίας, ἀπὸ Μολυνδαίου. Ἀλέξανδρ@· ἐν τῷ περὶ Λυκίας πρώτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Μολυνδεύς.

E MOLYNDEA, urbs Lyciæ, a Molyndæo nomen habens, teſte Alexandro libro primo de Lycia. Gentile, Molyndenſis.

ΜΟΝΑΒΑΙ΄, πόλις Γαυλίτων ἐν Γαυλανίτιδι. Καπίτων δ' ἐν Γαυλανίτιδι. τὸ ἐθνικὸν, Μοναβάτης.

F MONABÆ, urbs Iſauriæ, de qua Capito in Iſauricis. Gentile, Monabita.

[16] Τὸ ἐθνικὸν, Μοκάρσιος.] Quanquam non ignorem, nomen urbis & gentile ſæpe idem eſſe, & aliquando duntaxat accentu differre, non puto tamen iſtos canones heic locum habere. Hoc loco nomen urbis & gentile in omnibus vulgatis nihil differebant. Fortaſſis ſcribendum, τὸ ἐθνικὸν, Μοκάρσ@·, vel Μοκαρσῶνος. Si nummi hujus urbis exſtarent, melius de germana hujus gentilis ſcriptura judicari poſſet.

[17] Μολορχία, πόλις Νεμέας ᾗ ἀπὸ Μολόρχου.] In omnibus libris ſcriptis & editis male exhibebatur Μολεχία, Μολέχου & Μολεχίτης: nam pauper ille, Herculem hoſpitio excipiens, non *Molorchus*, ſed cum adſpiratione *Molerchus* dicebatur, uti unanimi conſenſu teſtantur Mythicæ Theologiæ doctores Apollodorus lib. II: Ἡρακλέ@· ὡς ἐπὶ τὴ λέοντ@, οὗ Κλεωναῖ, ᾗ ξενίζεται παρ' αὐτοῦ Μολόρχου Virgil. lib. III Georg.

Cuncta mihi, Alpheum linquens, lucoſque Molorchi,
Curſibus, & cruda decernet Græcia cæſtu.

Ad quæ verba ſic commentatur Servius: *Lucoſque Molorchi. Id eſt ſylvam Nemeam, in qua celebratur agon in honorem Archemori. Molorchus autem paſtor fuit, qui Herculem, venientem ad occidendum Nemeum Leonem, ſuſceperit hoſpitio.* Ex hiſce & ſimilibus locis, quæ ex aliis adduci poſſent, evidenter liquet, nos in urbis & conditoris nomine, ut & gentili, bene τὸ χ reposuiſſe.

[18] Μολοσσία, ἡ χώρα τῆς Ἠπείρου.] Bene ſic correxit Xylander, quem ſequimur, ſed male in prioribus editionibus Μολοσία, Μολοσὶς, Μολοσὶς & Μολοσὶ per ſimplex ſigma excuſum eſt. Perverſa hæc ſcribendi ratio Sigonium in notis ad Livium ſuffragatorem habuit, ſed eum errantem refutavit Vir Max. J. Voſſius in ſuis ad Scylacem notis. Moloſſiæ deſcriptionem non ſubnectam, quæ ex Palmerii Græc. Antiqua commode peti poteſt.

[19] Μολύκρεια, πόλις Αἰτωλίας.] Sic legitur apud Strabonem libro IX: Καὶ ἡ Μολύκρεια δ' ἐστὶ κώμη τῆς Ἀγραΐδος, Αἰτωλικὸν πολίχνιον. Adeo ut in penultima diphthongum collocaverim, quanquam libri ſcripti & omnes Stephani editiones hactenus ibi vocalem ε præſentarint. Bis præterea apud Geographum hujus urbis mentio celebratur, ſed editores ibidem etiam in penultima diphthongum exigunt. De ſitu hujus oppidi conſulendus ſupra laudatus Palmerius.

[20] Θουκυδίδης Μολύκρειον αὐτὴν καλεῖ.] Sic Thuc. urbem appellat libro II, hiſce verbis: Οἱ δὲ Αἰτωλοὶ, παλαιὸν ἔθνος, ἧς καὶ αἱ πολίτικαι λαβοῦσαι, τὴν τε γῆν ὤκησαν ἐξ ἀνιπτοῦ τοῦ πολέμου ἀπολλύμενοι, ἣ Μολύκρειον αὐτὴν ὀνομάζουσι. Eodem modo etiam libro tertio appellatur.

[21] Καὶ Μολυκρείτης.] In libris Palat. & utraque editione, Aldina Juntinaque corrupte legebatur Μολυκρείτης, quod emendat Xylander.

ΜΟΝΟ'ΓΙΣΣΑ, [21] πόλις Καρίας, ἀπὸ ὄψεν Ἀ'ρτεμις Μονογιστίνη, ἴδρυμα Δαιδάλου. [23] μεγίστα γὰρ τῇ Καρῶν φωνῇ, λίθοι ἐμμελῶς ἔστιν. νυῦν δὲ τοὺς πλακώδεις καὶ μαλακώδεις λίθους γίγατα λέγομεν. A

ΜΟ'ΝΟΙΚΟΣ, πόλις Λιγυστικὴ Ἑκαταίου Εὐρώπης. τὸ ἐθνικὸν, Μονοίκιος. B

ΜΟΡΓΕ'ΝΤΙΟΝ, [25] πόλις Ἰταλίας, ἀπὸ Μοργήτων. λέγεται δὲ Μοργῆτία, [26] τὸ ἐθνικὸν, Μοργῆτινος, καὶ Μοργήτης λέγεται.

ΜΟ'ΡΓΥΝΑ, πόλις Σικελῶν· φίλιος δὲ τῷ πατρί· τὸ ἐθνικὸν, Μοργυναῖος. C

ΜΟΣΣΥ'ΝΟΙΚΟΙ, [27] ἔθνος, περὶ ὧν Εὔδοξος ἐν πρώτῳ γῆς περιόδου. [28] τὸ κτητικὸν, Μοσσυνοικικός.

ΜΟ'ΣΥΛΟΝ, ἀκρωτήριον καὶ ἐμπόριον Αἰθιοπίας· [29] Μαρκιανὸς ἐν πρώτῳ περιόδου.

MONOGIȘSA, urbs Cariæ, unde Diana Monogissena, a Dædalo posita. *Megissa* enim Carum lingua lapidem interpretamur: nunc vero lapides crustaceos & molles *gissa* appellamus.

MONOECUS, urbs Ligystica, cujus meminit Hecatæus in Europa. Gentile Monœcius.

MORGENTIUM, urbs Italiæ a Morgetis sic dicta. Appellatur quoque Morgetia. Gentile, Morgentinus, & Morgeta dicitur.

MORGYNA, urbs Siculorum, de qua Philistus libro secundo. Gentile, Morgynæus.

MOSSYNOECI, gens de qua Eudoxus libro primo de terræ circuitu. Possessivum, Mossynœcicus.

MOSYLUM, promontorium & emporium Æthiopiæ, quorum meminit Marcianus libro primo Periodi.

MO-

[21] Μονίγισσα, πόλις Καρίας, ἣν Ἄρτεμις Μονογιστίνη.] In omnibus libris MSS & vulgatis lacuna conspicitur (a quibus aberat πόλις Καρίας, ἣν) quam nulla librorum auctoritate freti confidenter replevimus. Cum hæc de Carum lingua noster agat, facillime addi poterant, quæ addidimus. Interim si quis recurrat ad vocabula Λαμψακὸς & Γ'ύμνια, ubi etiam de vocum Caricarum significatione agitur, is sine dubio hanc lacunæ repletionem iniquo animo non feret.

[23] Μέγιστα γάρ.] Primam syllabam nihil ad rem facere censet CL. Gronovius, cui Perusinus codex vitium hoc modo indicabat, μεις ..... γιστα. In MSS Palatinis eandem lacunam observat Salmasius hoc modo: μειζω ..... γιστα λιθω ἐμμελῶς τον.

[24] Τὸ ἐθνικὸν, Μονοίκιος.] Male passim legebatur, Μονοίκιος, quod correximus. Aliud gentile, scil. Μονοικὶς conspicitur apud Goltzium in nummo Domitillæ, in quo hæc est inscriptio, MONOIKEΩN. Cæterum cum Cluverio judico, nostrum hic agere de Portu Herculis Monœci, qui hoc nomen inde adsumsit a μόνος & οἶκος, quia ibi solus habitavit, vel templum habuit. Servius ad lib. VII Virgil. *Arce Monœci*, inquit, *de Liguria: ubi est portus Monœci Herculis. Dictus autem Μόνοικος, vel quod, pulsis omnibus, illic solus habitavit; vel quod in ejus templo nunquam aliquis deorum simul colitur; sicut in Jovis Minerva & Juno; in Veneris Cupido.*

[25] Μοργῆται, πόλις Ἰταλίας, ἀπὸ Μοργήτων.] Bene Cluverius in Siciliæ descriptione observat, Epitomatorem more suo Siciliæ *Murgantiam* sive *Morgentium* confundere cum Samnitum in Italia *Murgantia*, quam Livius lib. X memorat; apud quem etiam alterius Murgantiæ in Sicilia lib. XXIV mentio celebratur. Et quanquam noster Italiæ oppido tribuat, quod Geographus Siciliæ, in eo nequaquam est sequendus, nam Morgetes ab OEnotris pulsi, in Siciliam trajecere, ita enim ille lib. VII: Ἀντίοχος δὲ τὸ παλαιὸν ὄνομα τῆς νήσου ταύτης φησὶν Σικελίας φησὶ, καὶ Μοργήτας λέγειν εἰς τοῦτο Σικελίαν ὕστερον, ἐκβληθέντας ὑπὸ τῶν Οἰνωτρῶν. φασὶ δέ τινες καὶ τὴν Μοργήτιον ἐντεῦθεν τοῦτο ἀποσχεῖν καὶ τὴν Μοργήτων ἔχειν. Et eodem libro: Καὶ τὴν Μοργήτων δὲ εἶναι τινὰ τῶν Μοργήτων φύλακ. πόλις δ' ἐν αὐτῇ τοῦ δ' ἔθνους ἐστίν.

[26] Τὸ ἐθνικὸν, Μοργῆτινος, καὶ Μοργήτης.] In omnibus libris male erat Μεργίτης, sed Cluverius emendavit Μοργήτης, quod sequimur: ipse enim noster eodem gentili fuerat usus. MURGENTINI occurrunt apud Cic. in Ver. III, ac Plinium lib. III cap. VIII. Diod. Sicul. ipsa urbs vocatur derivativo vocabulo Μοργαντῖνα MORGANTINA.

[27] Μοσσυνοίκοι, ἔθνος.] Alterum σ huic voci inseruimus, quia ipse Stephanus aliis in locis, veterum scriptorum auctoritate motus, hanc scripturam est sequutus. Videsis in voce Μελαγχλαινοι & Χοιραδίες. Non tamen improbamus, si vox simplici sigma exaratur, uti innumeris locis fit apud Xenophontem lib. V de Cyri Exped. Apud Herodotum lib. III Dionysium Halicarnassæum lib. I. In Fragmentis Nic. Damasceni, & Eustathii comment. ad Dionysium. Illos Tibarenos habere vicinos testatur Apollon. Rhod. lib. II Argon. ubi eorum situm & mores describit.

> Τῇ δ' ὑπὲ Μοσσυνοικοι ἰμάρτεαι ὀλίγιστον
> Ἐξίνης πάτερον ὑσμινίης τε τιμηθέν,
> Δηρητῖνες πύργοισι τὸ πάλαι πεπτηότες
> Καύκασα, καὶ σύργοις ὄβριμοι, ἃς καλέουσι
> Μόσσυνας.

Ad quem locum sic commentatur Scholiast. Μοσσυνοικοι δὲ ἔθνος ἐστὶ παροικοῦν τὴν Φασιανὴν ἐγκειται. Μόσσυνοι γὰρ οἱ ξύλινοι οἶκοι λεγόμενοι, οἷς ἐν αὐτοῖς χρῶνται ἐπὶ τῶν αὐτοπύργων, ὀλίγιστον γὰν αὐτοῖς ἔχοντες ἐπὶ τῶν αὐτοῖς αὐτοπύργων, ἢ λέγεται ξύλινοι οἶκοι ἔφη. λιθ γὰρ ἐν μόσσυνος, ἡ λέγεται ξύλινος οἶκος, ἐκλήθησαν Μοσσύνοικοι. Ligneæ eorum ædes appellantur μόσσυνοι & μόσσυνες. Hinc fit, ut nonnunquam, absque altero compositi membro, sic vocentur a scriptoribus. In Excerp. Nic. Damasceni hæc leguntur: Μόσσυνοι δ' ἴσασιν βασιλέα τῶν ἔθνων τὸν πύργῳ κατοικοῦντα. Mela lib. I cap. XIX: *Ultra Mossyni turres ligneas subeunt.* Scylax: Μετὰ δὲ Μοσσυνοὺς ἔθνος Τιβαρηνοί.

[28] Τὸ κτητικὸν, Μοσσυνοικικός.] Hoc possessivum reddendum est Aristoteli de Mirab. Auscult. Φασὶ δὲ Μοσσυνοικικὸν χαλκὸν λαμπρότητα καὶ λεπτότητα ἔχειν ὑπερβαλλομένην ἀντιφαίνεσθαι πόρρω. Vulgo ibi male Μοσσυνοίκιον.

[29] Μαρκιανὸς ἐν πρώτῳ περίπλου.] Hodie in iis, quæ de Marciano Heracleota circumferuntur, nulla hujus promontorii, & nulla quoque emporii mentio reperitur. Memoratur tamen gens, cui nomen Μοσυλοί, vicina Troglodytis & Analitis: Παρεκπλέει δὲ τὰ τῆς αὐτο-

ΜΟΣΧΟΙ, Κόλχων ἔθνος, πρὸς τοῖς Ματιληνοῖς· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.

A MOSCHI, gens Colchorum, Matienis vicina, cujus meminit Hecatæus in Asia.

ΜΟΤΙΗΝΟΙ, χωρίον Ἰβηρίας, ἄποικον Ῥωμαίων· [10] Πολύβιος τρίτῳ. Φλέγων δὲ Μητιληνὸν αὐτὸν φησι. τὸ ἐθνικὸν, Μοτιληνός.

MOTIENI, oppidulum Iberiæ, Romanorum colonia, de qua Polybius libro III. Phlegonti Mutienum dicitur. Gentile, Motienus.

ΜΟΤΤΗ, [11] πόλις Σικελίας, ἀπὸ Μοτύης γυναικὸς, μιᾳναύσης Ἡρακλεῖ τὰς ἐλαύνοντος τὰς αὐτοῦ βοῦς· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. φίλιος δὲ, φρούριον αὐτῶν φησι Σικελίας ἀφεδαλαίον. [12] τὸ ἐθνικὸν, Μοτταῖος.

B MOTYE, urbs Siciliæ, a Motya quadam fœmina nomen habens, quæ Herculi eos indicavit, qui ipsius boves abegerant; auctore Hecatæo in Europa. Sed Philistus perhibet maritimum esse Siciliæ castellum. Gentile, Motyæus.

ΜΟΤΥΛΑΙ, Σικελίας φρούριον, [13] πρὸς τῷ Μοτύλῳ. φίλιος δὲ Σικελῶν πέμπτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Μοτυλαῖος.

C MOTYLÆ, castellum Siciliæ, circa Motyam, de quo Philistus libro V Rerum Siculorum. Gentile, Motylæus.

ΜΟΥΚΙΣΣΟΣ, πόλις [14] Καππαδοκίας δευτέρας. Καπίτων Ἰσαυρικῶν ἕκτῳ.

MUCISSUS, urbs Cappadociæ secundæ, cujus meminit Capito Isauricorum sexto.

ΜΟΥΜΑΣΤΟΣ, ὡς Βύβαστος, πόλις Καρίας. Ἀλέξανδρος δευτέρῳ Καρικῶν. ὁ πολίτης, Μυμαστίτης.

D MUMASTUS, uti Bubastus, urbs Cariæ, de qua Alexander libro secundo Caricorum. Civis, Mumastita.

ΜΟΥΝΥΧΙΑ, λιμὴν Ἀττικῆς, [15] ἀπὸ Μουνύχου. καὶ ἱερὸν Μουνυχίας Ἀρτέμιδος. ὁ οἰκήτωρ Μουνύχιος, [16] καὶ Μουνυχιάς. τὰ τοπικὰ, Μουνυχιάζειν καὶ Μουνυχίαζε,

MUNYCHIA, portus Atticæ, sic dictus a Munycho. Et templum Munychiæ Dianæ. Incola Munychius, & Munychias. Localia ex, ad & in Munychia de-

E

Θεσπιαῖοι Τροιζηνίδος, καὶ οἱ Λυκάονος, καὶ οἱ Μοσσυνοὶ τοῦ Πόντου. Ptolomæus eodem modo & promontorii & emporii meminit lib. IV cap. VII: Μοσσυνικὸν ἄκρον ἐμπόριον.

[10] Πολύβιος τρίτῳ.] Hæc si conferantur cum Polybio, constabit evidenter, vel Stephanum usum fuisse depravato Polybii codice, vel cum oculorum fuorum orbes non bene in Polybium torsisse, tam in ejus vulgatis hodie ita legitur: Παραλλάσσουσι δὲ τῆς Γαργηττίδος, ἣ συμφερόντως καὶ τοῦ ἀσφαλισμένου ὄρους, καὶ τῆς εὐλιμενίας τοῦ κατασκληρυμένου χωρίου ὑπὸ Ῥωμαίων, τῆς τῶν Φλεγόντων σωθησομένης εἰς Μοτιλῶν ὑπονίκιον ὑπάρχουσαν Ῥωμαίων, ἐναλίσκουν. Anex hilce verbis concludi potest Μοτιλῶν fuisse χωρίον Ἰβηρίας? Certe satis ofcitanter hunc Polybii locum transcripsit Stephanus: nam Μοτιλῶν apud eum non occurrunt, sed quidem Μοτίνη, non longe a Padoa circa Placentiam & Cremonam posita, quæ regio nequaquam Iberiæ est adscribenda. Straboni lib. V hæc colonia Μουτίνη dicitur, cujus nominis vestigia adhuc supersunt in hodierno *Modena*, vel *Módena*, teste Cluv. lib. I Ital. Antiq. cap. XXVIII.

[11] Μοττὴ, πόλις Σικελίας.] Urbis insignem descriptionem habemus apud Cluverium Sic. Antiq. lib. II cap. I. Sed bene ceniet vir doctissimus, Epitomatorem hunc locum, & qui sequitur post hanc sectionem, in duo diversa secretaque loca distraxisse. Uti sæpenumero alias, etiam hoc, Nostrum in depravatos auctorum codices incidit.

[12] Τὸ ἐθνικὸν, Μοτταῖος.] In omnibus libris Μοττινὸς legitur non bene, quem errorem emendavit Cluv. Idem gentile non depravatum occurrit in voce Κασῖνα. τὸ ἐθνικὸν, Κασινεῖος, ὡς Μοτινεῖος, τὸ Βατίνος, Σικελίας πόλις.

[13] Πρὸς τῷ Μοτύλῳ.] Mirum est, tam diversam hujus loci scripturam circumferri. Pessimo errore legitur in Juntina, ἀπὸ τοῦ Μοτίνη. Xylandriana minus bene exhibet, ἀπὸ τοῦ Μοτίλου. Placuit nobis, quod in Vossiano MS & antiquissima Aldi editione conspiciebatur, πρὸς τῷ Μοτύλῳ.

[14] Καππαδοκίας δευτέρας.] Quemadmodum Cappadocia in duas & tres provincias fuerit divisa, prolixe ostendimus in voce Καισάρεια, pag. 446. Hanc urbem Justinianus a suo nomine *Justinianopolim* appellare voluit, cum eam ex castello metropolin fecisset, uti liquet ex V Synodo general. Constantin. II. Collat. V. Tom. XII Concil. Gener. pag. 96. *Piissimus autem Imperator, cum Metropolitana jura dedisset civitati, quæ quondam quidem Mucissos, nunc vero Justinianopolis nuncupatur, cum aliis civitatibus Doharæ & Nazianzum subjecit ei.* Procopius de Ædif. Justlib. V cap. IX: Ἡ δὲ ἐν τῷ Φρυγίᾳ τῶν Καππαδόκων Μουκησὸς ἄνομα, οὐ πρὸ τοῦ ὀνόματι κεῖται. Postquam ibi Justinianus multa templa, Xenodochia, & balneas publicas ædificasset, εἰς μητροπόλεως ἀξίωσιν ἦλθεν, *ad Metropoleos dignitatem pervenit.* Variis igitur modis hujus urbis nomen exaratur Μύκισσος, Μύκισος, Μυκησὸς, sed omnium pessime Μόσσος in Notitia Græc. Episcopatuum

ιδ'. Ἐπαρχία Καππαδοκίας.

Ο' Μυσίσσου.
Ο' Ναζιανζοῦ.
Ο' Κολωνίας.
Ο' Ἰουστινουπόλεως.
Ο' Δωύρων.

Sed ibi legendum Μυκίσσου vel Μυκίσου, non est quod multis probem.

[15] Ἀπὸ Μουνύχου.] Portum hunc a Municho rege nomen habere, etiam testatur Harpocration: Μουνυχία, Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Κατησιφῶντα, τὸν ἀπὸ Ἡρακλείου ἐν τῇ Ἀττικῇ· Ἑλλάνικος δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἀτθίδι ὀνομάζεσθαί φησι καὶ Μουνύχιον ἀπὸ Μουνύχου τοῦ βασιλέως. Ἔστι δὲ καὶ Παυσανίας. Eadem habemus apud Ulpianum ad Orat. de Corona, Suidam, Apostolium in Proverb. & alios.

[16] Καὶ Μουνυχιάς.] Male in Xylandriana, accentu

 transpo-

χάζε, καὶ Μυνυχάσι. [17] ᾧ τὸν εἰς τὸν Μυνυχίαν Θουκυδίδης ἡ. Τῶν Μυνυχάσι πταγμένων ἄρχων.

ΜΟΥΡΣΑ, [18] πόλις Παιονίας, κλίσμα Α'δριανῷ. τὸ ἐθνικὸν Μυρσαῖος, ὡς Παρθένιος Φωκαεύς. [19] λέγεται καὶ Μέρσιον.

ΜΟΥΣΕΙΟΝ, τόπος περὶ τὸν Ὄλυμπον τῇ ἐν Μακεδονίᾳ· Πολύβιος τριακοστῷ ἑβδόμῳ. τὸ πτητὸν ἀναλόγως Μουσεῖος, ὡς Σιγειεύς.

ΜΟΨΙΟΝ, [20] πόλις τῆς Πελασγιώτιδος χώρας Θεσσαλίας· Στράβων ἐν ιθ'. [21] ἄλλος ἢ ἔστι Μόψιος, ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία. τὸ ἐθνικὸν, Μόψιος.

ΜΟΨΟΠΙΑ, ἡ Ἀττικὴ, ἀπὸ Μόψοπος, Καλλίμαχος. [22] ἄρρητος ἡ Μόψου. ὁ πολίτης, Μοψόπιος, ἀλλὰ διφθόγγου, καὶ ἀλλὰ διὰ ι. καὶ Μοψοπεύς. [23] Ἡ ἐγ-

A denotant. Forma adverbii ad locum reperitur apud Thucydidem libro octavo: *In Munychia excubantium præfectus.*

MURSA, urbs Pannoniæ, ab Adriano condita. Gentile, Murſæus, quo utitur Parthenius Phocaënſis. Dicitur quoque Mur-
B ſium.

MUSEUM, locus circa Olympum in Macedonia, de quo Polybius libro XXXVIII. Locale juxta analogiam, Muſeenſis, uti Sigeenſis.

MOPSIUM, urbs Pelaſgiotidis re-
C gionis in Theſſalia, de qua Strabo libro IX. Alius vero eſt Mopſus, a quo Attica, Mopſopia.

MOPSOPIA, ſic Attica dicitur a Mopſope quodam, teſte Callimacho. Caſus rectus Mopſops non eſt in uſu. Civis, Mop-
D ſops, per diphthongum, & per jota, & Mopſo-

fecto, ᾧ Μυνυχίαν, quod ex prioribus editionibus correximus.

[17] Οὗ τὸν εἰς τὸν Μυνυχίαν Θουκυδίδης ἑ. Τῶν Μυνυχάσι πταγμένων ἄρχων.] Si quis hæc contulerit cum hactenus vulgatis, ille videbit, nunc alio modo in hac editione capitulum hoc terminari. Conſpiciendam hanc & admirabilem acceſſionem, librariorum negligentia ſine dubio prætermiſſam, nobis reſervavit codex Voſſianus MS, qui uti ſæpe alias, ita etiam hoc multum profuit. Locus apud Thucyd. lib. VIII ſic legitur: Διαπλεύσαντο δὲ ἅμα αὐτῇ ἑξήκοντα, ᾧ Ἕρμων ἦρχε πλὴν τῆς Μυνυχάσι πταγμένων ἄρχων. *Ipſi autem ſimul adjuverunt cum aliis, tum Hermon quidam circitorum apud Munychiam excubantium præfectus.* Idem adverbium, quod eſt apud Thuc. loco allegato, invenitur apud Lyſiam pag. 127. Καθίζουσι ἐπὶ τῷ βωμῷ Μυνυχίῳ.

[18] Μοῦρσα, πόλις Παιονίας.] Ita nobis exhibebat Voſſianus calamo exaratus. In omnibus editis peſſimo errore legebatur, Μῆρσα, πόλις Ἰωνίας. Vitium hoc primus omnium in Stephano detexit Illuſtris Scaliger in notis ad Euſeb. ubi docet, pro Ἰωνίας ſcribendum Παιονίας, quod eſt in Voſſiano MS. vel Παιονίαν: nam indifferenter & Zoſimus & alii Græci Παιονίαν & Παιονίαν pro eadem provincia uſurpant. Poſt Scaligerum hunc errorem etiam correxit Salmaſius ad Ælium Spartianum, & in margine ſui Stephani. Satis demonſtrat Scaliger ex veteri inſcriptione & aliis auctoribus inferioris Pannoniæ urbem eſſe. Quibus addam verba Sex. Aur. Victoris in Epit. *Hujus morte cognita, Vetranio magiſter militum Imperium in Pannonia apud Murſiam corripuit: quem Conſtantius non poſt multos dies regno exuit.* Similerus cenſet eſſe hodiernam *Murovizam*, vel *Ezech*, quod alii ſcribunt *Eſſek*: quæ hodie 18 leucis a Buda diſtat. Mirum in modum etiam ſe torquet Hieronymus Surita, citans ad Anton. Itinerarium hunc Stephani locum, ex quo præter Pannonicam Murſam aliam comminiſci conatur. Sed in noſtro ſcripturæ vitium non ſubolfecit.

[19] Λέγεται δὲ Μέρσιον.] Simocattæ dicitur Μίρσιον, obſervante Salmaſio ad marginem ſui libri. Ptolem. Μερσία, ut & Aurelio Victori in Epit. *Hoc tempore Conſtantius cum Magnentio apud Murſiam dimicans vicit.* Nomen gentile apud noſtrum eſt Μυρσαῖος, Latino ore MURSINUS, apud eundem Aur. Vict. in Cæſaribus: *Lic. Gallienus Ingebum, quem cuntem Pannonios, comperta Valeriani clade, imperandi cupido inceſſerat, Murſiæ dejicit: mox que Regillianum, qui receptu militibus, quos Murſina labes reliquos fecerat, bellum duplicaverat.* Periphraſis etiam eſt in uſu, uti liquet ex epiſtola Concilii Sardicenſis ad Epiſcopos, ubi inter Arianæ Hereſeos defenſores recenſetur Οὐάλης ὁ ἀπὸ Μυρσῶν τῆς Πανονίας. Vide tom. III Concilii General. pag. 57. Qui in alia Sardicenſis Synodi epiſt. Latine dicitur *Valens a Murſa.* Eodem tomo pag. 43.

[20] Μόψιον, πόλις τῆς Πελασγιώτιδος.] Ex hoc Stephani loco Sigonius corrupta quædam in Livio emendavit. Lib. XLIII cap. LXII: *Concione dimiſſa, poſtero die profectus inde ad Ldopſium poſuit caſtra: tumulus hic inter Tempe & Lariſſam medius eſt.* Sed male Sigonius vel ex Aldina, vel ex Juntina editione citavit Πελασγιώτιδος. Paſſim Πελασγιῶτις ſita Theſſaliæ pars ab auctoribus appellatur, quod non incognitum Xylandro, quem ſequimur.

[21] Ἄλλος δὲ ἢ ἔστι Μόψιος, ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία.] Quemadmodum paſſim Hermolaus in concinnanda hac epitome oſcitantiam ſuam prodit, ita etiam nunc egregium documentum exhibet: nam eo quod ſtatuat, alium fuiſſe Mopſum a quo Attica Mopſopia dicta eſt, paucis etiam debuiſſet indicare Mopſum iſtum, a quo Mopſium Pelaſgiotidis in Theſſalia, nomen accepit, fuiſſe Mopſium Lapithum expeditionis Argonauticæ ſocium. Porro ultima hæc verba, ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία, ſic non leguntur in aliis editionibus, in quibus male excuſum erat, ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπίαν. Fundamentum noſtræ emendationis eſt Strabo lib. IX quem noſter allegat, ex quo manifeſtiſſime apparebit, Stephanum alterius Mopſi in genuino opere meminiſſe, & ultima illa verba ſic debere emendari, quemadmodum emendavimus, ita enim ille: Μόψιοι δὲ ὀνομάσαντες οὕτω ἀπὸ Μόψου τοῦ Ῥηγκέως, ᾧ Τειρεσίας, ἀπὸ δὲ Ἀμπύκου τοῦ συμπλεύσαντος τοῖς Ἀργοναύταις. Cæcus eſt, ἄλλος δ' ἀπὸ Μόψου, ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία qui non videt, totum locum Strabonis Stephanum in genuino opere habuiſſe, & ultimam verborum partem Epitomatorem duntaxat ſibi reſervaſſe, quæ profecto, niſi cum antecedentibus conjungantur, commodum ſenſum non conficiunt.

[22] Ἄρρητος ἡ Μόψου.] In omnibus libris male legebatur, ἄρρητος ἡ Μόψος. quod neceſſario erat corrigendum. Elliptica locutio eſt, & ſubintelligitur ἡ πόλις. Sic enim noſter in voce Βερενικεύς, quam

[41] Ἡρακλείδης δ' ὁ Ποντικὸς ἐν πρώτῳ, [44] Μοψοπίτης φησὶ, καὶ ἰδὴ Μοψοπώτης. ἴσως δὲ καθ' ὕφεσιν ἓν ω. τὸ ἐθνικὸν Μοψάτης.

Mopsopienſis. Sed Heraclides Ponticus libro primo inquit Mopſopiotes, quod debebat eſſe Mopſopites; fortaſſis ſublato ω. Fœmininum eſt Mopſopis.

ΜΟΨΟΥΕΣΤΙΑ, [47] πόλις Κιλικίας, ἀπὸ τῷ Πυραμῷ ποταμῷ, ἀπὸ Μόψου ἢ μάντεως. [48] ὁ πλίτης, Μοψεάτης, καὶ ἀβλαγωγὶ μιᾶς τῆς λέξεως· ἀφ' ἧς ὁ γραμματικὸς Ἡρακλείδης, ὁ Μοψεάτης.

MOPSIESTIAS, urbs Ciliciæ ad Pyramum amnem ſita, quæ a Mopſo vate nomen habet. Civis, Mopſeates, quaſi formatum eſſet ab una & ſimplici dictione. Hinc Grammaticus Heraclides Mopſeates dicebatur.

ΜΥΓΔΟΝΙΑ, μοῖρα Μακεδονίας· καὶ ἐπίρρυτος τῆς μεγάλης Φρυγίας, ἀπὸ Μύγδονος. [47] τινὲς δὲ Μαίδας αὐτὰς φασὶ. τὸ κτητικὸν Μυγδονικὸς, καὶ ἰδιωτικῶς καὶ ἰδιετέρως. [48] λέγεται καὶ Μυγδόνιος, καὶ Μυγδονία. ἐλέγετο δὲ Μυχθονία.

MYGDONIA, pars Macedoniæ; & alia magnæ Phrygiæ, cui a Mygdone nomen impoſitum eſt. Eos nonnulli Mædos appellant. Poſſeſſivum, Mygdonicus, quod & fœminino & neutro genere in uſu eſt. Dicebatur etiam Muchthonia.

ΜΥΓΙΣΟΙ, πόλις Καρίας· Ἑκαταῖος πέμπτῃ γηεαλογιῶν. τὸ ἐθνικὸν Μυγίσιος, καὶ Μυγισία Ἀθηνᾶ, καὶ Μυγισαία.

MYGISI, urbs Cariæ, de qua Hecatæus libro IV Genealogiarum. Gentile, Mygiſius, & Mygiſia Minerva, & Mygiſais.

ΜΥΗΣ Μύητος, [49] ὡς φάσκης Φάσκητος, πόλις Ἰωνικὴ· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. τὸ ἐθνικὸν, Μυήσιος, ὡς Φασκήσιος.

MYES, cujus caſus obliquus eſt *Myetis*, uti Phagres Phagretis, urbs Jonica, de qua Hecatæus in Aſia. Gentile Myeſius, uti Phagreſius.

MY-

quam dicit eſſe γηεαλὼ ἢ ἀθέσιας ἀμφότερα. Cæterum Atticam a Mopſope quodam Mopſopiam fuiſſe dictam, etiam teſtatur Lycophronis Scholiaſtes pag. 118 Μοψοπία δὲ πόλις ἐκαλεῖτο ἡ Ἀττικὴ χώρα, ἧς αἰ Ἀθῆναι, ἀπὸ τινὸς Μόψου. Hic locus nobis ſatis perſuadet, in verbis Strabonis commentario proximo allegatis, mendum latere, ubi fortaſſis legendum, ἄκρα ἢ ἀπὸ Μόψου, ἀφ' ἧς ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία, nam juxta analogiam a Μόψος fieret Μοψία, non vero Μοψοπία. Alius locus eſt apud eundem Strab. eodem libro ubi hic conditor Μόψος in caſu recto dicitur: Ἀτθίδα δὲ ἔνιοι Μοψοπίαν δι' ἀπὸ Μόψου. Hæc verba noſtram correctionem non deſtruunt: multa enim ſunt nomina, quorum genitivus pro caſu recto uſurpatur, ut Γοργὼ Γοργοῦς, ὁ Γοργὼν Γοργόνος, Χάροψ Χάροπος, ὁ Χάροπος, ſic etiam Μόψος Μόψου, ὁ Μόψος. Inſignem hac de re locum vide apud noſtrum in Γοργών.

[41] Ἡρακλείδης δ' ὁ Ποντικὸς ἐν πρώτῳ.] Conjunctionem adverſativum, quæ ab aliis editionibus abeſt, ex MSS inſeruimus. Sed in Aldina Florentinaque poſt vocem πρώτῳ lacuna conſpicitur, quod manifeſtum ſignum eſt, illud operis nomen, cujus liber primus citatur, librariorum incuria periiſſe.

[44] Μοψοπίτης φησὶ, καὶ ἰδὴ Μοψοπώτης. ἴσως δὲ καθ' ὕφεσιν ἓν ω.] Hæc mihi videntur tranſpoſita. Multo commodiori ſenſu integer locus ſic poſſet conſtitui: Ἡρακλείδης δ' ὁ Ποντικὸς ἐν ω Μοψοπίτης φησὶ, καὶ ἰδὴ Μοψοπώτης· ἴσως δὲ καθ' ὕφεσιν ἓν ω.

[47] Μαίδας ἀπὸ, πόλις Καππαδοκίας.] Aliquando ſimpliciter Mopſos appellatur. Plinius lib. v cap. XXVII: Oppida Mallos, Magarſos & intus Tarſos, campi Aleii: oppida Caſtpolus, Mopſos liberum, Pyramo imPoſitum. Aliquando duabus diſtinctis vocibus, & aliquando compoſitis effertur. Ab omnibus editis abeſt vox πόλις, quam noſtra auctoritate addidimus; erat enim urbs, quæ liberæ Ciliciæ ΕΛΕΥΘΕΡΟΚΙΛΙΚΙΑ, adſcribebatur, juxta inſcriptionem apud Gruterum. ΜΟΨΟΥΕΣΤΙΑΣ ΤΗΣ ΚΙΛΙΚΙΑΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ. Hieronymus tamen (citante Holſtenio in Annotationibus ad Car. a S. Paulo) in Epitaphio Nepotiani hunc locum Mopſi viculum appellat: Conſtantius Ariana fautor hæreſeos, dum contra mimicum paratur & concitus fertur ad pugnam, in Mopſi viculo moriens, magno dolore hoſtis reliquit imperium. Non eſt hic locus confundendus cum Mopſicrene; nam Mopſi Fons non ad Pyramum, ſed ad Cydnum amnem in radicibus Tauri montis collocatur a Ptolemæo aliiſque. Aur. Victor in Epitome: Hinc Conſtantius magis magiſque ardens dolore, atque, ut erat rabium impatiens, in radicibus Tauri montis apud Mopſocrenem febri acerrima interiit.

[48] Ὁ πολίτης, Μοψεάτης.] Variis modis hujus urbis gentile formant. Apud Cedrenum in Hiſtoriarum Compendio pag. 467 invenitur Μοψιεσῆς, quod a caſu recto Μοψιεσὴς formatum eſt: Οἱ Μοψιεσῆς, ἢ μὴν Ἀβραὰμ χιλίας ἀκτίνους. Hinc Latino ore formandum eſſet MOPSUESTENSIS, ſed adjecto I aliquoties inveni Mopſueſtienſis. Macedonicus Mopſueſtienſis ſubſcripſit epiſtolæ Synodicæ Concilii Antiochi. Tom. II pag. 641 Concilior. Gen. Et Olympius Mopſueſtienſis ſubſcripſit Concil. Conſtantinop. I. Tom. III Concil. Gener. pag. 365. Non dubito quin etiam Græci dixerint ΜΟΨΟΥΕΣΤΗΝΟΣ, nam Concilio Conſtantinop. II Collat. I & V Theodorus Mopſueſtenus celebratur innumeris locis, cujus ſcripta & blaſphemiæ, Neſtorianis multo pejores, ibidem damnantur.

[47] Τινὲς δὲ Μαίδας αὐτὰς φασι.] Sic non exhibent priores editiones, in quibus conſtanti ſcriptura legitur Μαίδους. Sed Salmaſianam emendationem divulgamus, quam ex ora ſui Stephani hauſimus.

[48] Λέγεται δὲ Μυγδόνιος, καὶ Μυγδονία.] Utitur eo Val. Flac. lib. III Arg.

Mygdonia Pan juſſa ferens ſeviſſima matris.

Et Claudianus de conſulatu quem Manl. Theodorus cum Eutropio adminiſtravit:

Perſolſique ruunt, populo pallente leones,
Qualeſ Mygdonio curru frænante Cybelle
Optat. — — — —

[49] Ὡς, Φάσκης Φάσκητος.] Unius literulæ tranſpoſitione laborabat hoc vocabulum in omnibus editis: lege-

ΜΥΚΑΛΗ, πόλις Καρίας. [10] Ἡρόδοτος πρώτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Μυκαλήσιος, ὡς Γηκήσιος. [11] Τρύφων δὲ Μυκαλεύς φησιν, ἐν Παρωνύμοις. λεγέι δ' [12] Καλλιμαχῶς Μυκαληστὶ, ὡς Σαόσατος ὁ Φασαγορίτης. [13] Δίδυμος δὲ ὄρος τῶν Μυκαλέων φησίν. ἐκλήθη δ', ἐπεὶ αἱ λοιπαὶ Γοργόνες [14] ὀπὶ πόκῃ μυκωμέναι, τὼ κεφαλὼ Μεδούσης ἀνεκαλέντο. [15] οἱ δὲ Μυχάλῳ αὐτῷ φασιν, ἐπὶ ἐν μυχῷ κεῖται τῆς Καρικῆς ἄλσος. ἔστι δὲ καὶ Μυκάλη πόλις, καὶ ὄρος.

ΜΥΚΑΛΗΣΣΟΣ, πόλις μεσογαία Βοιωτίας. [16] Θουκυδίδης ἑβδόμῃ. ἐκλήθη δὲ, [17] ὅτι ἡ βοῦς ἐστοῦτο ἐμυκήσατο, ἡ τὸν Κάδμον καὶ τὸν ζωὸ αὐτῷ σφετὸν ἀγαγοῦσα εἰς Θήβας. [18] ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας, ὡς Ἔφορος τρίτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Μυκαλήσιος, καὶ Μυκαλησσία. ἔστι καὶ ὄρος Μυκαλησσὸς, ἐναντίον Σάμου. καὶ Μυκαλησσὶς, τὸ ἡλυκόν.

ΜΥΚΗΝΑΙ [19], πόλις Πελοποννήσου. Ὅμηρος,

οἱ δὲ Μυκήνας εἶχον. ——

[20] κτὶ

MYCALE, urbs Cariæ, de qua Herodotus libro I. Gentile, Mycalesius, uti Ithacesius. Tryphon vero Mycalensis dixit in libro de Derivativis. Et genere fœm. dicitur Mycalesis, uti Sostratus Phanagorita perhibet. Didymus vero tradit, Mycalen esse montem. Ita autem fuit dicta, quod reliquæ Gorgones in partu μυκώμενα mugientes, Medusæ caput revocaverint. Alii eam Mychalem vocant, quia ἐν μυχῷ in intimo recessu Carici maris sita sit. Est igitur Mycale, & urbs, & mons.

MUCALESSUS, urbs mediterranea Bœotiæ, de qua Thucydides libro septimo. Ita autem fuit appellata, quod vacca, Cadmum cum exercitu Thebas ducens, ibidem mugitum ediderit. Est quoque alia Cariæ, de qua Ephorus libro III. Gentile, Mycalesius & Mycalessia. Est præterea mons Mycalessus e regione Sami, & Mycalessis fœmininum.

MYCENÆ, urbs Peloponnesi, de qua Homerus:

Qui vero Mycenas habitabant. —— nomen

legebatur enim male, ὡς Φοβήσεις Φοίνικα, & gentile Φοινίσσα, quod necessario erat corrigendum. Vide in Φοίνιξ & Τυώς.

10 Ἡρόδοτος πρώτῃ.] Male in omnibus libris editis & MSS Ἡροδ. ἐκτῃ legebatur: Nam Herodotus libro primo promontorium, cui nomen *Mycale*, hisce verbis describit: Ἡ δὲ Μυκάλη ἐστὶ ὄρεσι ἄκρη, τοῖσι ζαφερωτάτοισι κατήκουσι Σάμου. Lydiæ hunc locum adscribit Scylax in Periplo: Περὶ δὲ τὴν Μυκάλης Σάμος ἐστὶ τῆς Ἴωνος, πόλιν ἔχουσα Ἑλληνίδα κλειστήν. Deinde docet Mycalen urbem vicinam habere Prienem: Ἐπὶ τῇ Μυκάλης ἐστὶ πεδίας Πριηνεύς, λιμένας ἔχουσα δύο, ἀν' ἓν πόλισμα κλειστόν. Imo adeo vicina Prienæ, ut Mycale mons Prienæ appelletur a Pseudo-Didymo: Μυκάλη ὄρος Περσικὸν, ἀπικὲν Σάμου τῆσσα.

11 Τρύφων δὲ Μυκαλεύς φησι.] Occurrit illud gentile apud Eustathium in comment. ad Iliada B hisce verbis: Μυκαλήσιος Διὸς λαμπρὸν ἱερόν.

12 Καὶ ἡλυκὸς Μυκαληστής.] Cum Sostratus Phanagorita hodie desideretur, adducam verba Callimachi ex hymno in Delum, ubi hoc fœmininum in usu est:

- - Οὔπω τοῖον Σάμος, οὐδὲ σταφυλαὶ
Γέντιος Ἀγκαίου Μυκαλησσίδες ἐξέπιον.

13 Δίδυμος δ' ὄρος τῆς Μυκάλης φησίν.] Mons Taurus, per omnem Asiam se extendens, initium facit a Mycale monte, qui est Samo insulæ oppositus. Docet hoc ex Arriano de Expedit. Alexandri Mag. Eustathius in Comment. ad Dionysi de situ orbis, cujus verba producam, quia aliqua emendatione indigent. Ἀβρώνιός δέ φησι κτίσιν, ὁ Ταῦρος τὸ ὄρος ἀπτόμενος τῆς Ἀσίας, ὀρεγόμενος μέχρι Μυκάλης (lege Μυκάλης) τῆς καταντικρὺ Σάμου τῆσσα ὄρος. Plura sunt in verbis Eustathii, quæ non satis respondent verbis Arriani, de quibus alias monebimus. Passim ab auctoribus mons iste Μυκάλη appellatur. Philostratus in Apollonii Tyanei vita, ubi de Caucaso loquitur: Τὸ δὲ ὄρος τοῦτο ὀρεγόμενον Ταύρου, ἢ δὴ Ἀνατολὴν τε & Κιλίκων ἐπὶ Παμφύλους & Μυκάλην στήκοντος, ἢ πλησιάσαι ἐς θαλάτταν ἐῷ κάμνει ἐκεῖσε, πέρας ἔχουσι τοιόνδε· ἀν, ἀπ' ὄχ, ὡς ἔνιοί φασιν, ὄρεγε. De hoc monte præterea vide Strab. lib. XIV, Thucyd. Suidam & alios.

14 Ἐπὶ πόκῃ μυκώμεναι.] Eustathius in Comment. ad Iliad. B, hunc locum de Gorgonibus ex Stephano Ethnologo allegans, nullam de partu mentionem facit, qui pro ἐπὶ πόκῃ, legisse videtur ἐπὶ ὄμῳ: sed cum ista mutatio nimis temeraria videri posset, facili negotio mutatio nimis temeraria videri posset, facili negotio legi posset ἐπὶ τόκῳ. Sed ut omnia sint clariora, ipsa Eustathii verba in medium adducam, sic fenim ille: Ἕλληνες δὲ ὁ Βοιωτὸς Μυκαλησσὸς, ὃν μυκηθῆναί φασι Φερεκύδης ἐν τῇ Ἐπτολογίᾳ, ὅτε καὶ ἡ Μυκάλη ἄντικρυς τῆς Ἐφέσου ἐστὶ καὶ Γεργίθης ἐστὶ δ' ὅμως τὰς μυκωμένας, τὼ κεφαλὼ Μεδούσης ἀνεκαλέντο. Quia præterea alii mythologiæ doctores de mugitu Gorgonum in partu nihil affirmant, hanc emendationem amplectendam censeo.

15 Οἱ δὲ Μυχάλῳ αὐτῷ φασι.] Idem ex nostro asseverat Eustathius, loco proxime allegato: Οἱ δὲ Μυχάλῳ αὐτῷ φασιν, ἐπεὶ ἐν μυχῷ κεῖται τῆς Καρικῆς.

16 Θουκυδίδης ἑβδόμῃ.] Hæc sine dubio respicit Thucyd. verba: Καὶ ἐκβιβάσαντες ἐς τὴν Βοιωτίαν, ἦγον αὐτοὺς ἐπὶ Μυκαλησσόν.

17 Ὅτι ἡ βοῦς ἐστοῦτο ἐμυκήσατο.] Noster tradit urbem sic vocatam, quod vacca quæ Cadmum Thebas duxit, illic mugitum ediderit, quod etiam non uno in loco asseverat Eustathius in Comment. ad Iliad. B. Etymologici Mag auctor ferme habet eadem, nisi quod præterea addat, vaccam duxisse Cadmum ad condendas Thebas juxta Apollinis oracultum: Μυκαλησσὸς ἡ πόλις, ὅτι οἰκεῖσα ἐμυκήσατο ἡ βοῦς, ἡ ἀποφηνασθεῖσα ὑπὸ Κάδμου εἰς τὴν κτίσιν τῶν Θηβῶν, καθὰ χρησμὸς Ἀπόλλωνος.

18 Ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας.] Hæc alia non est, quam Ortelius nostro assentiri videtur, quam illa, quam jam supra *Mycalen* nominavit & Cariæ attribuit. Idem profecto judicandum est de monte Mycalesso e regione Sami, qui idem est cum monte Mycale, jam eadem sectione descripto.

19 Μυκῆναι, πόλις Πελοποννήσου.] Urbs Peloponnesi quon-

[65] Ἀπὸ Μυκηνέως τοῦ Σπάρτωνος, τοῦ Φορωνέως ἀδελφοῦ. [66] ἢ ἀπὸ μύκητος τοῦ ξίφους, ὃ ἐφόρει Περσεὺς, ὃ πάντα κατὰ κέλευσιν Ἑρμοῦ, τῷ πόλιν ἐκτίσαντι. [67] ἢ ἀπὸ τοῦ μυκήσασθαι τῷ Ἰοῖ, βοῦν σκεῖ γὰρ μεταμόν. MYKONOΣ, [68] μία τῶν Κυκλάδων, ἀπὸ [69] Μυκόνου τοῦ Αἰνέως, τοῦ Καρυστοῦ καὶ Ῥοδὸς τῆς Ζάρηκος. [70] Θουκυδίδης τρίτῃ, [71] καὶ

A Nomen habet a Myceneo Spartonis filio, Phoronei fratre: vel ἀπὸ μύκητος, id est, à manubrio gladii quem gestabat Perseus, quo cadente, ex mandato Mercurii urbem condidit. Vel nomen habet e Μυκήσασθαι, quod Io illic in vaccam transfigurata, mugitum ediderit. Civis, Mycenæus, fœmininum Mycenis, & B Mycenensis.

MYCI, gens, de qua Hecatæus in Asia. A Mycis ad Araxen fluvium.

MYCONUS, una ex Cycladum insulis, nomen habens a Mycono Æolii filio, Caryſti & Rhyus filiæ Zarecis nepote. Hujus meminit Thucydides libro III, & Strabo

quondam clarissima, cujus ne vestigium quidem ætate Strabonis supererat, minus quinquaginta stadiis Argis distans. Antiquissimum ejus nomen fuit Argos, uti Plutarchus libro de Fluviis auctor est: Μυκήνης δὲ ἐγγὺς τὸ αὐτὸ πεῖν Λέρνα (legendum Ἀ γρόν) ὑπὸ Ἀργου τοῦ Πανόπτου. Imo hoc loco sic emendandum, liquet ex Scholiasta ad Sophoclis Electram in principio: Ἀ γρὸς δὲ τὸ αὐτὸ τῆς Μυκήνης χωρίον λέγα. Ἐ ὑπὸ τοῦ Μυκήνου λέγετ) Ἀ γρόν.

[65] Ἀπὸ Μυκηνέως τοῦ Σπάρτωνος, τοῦ Φορωνέως ἀδελφοῦ.] Malebam sequi auctoritatem MSS & Eustathii, quam hactenus vulgatorum, in quibus pro Μυκηνέως excusum erat Μυκηναίων: sed præter *Myceneum* hunc Eustathius adducit *Mycenam* nympham Laconicam. (Hanc Pausan. in Corinth. Inachi filiam, & Arestoris uxorem fuisse ait) unde & urbi nomen impositum videtur, ita enim ille ad Iliad. B. Τύτων δὲ ἡ μὲν Μυκήνη, ἀπὸ τοῦ ὁμώνυμος φασὶ Λακωνικῆς ἀναμφίβολα. ἡ ἀπὸ Μυκηναίου τοῦ Σπάρτωνος ἀδελφοῦ Φορωνέως. Imo nostram emendationem esse verissimam, liquet manifestissime ex Pausania in Corinthiacis: Ὅ, δὲ Φασὶ ἀπὸ αὐτῶν ἀνθρώπου λέγειν, Μυκηνέα τὸν εἶναι Σπάρτωνος, Σπάρτωνα δὲ Φορώνεως, ὃς ἀπ' ἐμοῦ λελέξεται. ἀπὸ μύκητος τοῦ ξίφους. Sic optime emendavit Xylander: quare summopere miror, Aldinæ Juntinæque editioni præfectos admittere, ἢ ἀπὸ μηδὲν τοῦ ξίφους, quod sane omni sensu caret. Chrysermus Corinth. lib. I Peloponnesiacorum apud Plutarchum de Fluv. occasionem condendæ urbis hisce verbis refert: Περσέως φορέσαντος μαχαίρᾳ, ᾗ κρῖν τὸν λέοντα ἀφορμὴν τῶν, ὃ βασιλεῖ Ἐυρυσθέως, ἐκπλῆσαι τὸ ξίφος ὁ μύκης. Παρηφόρῳ δὲ αὐτῷ ἐμπεσοῦσῃ τὴν ἀγριλικὴν πόλιν, ἐλαβὲν χρησμὸν ἐκεῖ κτίσαι πόλιν. Ὅ ἔτε ἐκὶ τοῦ Ἀργους ἐφ' ᾧ. ἐ ἐφὶν τὸν ἐκληθῆναι λαβεῖν, πόλιν θέλειν, ἐδ' ὅσον ἐν συναγείρασθαι στρατηγέσαν Μυκήνας. Huc etiam facit locus Nicandri in Alexipharm. quem Salmasius marginibus sui libri appinxit:

Περσεὺς ἰὼ πατρὶ λιπὼν Κηφηΐδα γαῖαν,
Ἀργεῖ' ἀπ' ἀκμήτας ἀστηρόεντος Μαδύνης,
Γέλλᾳ Μυκηναίοις ἐν ὠκείῃσι θύρῃσι,
Καρπὸν τὸν δίοιο, μύκης ὅτι κάμπτεται ἄκρης.

Pausaniasin Corinthiacis, referens urbem a casu capuli glaivi, quem ferebat Perseus, accepisse nomen: præterea addit, se audivisse qui dicerent, Persea sitientem, humo fungum sustulisse, ac repentinis aquæ scatebris, siti magna cum voluptate depulsa, ex eo cubus magistris Græcis, *capulum ensis & fungum* denotat. Etymol. Mag. Auctor: Μύκης ἐστὶ ὁ λαβὴ τοῦ ξίφους. καὶ ἀπὸ μύκητος τοῦ ξίφους τοῦ Περσέως ἐκεῖ τοῦ ξίφους. καὶ ἀπὸ μύκητος τοῦ ξίφους φησὶ Φερεκύδης. (Forte legendum πανσίδ) ἐκλεῖψαι ὁ πόλις Μυκήνας. Μύη δὲ πρωτοκλείου τοῦ ἥλιου τοῦ ξίφους. Et ibi legend Μύκης δὲ Scholiast. Nicandri ad locum jam allegatum prorsus gemina habet: Μύκης κυρίως τοῦ ξίφους τὸ πρωτοκλείον τοῦ ἥλιου. ἀπὸ τοῦ μύκητος τοῦ ξίφους φησὶ Φερεκύδης ὁ πόλις Μυκήνας. Vel in Etymologico legendum μύκης δὲ πρωτοκλείου &c. Nam apud Suidam legimus: Μύκης, ὁ ἥλιος.

[66] Ἢ ἀπὸ τοῦ μυκήσασθαι τῷ Ἰοῖ, βοῦν σκεῖ γὰρ μεταμόν.] Eustathius varias significationes τοῦ μύκης cum recensuit in Comment. ad Iliad. B pag. 290 tandem ex nostro addit: Καὶ δὲ παρὰ Μυκήνῃ, ἀπὸ τοῦ μυκήσασθαι τῇ Ἰοῖ βοῦν σκεῖ γενομένῃ. Non conveniunt cum his alii mythologiæ doctores, qui perhibent, non Io, sed Medusæ sorores (quarum nomina erant Stheno & Euryale) præmira animorum convenientia, cum nulla eis superesset spes Perseum capiendi, mugitum edidisse, unde indigenæ Mycenas appellarunt. Locus sane egregius est apud Plutarchum de Fluv. in Inacho hisce verbis: Περσεὺς Μίδεια δαπλήσιος, Σθενὼ & Εὐρυάλη ὡς τῇ ἀθανασίᾳ ἀδλαβεῖ τῇ περιόψεσθαι τὸν ἐπιβουλεύσαντον, γνησίᾳ δὲ κατὰ τῶν τὸν λέοντα ἀπολέσαντα τῇ συλλήψεως, δέ τῶν συμπεσεῖν. ὁι δ' ἐγχωρίοι τῶν ἀκρόπολιν ἀπὸ τῆς συμφορᾶς. Μυκήνας σπίδον.

[67] Ὁ πολίτης Μυκηναῖος.] Eadem ex nostro gentilia masculina agnoscit Archiepiscopus Thessal. loco jam allegato: Λέγεται δὲ καὶ ἐπικῶς Μυκήνη ἡ πολιτικὸς· ὁ δὲ πολίτης αὐτῆς, ὃ μόνον Μυκηναῖος, ἀλλὰ καὶ Μυκηνεύς, κατὰ τὸν τὰ ἐθνικὰ χρόνον. Apud Thucyd. est Μυκηναῖος. lib. I: Τῶν Μυκηναίων τε ἡ ὀλίγη Εὐρυσθέως ἦρχε. Et fœm. gen. de regione apud Strab. lib. VIII: Καὶ δὴ καὶ τὰλλ Λακωνικὴν τὴν Μυκηναίας στρατήμας.

[68] Μυκῆ, ἴδ.] Non addit noster, quo sub solo posita sit. Sine dubio fuit gens Persica, de qua Herod. lib. VII. Οὗτοι δὲ ἦ Μυκῆ τε ἦ Παρικανίοι ἐσκευασμένοι ἦσαν κατάπερ Πάκτυες. τυπὴν δὲ ἦρχε εἶδε. Οὗτοι μὲν ἦ Μυκῆν, Ἀσσυρίοισι ὁ Δαρεῖε. Lib. III scribitur Μυκῆι, sed melius in margine Μυκῆσι.

[69] Ἐκ Μυκῆν εἰς Ἀ ραξῆν ποταμόν.] In omnibus libris legebatur: Ἐκ Μυκῆν εἰς Ἀ ραξῆνα ποτε. Salmasius putabat, nonnulla heic desiderari, quare in margine sui Stephani totum locum sic constituebat: Ἐκ Μυκῆν εἰς Ἀ ραξῆν ποταμὸν τοῦτα πότε. Omnia hæc, destituti fide codicum MSS & auctoritate veterum scriptorum, addere non sustinuimus. Nec in ποταμὸν mutatum ivimus: nam illud ποῦ ortum est ex compendiaria scribendi ratione vocis ποταμοῦ. Huic non dissimilis menda occurrit in Μύρτη.

[70] Μύκωνος, μία τῶν Κυκλάδων.] Inter Tenum & Icariam sita est hæc insula. Hinc apud Scholiast. Lycophronis legimus: Ἡ δὲ Τῆνος ἦ Μύκωνος, τῶν εἰσὶ τῶν Κυκλάδων. Verum ibi corrigendum Κυκλάδων. Aliquando *Mycone* dicitur. Virg. lib. III Æneid.

Errantem, Mycone celsa Gyaroque reduxit.

[71] Ἀπὸ Μυκόνου τοῦ Αἰνέου τοῦ Καρυστοῦ.] Scripturam codicum MSS potiorem duxi. In Xylandrian. excusum erat, quod minus placebat: Ἀπὸ Μυκόνου τοῦ Αἰνείου τοῦ Καρυστοῦ. In Aldina Juntinaque: Ἀ ὸ Μυκόνου τοῦ Αἰνείου, τοῦ Καρυστοῦ ἦ Ῥοδὸς ὁ Ζαρήκου.

[72] Θουκυδίδης τρίτῃ.] Sine dubio innoxiunt hæc

[69] καὶ Στρέβων δεκάτῃ. Μύκονος· ὁ Ἄβο libro x. Myconus est sub qua fabulantur
ἐστὶν, ἐφ' ᾗ μυθεύουσι κεῖσθαι τῶν γιγάν- jacere fortissimos gigantum ab Hercule inter-
των τὰς ὑγιεστάτας, ὑφ' Ἡρακλέους κα- fectos. A quibus proverbium: Omnia sub
θαιρεθέντας, ἀφ' ὧν ἡ παροιμία, [70] Πάντα unam Myconum. Quod de iis dicitur, qui
ὑπὸ μίαν Μύκονον. Λέγει τῶν ὑπὸ μίαν res natura divisas, sub unam descriptionem
χαφλὼ ἀγαγόντων τὰ διῃρημένα τῇ φύ- cogunt. Quidam etiam calvos Myconios ap-
σει. καὶ τοὺς φαλακροὺς δέ τινες Μυκο- pellant, quia morbus hic insulae vernacula
νίους καλοῦσιν, [71] ὅτι ᾧ τὸ πάθος τοῦτο est. Insulanus, Myconius.
ἐπιχωριάζει τῇ νήσῳ. [72] ὁ νησιώτης, Μυ-
κόνιος.

ΜΥΛΑΙ, πόλις Σικελίας· Ἑκα- MYLÆ, oppidum Siciliæ, de quo He-
ταῖος Εὐρώπῃ. ὁ πολίτης Μυλαΐτης, ὡς catæus in Europa. Oppidanus, Mylaïta,
τῶν Θηβῶν Θηβαΐτης, Ἀθῆναι Ἀθηναῖ- uti a Thebis fit Thebaïta, ab Athenis Athe-
της. εἰσὶ γὰρ οἱ οὕτω λέγοντες. [73] καὶ τὸ θη- naïta. Sunt enim qui sic dicunt. Et fœ-
λυκὸν Μυλαῖτις. εἰσὶ δὲ Μυλαὶ καὶ Θετ- mininum Mylaïtes. Sunt etiam Mylæ Thes-
λαλίας, [74] ἧς τὸ ἐθνικὸν, Μυλαῖος. salicæ, cujus gentile, Mylæus.

ΜΥΛΑΚΕΣ, ἔθνος Ἠπειρωτικόν. MYLACES, gens Epirotica, de qua
[75] Λυκόφρων, Lycophron:

Κραθίς θ' ὑείτων, ἠδὲ Μυλάκων *Crathis vero vicinus, & Mylacum fi-*
ὄροι. *nitimus.*

ΜΥΛΑΝΤΙΑ, [76] ἄκρα ἐν Καμίρῳ MYLANTIA, promontorium in
τῆς Ῥόδου· [77] Μυλάνιοι ἤτοι Ἀπμύλιοι. Camiro Rhodi. Unde Dii Mylantii, qui
[78] ὅτι sunt

Thucyd. verba: Περιμίξαντες δ' ἀπ' αὐτῆς τῇ Ἰκάρῳ & Μυκόνῳ.

[69] Καὶ Στρέβων δεκάτῃ.] Male in omnibus excusis legebatur τετάρτῃ, quod primus omnium vidit Schottus ad Zenobium. Sed longe alio modo in Strabone legitur, quem citat Stephanus. Ut autem discrimen illud manifeste liqueat, ipsa Strabonis verba in medium adducam: Μύκονος δ' ἐστὶν ὑφ' ᾗ μυθεύουσι κεῖσθαι τῶν γιγάντων τὰς ὑγιεστάτας, ὑφ' Ἡρακλέους καθαιρεθέντας· ἀφ' ὧν ἡ παροιμία, πασῶν ὑπὸ μίαν Μύκονον· ἐπὶ τῶν ὑπὸ μίαν χαφλὼ ἀγόντων τὰ διῃρημένα τῇ φύσει· ἃς τινες φαλακρὰς δὲ τὰς Μυκονίας καλοῦσι, ὅπερ τοῦ πάθους τούτου ἐπιχωριάζοντος τῇ νήσῳ. Minutias omnes, in quibus a Strabone differt noster, non persequar: sed observatione non indignum est, in vulgatis Geographi libris legi ὑγιέστατος, pro quo noster habet, uti etiam in quibusdam invenit Casaubonus ὑγιεστάτας, quam vocem etiam agnoscit vel ex Strabone, vel ex Stephano Eustathius in Comment ad Dionys. pag. 76. Adeo ut frustra hanc vocem sollicitaverit Petavius ad orat. 1 Themist. pro eo reponens δεινοτάτας. Deinde, uti bene monet Casaub. pro διῃρημένα in Strabone ex nostro reponendum est διῃρημένα.

[70] Πάντα ὑπὸ μίαν Μύκονον.] Perperam exhibebant Veneta Florentinaque: Πάντα ὑπὸ μίαν Μύκον. Vitium hoc Xylander correxit, quem sequimur.

[71] Ἀπὸ τὸ πάθος τοῦτο ἐπιχωριάζει.] Myconios carere pilo, testatur Plinius lib. xi cap. xxxvii: *In capite cunctorum animalium pilus* &c. *Quippe Myconii carentes eo gignuntur, sicut in Cauno lienosi.*

[72] Ὁ νησιώτης, Μυκόνιος.] Cratinus in hominem sordidum apud Athenæum lib. i: Πῶς ἂν Ἰχθυόκλῃ γένοιτο Μυκονίῳ φιλόσοφος ἄν τις; *Quomodo tu ab Ichthyocacho Myconio genitus, munificus esses.* Alia præterea proverbia sunt, in quibus illud gentile occurrit, de quibus videsis Paræmiographos.

[73] Καὶ τὸ θηλυκὸν, Μυλαῖτις.] Male in Xylandriana Μυλαῖτης, quod forte in typographi errores est inferendum. Veram lectionem ex MSS & prioribus editionibus revocavimus.

[74] Ἧς τὸ ἐθνικὸν Μυλαῖος.] Non mihi persuadet Stephanus, duntaxat a Thessalico oppido derivari Μυλαῖος. Polybius enim Μυλαῖοι πόλις in Sicilia meminit lib. i. Et oppidani Μυλαῖοι dicuntur Diodor. Sic. lib. xii. Hinc verissimam censeo magni Gronovii conjecturam ad Ausonii Mosellam:

Aut Pompejani Mylæ pericula belli
Euboica referunt per averna sonantia cymba.

Ubi vulgo perperam *Mylæana pericula* editur.

[75] Λυκόφρων.] In vulgatis Lycophronis legitur ὄφεις, quare ego versiculum istum ita corrigendum censeo:

Κραθίς θ' ὑείτων, ἐν δὲ Μυλάκων ὄφεις
Χοῦσ., σωμοίκεις δέξιτοι Κίλλαν Πολυς.

[76] Ἄκρα ἐν Καμίρῳ τῆς Ῥόδου.] Male in hactenus vulgatis ἐν Καμίρῳ excusum est. Veram emendationem Salmasius sui libri marginibus appinxerat.

[77] Μυλάνιοι ἤτοι Ἀπμύλιοι.] Asteriscum collocarunt post copulativam ἤ, ubi non erat necessarius: sed Meursius post vocem ἤτοι, supplebatque, uti nunc excudi curavimus. Sed mirum est, eum Hesychii auctoritatem non adduxisse, in quo plane eodem modo legitur: Μυλάνιοι ἤτοι Ἀπμύλιοι. Nostra regio, inquit Petronius, tam præsentibus plena est numinibus, ut facilius possis Deum, quam hominem invenire. Quod non tantum de Romanis verum est, sed etiam de Græcis, apud quos vix ullus locus, cui non aliquis genius aut numen præerat. Dea quædam molaris appellabatur Εὔτος, quæ mensurarum, quibus farina metitur, curam gerit. Etymologici Mag. Auctor: Εὔτος, θεὸς ἀπμύλιος, ἡ δοκοῦσα ἐφεῦρε τὰ μέτρα ἀλέσεων. Apud Pollucem Deæ molaris mentio est, ut & Eunostii lib. vii cap xxxiii: Ἀπμύλιος αὖθις· ἐκ συμμαλία θεὸς, ἐκ Εὔτος, quod male vertitur a Gualthero: Molaris cantio: Dea molaris & *benevola*. Alii perhibent *Eunostum* esse vilem in molendinis imaunculam, quæ mensuræ præsse crede-

Ο᾽ΛΚΙΟΝ, πόλις Τυρρηνίας. Πολύβιος ἕκτῳ. τὸ ἐθνικὸν Ο᾽λκιῆται, καὶ Ο᾽λκιεῖς. D

OLCIUM, urbs Tyrrheniæ, de qua Polybius libro sexto. Gentile, Olcietæ, & Olcienses.

Ο᾽ΛΜΙΟΝ, [87] πόλις Βοιωτίας, ὡς Ἐπαφρόδιτος ἐν τοῖς Ὁμηρικοῖς. τὸ ἐθνικὸν, Ο᾽λμιεύς.

OLMIUM, urbs Bœotiæ, cujus meminit Epaphroditus in Homericis. Gentile, Olmiensis.

Ο᾽ΛΜΟΙ, πόλις τραχείας Κιλικίας, E [88] ὅπερ

OLMI, urbs asperæ Ciliciæ, ubi antea habita-

[79] Ὀλβίσιοι, ἔθνος ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν.] In omnibus MSS exhibetur, Ὀλβύσιοι λὸν Ἡρακλείων στηλῶν, & etiam in Veneta Florentinaque editione. Illud Ὀλβύσιοι magis probo, quam si in medio collocetur jota, sed λὸν omnino improbandum cum Xylandro, pro quo ἀπὸ reposuit, quod sequimur. Puto esse Hecatæi Ἐλβισίνης, & Herodori Ἐλβυσινίτης, de quibus quid statuendum sit, videsis in comment. ad vocem Ἴβηρία pag. 480.

[80] Ὀλίζων, πόλις Θετταλίας.] Urbs hæc Magnesiæ attribuitur Straboni lib. IX, Plinio lib. IV cap. IX, & etiam Scylaci. At ob viciniam Thessaliæ assignat Stephanus. Sed toto cœlo erravit Suidas, tradens Olizonas gentem esse Thracicam: Ὀλιζῶνες, ἔθνος Θρᾳκικόν. Sine dubio legendum Θετταλικόν. Præterea idem Suidas errorem reprehensione dignissimum commisit, quod urbem hanc Olizona Melibœum vocaverit, ita enim ille: Μελίβοιον, τὴν Ὀλιζῶνα πόλιν. Ubi tamen, si veritati convenientia pronuntiasset Suidas, Μελίβοιαν, τὴν Ὀλιζῶνα πόλιν legendum foret.

[81] Κλίνεται δὲ Ὀλί ξ ω, καὶ ὀξύνεται.] Idem testatur de hac voce Eustathius ex Apione & Herodoro in comment. ad Iliad. B pag. 329. Η᾽ δὲ Ὀλίζων, καὶ ὀξύνεται καὶ φυλάσσῃ τὸ ω ὡς ὅλη τῇ κλίσει. φασὶν οὖν Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρος, Ὀλιζῶνα ὡς Μιδιῶνα.

[82] Καὶ Μελίβοιαν ἔχον.] In omnibus Homeri editionibus hoc modo iste versiculus concipitur, & qua de causa Stephani codices exhibeant, καὶ Πιτύοιαν ἔχον, rationem nullam video, & ideo summo jure illam vocem corriximus.

[83] Πρὸς ἀνταναπλῶ ξ ὀλίζων.] Nisi addas ultimam vocem, quæ scribarum incuria exciderat, sensus non erit satis commodus. Imo Eustathii auctoritate probari potest, hanc vocem esse necessariam, & quondam in Stephani codicibus extitisse, sic enim ille ad Iliad. B. post verba supra allegata: Ὀξύνεται δὲ φασὶ καὶ Ὀλίζων, ἀπὸ τοῦ διπλοῦ ξ ὀλίζων, ἤτοι ὀλιγ- ὡς τὸ, λαοὶ δ᾽ ὑπ᾽ ὀλιζόνες ἦσαν. Θετταλοὶ γὰρ φασὶ τὸ μικρὸν, ὀλιζον καλοῦσι· ὅθεν καὶ ἡ πόλις καλεῖται, Ὀλί ξ τὸ μικρὸ ὄνομ. ὁ σχολιαστὴς γράφει, Ὀλιζόνες,

[84] Λαοὶ δ᾽ ὑπ᾽ ὀλιζόνες ἦσαν.] Est hemistichium desumtum ex Homeri Iliade Σ, ubi in omnibus exemplaribus voce composita legitur, ὑπολίζονες. Sed ex verbis jam nota proxima allegatis, & ex Eustathii ad illum locum commentariis, manifeste liquet, legendum esse, quemadmodum nostra jam exhibet editio.

[85] Δημοσθένης ἐν πρὶ στεφ.] Non opus est emendari in πρὸς στεφ.: nam Attica declinandi ratio in medio ittiusmodi casuum admittit. Heraclides apud Eustath. ad Hom. pag. 1643 perhibet, Jones recentiores ista voce uti: Ἔστι γὰρ ἴσον τὸ ὀλίγον, ὀλίζον καὶ Ἡρακλείδης Ταντος φησὶν ὁ νεώτερος· τῇ ζ γράψας αὐτὸ ἢ γ κλινόμενον. καὶ τὸ μὲν φύσει φύζῃ λέγοντες. Alii censent ἡβῶμεν. καὶ τὸ μὲν φύσει φύζῃ λέγοντες. Alii censent ἡβῶμεν factum esse ab Æolica voce ἤλικοι. Etymologici Mag. Auctor hoc docet in voce Διάσημα. οἱ μὲν Αἰολεῖς τὸ δύο ἐκ τοῦ ζ γράφουσι. ὅτου γὰρ ἐστὶ τὸ μικρὸν Αἰολεῖς τὸ δύο ἐκ τοῦ ζ γράφουσι. ὅτου γὰρ ἐστὶ τὸ μικρὸν Αἰολεῖς τὸ δύο ἐκ τοῦ ζ γράφουσι. ὅτου γὰρ ἐστὶ τὸ μικρὸν ἐστὶ τὸ μέγας, μέζων φασὶ τὸ μείζων. ἐκ τοῦ ἐλίσσω, λοιπὸν ἐλίγ-, ὀλίζων.

[86] Τὸ ἐθνικὸν, Ο᾽λιζώνιος.] Sic bene exhibetur in Xylandriana, pessime vero & præter mentem Stephani in Veneta Florentinaque, τὸ ἐθνικὸν, Ο᾽λιζών-. Eustathius in supra allegatis verbis idem gentile per ω scriptum agnoscit.

[87] Ο᾽λμιον, πόλις Βοιωτίας.] Extitere olim in Bœotia Permessus & Olmejus, duo flumina ex Helicone confluentia in Copaidem paludem teste Strabone lib. IX, cui etiam ultimus sine diphthongo Ο᾽λμιος dicitur. Hujus etiam meminit Hesiodus in principio Theogon.

Ἠ Γ᾽ηπαικερόεντ᾽, ἠ Ο᾽λμειῆ ζαθέοιο

Ad quem locum sic scribit Scholiast. Καὶ Ο᾽λμειὸς πεδιάς ἐν Ἑλικῶνι ἡ Βοιωτίας, ἀπὸ Ο᾽λμείου τοῦ Διὸς καὶ Θεσπιάδος. Hinc facile mihi persuadea, urbem ejusdem nominis ad hoc fluvium fuisse sitam. Dubito tamen, utrum Ο᾽λμιον & Ο᾽λμειὸς, de quo vico Bœotiæ mox aget, diversa sint loca, & an non Stephanus antiquorum codicum fide sit deceptus, in quibus unum idemque oppidum variis modis exaratum invenerit.

[88] Ο᾽περ

[88] ὅπερ πρόπερον ὤκουν οἱ νυῦ Σελευκεῖς. τὸ ἐθνικὸν Ὁλμεῖς, [89] ὡς Ταρσεῖς.

Ὁ ΑΜΩΝΕΣ, [90] κώμη Βοιωτίας, ἀπὸ Ὁλμοῦ τοῦ Σισύφου. Παυσανίας ἐννάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ὁλμωνεῖς.

Ὁ ΛΟΒΑΓΡΑ, πόλις Μακεδονίας. Θεαγένης ἐν Μακεδονικοῖς. [91] τὸ ἐθνικὸν, Ὁλόβαγρος.

Ὁ ΛΟΟΣΣΩΝ, [92] πόλις Μαγνησίας. Ὅμηρος,

-- Πόλιν τ' Ὁλοοσσόνα λᾶϊνλεύ.

οἱ πολῖται Ὁλοοσσόνιοι, καὶ Ὁλοοσσονίηθεν ἴπποπρημα.

Ὁ ΛΟΤΡΟΣ, πολίχνιον τῆς Ἀχαΐας, ἀ πόρρω Πελλήνης, [93] ὡς Ξενοφῶν ἑβδόμῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ὁλεῖος.

Ὁ ΛΟΤΣ, πόλις Κρήτης. Ξενίων ἐν τοῖς Κρητικοῖς. ὁ πολίτης Ὁλουντῖος, ὡς Σελινουντῖος.

Ὁ ΛΟΦΥΞΟΣ, [94] πόλις ἐν Θράικῃ πρὸς τὸν Ἄθω. ὁ πολίτης, Ὁλοφύξιος. Ἡρόδοτος, περὶ νυμφῶν καὶ θεῶν γράψας.

Ὁ ΛΠΑΙ, φρούριον κοινὸν Ἀκαρνάνων [95] καὶ Ἀμφιλοχίων δικαστήριον· θχωδίδης τετάρτῳ, [96] ὁ οἰκήτωρ, Ὁλπαῖος, καὶ ἡλικῶς, καὶ ἐθνικῶς.

ΟΛΥΚΑ

A habitabant qui nunc Seleucenses appellantur. Gentile, Olmenses, uti Tarsenses.

OLMONES, vicus Bœotiæ, ab Olmo Sisyphi filio sic dictus, cujus meminit Pausanias libro nono. Gentile, Olmonenses.

B OLOBAGRA, urbs Macedoniæ, de qua Theagenes in Macedonicis. Gentile, Olobagrus.

OLOOSSON, urbs Magnesiæ de qua Homerus:

—— *Urbemque Oloossona album.*

C Cives, Oloossonii. Hinc quoque advertbium de loco Ὁλοσσ. formatur.

OLURUS, oppidulum Achaiæ, non procul a Pellene, teste Xenophonte libro septimo. Gentile, Olurius.

D OLUS, oppidum Cretæ, de quo Xenio in Creticis. Oppidanus, Oluntius, uti Selinuntius.

OLOPHYXUS, urbs Thraciæ circa Athon, cujus civis Olophyxius, teste Herodoto, qui de Nymphis & Diis scripsit.

E

OLPÆ, castellum, quod est Acarnanum & Amphilochiorum commune prætorium, de quo Thucydides libro tertio. Incola, Olpæus, cujus fœmin. & neutrum in usu est.

OLYCA

[88] Ὅπερ πρόπερον οἱ νυῦ Σελευκεῖς.] Hæc noster transcripsit ex Strabone lib XIV: Εἰς Ὁλμεῖς ὅπερ πρόπερον ἦκουν οἱ νυῦ Σελευκεῖς. κἀνθένδε δὲ ἐστὶ τὸ Καλυκαδὴν ἀπὸ Σελευκείας εἰπεῖ μετωκίσθησαν. Hoc est quod ait Plinius lib. v cap. XXVII, *a mari relatam esse Seleuciam, ubi vocabatur Holmia.* Vide Salmasium ad Solinum pag. 619.

[89] Ὡς Ταρσεῖς.] In vetustioribus editionibus cum aspiratione, ὡς Θαρσεῖς legitur.

[90] Ὁ Ὁλμωνεὺς, κώμη Βοιωτίας, ἀπὸ Ὁλμοῦ τοῦ Σισύφου.] Antequam varias hujus loci appellationes enumerem, adducam verba Pausaniæ ex Bœoticis, quæ περὶ τοῦδε τοῦ χωρίου ἀφίκομαι, κώμαι δύο ἐστὶν ἐν τῇδε τῇ γῇ Ὁλμωνεὺς καὶ Ὁλμῶνες. In hisce verbis exhibetur vici nomen & gentile, ac deinde ibidem Ὁλμῶνες celebratur, qui perperam in MSS Stephani Ὁλμεῖς τοῦ Σισύφου dicitur. Idem mihi videtur oppidum, quod Epaphroditus in commentariis Homericis *Olmum*, noster in antecedentibus *Almona*, & Hellanicus male ex sententia Stephani *Salmum* appellavit, de quibus nominibus suo loco videndum.

[91] Τὸ ἐθνικὸν, Ὁλόβαγρος.] Illud gentile videtur vitiosum, legendum fortassis, τὸ ἐθνικὸν, Ὁλοβάγρηθεν, vel Ὁλοβαγρεύς. In Veneta & Flor. editione urbis nomen Ὁλοβαγρὰς dicitur.

[92] Ὁ Ὁλοσσὼν, πόλις Μαγνησίας.] In Aldina Juntinaque, ut & MSS Palat. nomen urbis est Ὁλοσσὸς, sed male, ut ex allato Homeri testimonio liquet. Confer etiam ex Eustathio, istam terminationem olim in Steph codicibus extitisse, ita enim ille ex Nostro ad Iliad. B. pag 333: Ἡ Ὁλοσσών, ἡ ἓξ λόγου πρωτοπαθὲς ὡς ἀπὸ ἑλλὴν ἑλλήνη, οὕτω φ' Ὁλοσσεὺς Ὁλοσσών καὶ τὸν μαγνησσῆα ὧδε. ὁ δὲ παρὰ τοῖς ἐθνικοῖς οὐδαμοῦ

[93] Ὡς Ξενοφῶν ἑβδόμῳ.] In omnibus libris constanti scriptura legitur, ἑκκαιδεκάτῳ, & ideo dubitat Xylander, cum modo septem hodie Xenophontis Hellenicorum libri prostent, hanc sectionem isti auctori adscribere. Sed vel Stephani error est, vel scribarum; nam libro VII, quemadmodum emendavimus, Xenophon perhibet, Arcades Olurum Achaiæ oppidum, non longe remotum a Pellene, cepisse, ita enim ille: Ἐπεὶ δὲ ἡ ὥρα τοῦ ἔτους ἐγίγνετο ὀπώρα, ἐξῆλθον οἱ Ἀρκάδες ἐπὶ τὴν Ὁλοῦντα. ἐπειδὴ δὲ προσέβαλλον, ἐξ τοῦ αὐτοῦ πόλει Παλλαντίου ἀπέλιπον. ἐν τούτῳ δὲ ἐπολέμουν τοῖς ἐν Ὁλοῦντι Ἀχαιοὶ τε καὶ τῶν πολιτῶν τινες, οἳ ἐβοήθουν. Ἐπεὶ δὲ ἐκράτησαν οἱ Ἀρκάδες, ἐξῆλθον οἱ Ἀχαιοὶ καὶ οἱ τῶν πολιτῶν οἱ βοηθοῦντες, καὶ ἐγένοντο ἐν τῷ πεδίῳ, καὶ ἐμάχοντο ἐπὶ πολὺ, καὶ ἐνίκων ἑκάτεροι. Sed apud Thucyd. lib. IV etiam legitur Ὁλοφύξιον, uti heic apud Steph.

[94] Ὁ Ἄθως.] Suidas, qui hunc locum transcripsit, habet Ὁλοφυξὶς, & sic quoque apud Phavorinum inveni. Suidæ verba sunt: Ὁλοφυξὶς· Θράικης πόλις πρὸς τῷ Ἄθῳ· ἧς πολίτης Ἡρόδοτος· Ὁλοφύξιος, περὶ νυμφῶν, ὡς φασι γράψας ἐν ἰαμβείοις. Ὁλοφύξιος.

[95] Ὁ Ἄλπος, φρούριον κοινὸν Ἀκαρνάνων καὶ Ἀμφιλοχίων δικαστήριον.] In omnibus vulgatis mutile legebatur: Ὅλπη, φρούριον Ἀκαρν. καὶ Ἀμφιλόχων δικαστήριον. Vocem κοινὸν ex MSS revocavimus, & pro Ἀμφιλόχων rescripsimus Ἀμφιλοχίων, ratione sic suadente & Thucydide ipso, apud quem libro III hæc leguntur: Καὶ ἐπιβαθέντες (scil Ambraciotæ) ἐς τὴν Ἀργείαν, κρίλαλαμβάνουσι Ὅλπας, τεῖχος ἐπὶ λόφῳ ἰσχυρῷ ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ· ὃ ποτὲ Ἀκαρνᾶνες τειχισάμενοι, κοινὸν ἐποιήσαντο ἐρύμα.

[96] Ὁ ἡικητὴς, Ὀλπαῖος.] Eodem libro apud Thu-

Ο Ὀ ΛΥΚΑ, πόλις Μακεδονίας· Θεόπομπος πέμπτῳ φιλιππικῶν. τὸ ἐθνικὸν, Ὀλυκαῖος. A

Ο Ὀ ΛΥΚΡΑΙ [97], πόλις περὶ Ναύπακτον· Ἑκαταῖος περιηγήσει Εὐρώπης. τὸ ἐθνικὸν, Ὀλυκρεῖος.

Ο Ὀ ΛΥΜΠΗ, πόλις Ἰλλυρίας, ὡς Δομίτιος Καλλίστρατος ἑβδόμῳ περὶ Ἡρακλείας· τὸ ἐθνικὸν Ὀλυμπαῖος, ἢ Ὀλυμπηνός. B

Ο Ὀ ΛΥΜΠΙΑ [98], ἡ πρότερον Πίσα λεγομένη· ἔνθα Ὀλύμπιος Ζεὺς ἀφ' οὗ τὰ Ὀλύμπια, ὁ ἀγών. ἡ συλλαβὴς τὰ πτωτικὰ, Ὀλυμπίαθεν, Ὀλυμπίαζε. [99] λέγεται καὶ Ἀρπίνα, ὡς Νικάνωρ, ἀπὸ τῆς Οἰνομάου μητρός. C

Ο Ὀ ΛΥΜΠΙΕΙΟΝ, τόπος ἐν Δήλῳ, ὃν κτίσαντες Ἀθηναῖοι χρήμασιν Ἀδριανοῦ, D Νέας Ἀθήνας Ἀδριανὰς ἐκάλεσαν, ὡς Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάσιν πεντακαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν Ὀλυμπιεύς, ἢ Ὀλύμπιος, ὡς Βυζάντιος.

Ο Ὀ ΛΥΜΠΟΣ, ὄρος Μυσίας· Ἀρριανὸς Βιθυνιακῶν πρώτῳ. οἱ οἰκοῦντες, Ὀλυμπηνοί. ἔστι καὶ πόλις Παμφυλίας· Στράβων δεκάτῃ καὶ δεκάτῃ. τὸ ἐθνικὸν, ὁμοίως. E

OLYCA, urbs Macedoniæ, de qua Theopompus libro quinto Philippicorum. Gentile, Olycæus.

OLYCRÆ, urbs circa Naupactum, de qua Hecatæus in Europæ Periegesi. Gentile, Olycræus.

OLYMPA, urbs Illyriæ, de qua Domitius Callistratus libro VII de Heraclea. Gentile, Olympæus, vel Olympensis.

OLYMPIA, quæ ante dicta fuit Pisa, ubi Jupiter Olympius colitur, unde Olympia, certamen. Localia formantur addita syllaba, quæ ex & ad Olympiam denotant. Appellatur quoque Arpina, uti perhibet Nicanor, quod nomen ei urbi ab Oenomai matre est impositum.

OLYMPIEUM, locus in Delo, quem Athenienses sumtibus Adriani conditum Novas Athenas Adrianas appellavere, uti Phlegon Olympiade quinta decima perhibet. Gentile, Olympiensis, vel Olympius, uti Byzantius.

OLYMPUS, mons Mysiæ, de quo Arrianus libro primo Bithyniacorum. Incolæ, Olympeni. Est quoque urbs Pamphyliæ, de qua Strabo libro quarto decimo. Gentile idem est.

Ο Ὀ ΛΥΝ-

---

[97] Ὀλύκραι, πόλις περὶ Ναύπακτον.] Mirum est profecto, nostrum auctorem in conficiendo suo Onomastico geographico, oculis & ingenio adeo hebetem fuisse, ut non perceperit in Hecatæi codicem vitium irrepsisse, & ab urbis nomine τ' M. in principio abesse. Est itaque idem oppidum, quod Straboni Μολυκρεία, & Thucyd. Μολύκριον dicitur, de quo in præcedentibus egit. Verum ut hoc ex situ clarius pateat, addam locum Thucyd. lib. III: Γενόμενοι δὲ ἐπὶ τῇ Ναυπακτίᾳ, ᾗ οἱ Ἀθηναῖοι ἦρχον τῶν ἐπιβοηθησάντων ἐπὶ τὸν τῶν Αἰτωλῶν γῆν, ἧ τὰ ἀφεστῶτα αὐτοῖς ἐν Αἰτωλίᾳ ἐν τῷ Μολύκρίῳ ἱδρύσατο, τὸν Κορινθίων μὲν ναυτικὸν Ἀθηναίων δὲ πεζὸν ἐπῆγεν.

[98] Ὀλυμπία ἡ πρότερον Πίσα λεγομένη.] Non exprimitur an fuerit urbs, neque etiam in qua regione fuerit sita, sed in sequentibus noster tradit, Pisam fuisse urbem & fontem Olympiæ. Quemadmodum inter veteres existunt, Olympiam a Pisa distinguentes, sic etiam nonnulli inveniuntur Olympiam & Pisam eadem loca esse asseverantes. Hinc in recentioribus Scholiis οἱς τὰ τῶν ὀλυμπίων εἶδον Pindari legimus pag. 130, Ὀλυμπία, Πίσα, ἧ Ἦλις τὸ αὐτό. Sic quoque in vetustioribus scholiis traditur, quosdam non rectæ Pisam & Elida confundere, ita enim Scholiast. pag. 4. Ἔνιοι δὲ ὑπονοοῦσιν τὸν Πίσαν ἧ τὴν Ἦλιν. εἰσὶ δέ τινες οἱ διέσπασαν τὸ ἀπ' ἀλλήλων τὰ χωρία, τινὲς πανέντες. Sed apud Grammaticos & scholiastas geographica veritas rarius invenitur. Eorum sententia magis amplexanda videtur, qui statuunt, Olympiam & Pisam, vicina quidem, sed nihilominus diversa fuisse loca, quod Geographorum testimoniis evinci possit. Juxta Orum hic locus nomen habet ab Olympia Arcadis, quam Pisus uxorem duxit, sed hanc opinionem refellit Etymologici Mag. Auctor: Ὀλύμπια, ὁ ὁ Ἦλις τόπος· φασὶ γὰρ τὸν Δία νεῖσθαι πρὸ πάντων, ἐπειδὴ ὁ μὲν Ἦλις ἐφ' ἑαυτοῦ κατέσχεν· ὁμοπάτριος ὢν τούτοις ὁ ἑρμῆς τὸν πόντον ἀπέφηνεν· ἀφ' οὗ καὶ ὁ Ὀλύμπιος ἀστεροφεγγὴς. ὁ δὲ ὁ δίσκος τὸν λιχνεῖαν ὑπομιμνῄσκει τὸν πόντον ὅτι Ὀλυμπίας ἐν Ἀρκαδίᾳ, ὃν ἔγημε Πίσος. Ω Ὀ Ῥ.

[99] Λέγεται καὶ Ἀρπίνα.] Hæc noster sine dubio desumsit ex Pausaniæ Eliacis posterioribus, quanquam ibi Pisa & Arpina non sint eadem oppida, ita enim ille: Ἔστι δὲ ἡ ἄκρα Ἀρπίνη καλουμένη πυθμὴν, ἡ δὲ πολὺ μᾶλλον ἡ πόλιος πλησίον, Ἀρπίνης ἄκρα τι ἐρεπτή, ἡ δὲ ἔσω μᾶλλον τῆς μητρὸς λέγουσι Ἀρπίνης. Sic quoque Strabo lib. VIII Olympiam ab Arpina distinguit, sic enim ille: Παρὸ δὲ τὸ Ὀλυμπίαι ἐφ' ἑ Ἔρπα (Leg. Ἄρπα) ἡ αὐτὴ τῶν ἐκεῖ, ὅτι ἦς ῥεῖ ταύτῃ Παρθένιος, ὃς εἰς Φιγαλίαν ἵστησι. Sic emendabat Salmasius in margine sui Stephani, unde egregie quoque fulcitur conjectura Casauboni, qua suspicabatur olim Ἀρπίνα in Strabonis codicibus fuisse exaratum.

[100] Νέας Ἀθήνας Ἀδριανάς.] In Delo Athenienses fuisse, non duntaxat probatur hoc Stephani loco, sed quibusdam inscriptionibus apud Gruterum pag. 405, ubi legitur ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΔΗΛΩι, & ΑΘΗΝΑΙΟΙΣ ΤΟΙΣ ΕΝ ΔΗΛΩι, quibus addi potest inscriptio nuperrime ex Delo in Chium insulam delata, & inde Constantinopolim, ubi nunc est apud Gallia, Legatum, in qua legitur ΔΗΜΟΣ ΑΘΗΝΑΙΩΝ, quod opportune de Athenensibus in Delo interpretatus est vir doctus in Miscel Eruditæ Antiq. pag. 345.

[101] Ὀλυμπος, ὄρος Μυσίας.] Scholiastes ad lib. I Apollon Rhodii sex hoc nomine montes enumerat in variis regionibus positos: Ὄλυμποι δὲ εἰσὶ ἓξ. Μακεδονίας, Θεσσαλίας, οὗ ἦ ἧς Ὀλύμπια φασὶν Ἀσκληπιάδης, ἄλλος, Μυσίας, Κιλικίας, Ἡ Λιβύης, Ἀγχιάλης, Μυσίας, Κιλικίας, Παμφυλίας, ἧ τὴν Πυρίνναν, ἧς τὴν Γλαφύραν φ' Ἑκαταῖος, ἧς τὴν Ἀκτὴν τὴν Μακεδονικὴν ἧ Ὀλύμπιον, ἧς τὸν Ἄθω, ἧς τὴν Ἡπει-

ρω

Ὄ ΛΥΝΘΟΟΣ, πόλις Θρᾴκης, πρὸς τῇ Σιθωνίᾳ τῆς Μακεδονίας, ἀπὸ Ὀλύνθου τοῦ Ἡρακλέους. ὁ πολίτης, Ὀλύνθιος, καὶ Ὀλωσθία.

A OLYNTHOS, urbs Thraciæ juxta Sithoniam Macedoniæ, quæ ab Olyntho Herculis filio nomen habet. Civis Olynthius & Olynthia.

Ὄ ΜΑΝΑ, πόλις τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας· Γλαῦκος δευτέρῳ Ἀραβικῶν Ἀρχαιολογίας· τὸ ἐθνικὸν Ὀμανός, ὡς Τυανεύς, Κομανεύς.

OMANA, urbs Arabiæ felicis, de qua Glaucus libro secundo Antiquitatum Arabicarum. Gentile, Omanensis, uti Tyanensis, Comanensis.

Ὀ ΜΑΡΙΟΝ, πόλις Θετταλίας. Θεόπομπος φιλιππικῶν ἑνδεκάτῳ δευτέρῳ· ἐν ταύτῃ τιμᾶται Ζεύς, καὶ Ἀθηνᾶ. τὸ ἐθνικὸν Ὀμάρειος, Ὀμαρεύς.

OMARIUM, urbs Thessaliæ, de qua Theopompus libro secundo & vigesimo Philippicorum. In hac colitur Jupiter & Minerva. Gentile Omarii, & Omarensis.

Ὄ ΜΒΟΙ, πόλις Αἰγύπτου πρὸς τῇ Λιβύῃ· Ἀλέξανδρος ἐν πρώτῳ Αἰγυπτιακῶν· τὸ ἐθνικὸν, Ὀμβίτης.

OMBI, urbs Ægypti juxta Libyam, de qua Alexander libro primo Ægyptiacorum. Gentile, Ombitæ.

Ὄ ΜΒΡΙΚΟΙ, ἔθνος Γαλατικὸν, περὶ τὸν Ἀδριατικὸν κόλπον, μεταξὺ Πάδου καὶ Πικεντίνου. λέγονται καὶ Ὄμβροι. ἔστι καὶ ποταμὸς Γαλατίας Ὄμβρος. λέγονται οὖν Ὄμβροι καὶ οἱ Γαλάται συγγραφεῖς. καὶ τόπος ἱερεῖ Ἀρτεμιδώρῳ ἐν τῷ περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, ὅτι τρὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ τίκτει τὰ βοσκήματα, καὶ τὴν καρπὸν πολλαπλασίονα τὴν γῆν ἀνιέναι τῶν

OMBRICI, gens Italica circa sinum Adriaticum, media inter Padum & Picenum. Appellantur quoque *Ombri*. Est præterea Italiæ fluvius *Omber*. Nuncupantur etiam *Umbri* ab Italicis scriptoribus. Aristoteles in libro de Admirandis Auscultationibus perhibet, apud eos pecora singulis annis ternos fœtus edere, atque terram, cui semina sunt mandata, copiosissimos fructus ferre: quin

---

ρα τὰ Ἀτραμυσήνια. Ubi male legebatur, Ἐτεοκλέους. Hic enim mons Strab. & Ptolemæo dicitur ὁ Γέρβιβα.

[1] Ἀπὸ Ὀλύνθου τοῦ Ἡρακλέους.] Juxta alios Olynthus fuit Strymonis Thracum regis filius. Conon Narrat. IV: Ἡ τίνων πέμπτη διήγησις, τὰ περὶ Ὀλύνθου τοῦ Στρυμόνος, ὃς Θρᾳκῶν βασιλεύσας, &c. Deinde additur, Olynthum cum leone in venatione congressum periisse, quem frater Brangas deplorans, eodem quo occiderat loco sepeliendum curavit. In Sithoniam vero delatus, urbem condidit, quam Olynthum de pueri nomine appellavit. Plura de hac urbe vide apud Lud. Nonnium in Comment. ad Goltzii Græc.

[2] Ὄ πολίτης, Ὀλωσθία.] Passim apud scriptores hoc civis nomen occurrit, conspicitur que etiam in numismatibus hæc epigraphe, ΟΛΥΝΘΙΩΝ ΚΑΙ ΤΟΝΑΙΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ.

[3] Ὄ Ὀμανὸς, πόλις ἐν Ἐυδαίμονι Ἀραβίας.] Ab hoc oppido, quod fuit in mediterraneis Arabiæ felicis prope Mariabam & Nagaram, noster deduxit Ὀμανίτας, & numero multitudinis Ὀμανεῖς, qui Ptolemæo dicuntur ΟΜΑΝΙΤΑΙ, juxta terminationem regioni solitum, ita enim ille lib. VI: Καὶ Ὀμανίται· ὧν ἀκρωτήριον Καρβάνιον, μάλιστα τῶν Ἀσαβῶν ἐρῶν. Horum emporium appellat Prol. Ὀμανὸν neutro genere & numero sing. Est præterea in Carmania oppidum Ὄμανα sive Ὀμανὸν, juxta montem Semiramidem, qui est ultra fretum Persici sinus, quod inter montes Alaba & Semiramidem decurrit, cujus circumjacens regio Ariano in Periplo maris Erythræi Ὀμανίτικα dicitur. Μεσόγειοι δὲ τῶν Ὀμανιτικῶν χωρῶν ἀρώμιοι, ἢ παρ' ἄλλοις παρίκιοι) βασιλείας ἔστιν ἡ κλπ. τῶν Τερμιλῶν λεγομένων. Carmaniæ Omana etiam memorat Marcianus Heracleota in Carmaniæ Periplo, in quo capite multa sunt emendanda, quæ jam in aliud tempus & occasionem differam.

[4] Ὄ Ὄμβοι, πόλις Αἰγύπτου.] Integra hæc sectio in hactenus vulgatis collocatur post vocem Ὀλωσθία, contra elementorum ordinem, legebaturque hunc in modum: Ὄλβοι, πόλις Αἰγύπτου πρὸς τῇ Λιβύῃ. Ἀλέξανδρος ἐν πρώτῳ Αἰγυπτιακῶν· τὸ ἐθνικὸν, Ὀλβίτης. Eandem hanc periocopen ego in Vossiano codice calamo exarato inveni post vocem Ὀμβρικοί, quod etiam de vetustiori Palatino testatur Salmasius ad oram sui Steph. Sed tunc etiam isti Ὄλβοι, literarum seriem turbantes, ad hunc locum non pertinent. Ego unicam mutavi literulam in oppidi nomine & gentili, scilicet β in μ, & audeo dicere sic legendo omnia esse plana, & pristinæ sanitati restituta: nam Ὄμβοι literarum ordini non adversantur, & urbs ista appellatione, ut & gentile prisci scriptoribus satis cognita sunt. Ptol. lib. IV *Ombos* juxta Syenen collocat, qui male in vulgatis *Ombri* appellantur, ita enim illo: Θηβῶν τοπάρχης ἡ μητρόπολις. Διὸς πόλις μεγάλη· ἴσιν Τεφιον· ἴσιν Χνουβὶς· ἴσιν Ἐιλειθυίας πόλις· ἴσιν Τόμῳ μικρόν. ἴσιν Ὄμβοι· ἴσιν Συήνη. *Ombites nomos* est apud Plin. lib. V. cap. IX, & *Ombita* apud Ælian. de Animal. lib. X cap. XXI crocodilos vehementer colere perhibentur: Τὰς κροκοδείλους Αἰγυπτίων οἱ ἱερεῖς σέβουσι, ὡς Ὀμβίταις ἱεραῖς οὔσας, ἡ μὴ τοι ἡ ὑπακοὴ καλύπτουσι αὐτοὺς οἱ τεθραμμένοι τοῖς λίμναις τοῖς ὑπ' αὐτῶν πεποιημέναις. Hinc egregie illustrari possunt verba Stephani in Διὸς πόλις, quibus perhibet, crocodilos ibi cicurari & in puteis coli. Vide locum ipsum, si rem tanti feceris.

[5] Περὶ τῶν Ἀδριακῶν κόλπων.] Sic legebatur in vetustiori Palat. quod revocavimus. In hactenus vulgatis conspicitur Ἀδεμανῶν, minus bene. Salmasius hunc Stephani locum in Plin. Exercit. pag. 68. allegans, etiam legebat, quemadmodum edi curavimus.

[6] Λέγονται Ὄμβροι.] Codices MSS exhibent, λέγονται καὶ Σύμβροι. Multo pejus editio Veneta Florentinaque, λέγονται Σίμβροι παρὰ τοῖς Γαλατοσυγγραφεῦσι.

9 πλὴν καβαλλομένην, καὶ τὰς γυναῖκας εὐπαῖδ πλυγένης. στασίνος γὰρ ἐν πίλῃσι. τὰς δὲ πλείστας, δύο, ἢ τρία.

quin imo mulieres ibidem esse fœcundissimas, utpote quæ rarius unos, sed plerasque geminos vel tergeminos fœtus enitantur.

Ο'ΜΗΡΙΤΑΙ 10, ἔθνος Αἰθιόπων· 10 Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ α.

HOMERITÆ, gens Æthiopica, de qua Marcianus libro primo Peripli.

Ο'ΜΟΛΗ, ὄρος Θετταλίας. 11 Παυσανίας ἐννάτῳ. λέγεται καὶ Ὁμολος. οἱ οἰκοῦντες, Ὁμολοεῖς. 11 καὶ Θηβῶν αἱ πρὸς τῷ ὄρει Ὁμολοΐδες πύλαι· 12 καὶ Ζεὺς Ὁμολώϊος τιμᾶται ἐν Βοιωτίᾳ.

HOMOLE, mons Thessaliæ, de quo Pausanias libro nono. Appellatur quoque Homolus. Incolæ, Homoloënses. Et Thebarum juxta montem Homoloides portæ. Colitur quoque Jupiter Homoloius in Bœotia.

Ο'ΜΟΛΙΟΝ, πόλις 13 Μακεδονίας καὶ Μαγνησίας· Στράβων ἐβδόμῃ. τὸ ἐθνικὸν, Ὁμολιεύς. 14 τὸ δὲ Ὁμολώϊος, τὸ κλητικόν ἐστι, καὶ πλεονασμὸν ἔχει.

HOMOLOIUM, urbs Macedoniæ & Magnesiæ, de qua Strabo libro VII. Gentile Homolienſis. Homoloius vero possessivum est, per pleonasmum literæ ω.

Ο'ΜΦΑΚΗ, πόλις Σικελίας· φίλιος Σικελικῶν πιπάτρων. τὸ ἐθνικὸν, Ὀμφακῖνος. 17 ἔδει δὲ Ὀμφακῖνον, τῷ τύπῳ τῆς χώρας.

OMPHACE, urbs Siciliæ, de qua Philistus rerum Sicularum libro quarto. Gentile, Omphacæus, sed oportebat esse Omphacinus juxta regionis formam.

OM-

9 Τὴν καβαλλομένην.] In omnibus vulgatis legebatur, τὴν καβάλλομένην sine sensu, & quanquam in Aristotele eodem modo excusum sit, codicum MSS lectio mihi potior videbatur, quam nunc Stephano reddidi, & etiam Aristoteli reddi oportebat. Καβάλλεσθαι & καβάλλεσθαι antiquis Græcis elbusitatissimum.

10 Ὁμηρίται, ἔθνος Αἰθιόπων.] Vel non satis attenta mente Marcianum consideravit Stephanus, vel alio quodam fato Αἰθιόπων pro Ἀράβων irrepsit; nam nunquam illius scriptoris testimonio confirmabitur, Homeritas esse gentem Æthiopicam, qui eos satis manifeste in Arabia Fel. ad oceanum collocat ab Arabico sinu usque ad Persicum, atque ut hoc constet addam Marciani verba: Πλοῦς τῶν τὰ Ἀράβια κόλπα, τὰ ἀριστερὰ ἔχοντι τὴν ἤπειρον, ἀρχὴ μὲν ἔστι ἡ Εὐδαίμων Ἀραβία (male invulgatis Ἀράβιος) ἔθνη ἔχει τὰ Ἀράβια ὀνόματα κόλπου, μάλιστα δὲ ἀπὸ βηρίτου Ἀράβια κόλπα ονδίγξ, ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα &c. Ἐν τούτῳ δὲ τῷ μήκει θαλάσσης, καὶ τῶν Ὁμηριτῶν ἔθνῶν τυγχανόντων τῶν Ἀράβιων ὑπάρχει γῆς μάχιμος ἡ χώρα ἡ Γεσιηνὴ ἄπαν πλάγιος. Ergo hinc liquet erraſſe Stephanum, quod etiam ex Plinio lib. VI cap. XXVIII, ex Arriani Periplo maris Erythræi, & ex Prol. lib. VI cap. VII manifeste satis evinci posset. Homeritæ olim Sabæi appellabantur, teste Philostorgio, ad quos ille perhibet Constantium legatos mississe, ita enim ille lib. III cap. IV: Οἱ Κωνσταντίου φυλὴ Δομαγισθβόσιος ἀφῖξε τοὺς πάλαι μὲν Σαβαίους, νῦν δὲ Ὁμηρίτας καλουμένους· ἐπὶ δὲ τ' ἔθνη τῶν ὑπὸ Χριστῷ τῶν Ἀρειανὰ φρονούντων. πάντα δὲ χρόνῳ μαλιστα τὰ Ἀράβια καλεῖται καὶ Εὐδαίμονα ἀφ' ὧν Ἑλλησι· καθήκει δὲ ἐπὶ τὸν ἐξατμὸν ἀκεανὸν, ἢ μητρόπολις ἡ Σαβᾶ. Æthiopes, ut hoc addam, habitabant e regione Homeritarum, & Sabæorum, interpolito rubro mari, quod clare evincitur verbis Procopii Cæsariensis lib. I de Bello Persico: Ὁμηρίται δὲ αὖλιοῦ μάλιστα τὸ τῆ αὐλιστέρᾳ ἠπείρῳ Αἰθίοπες οἰκοῦσι, οἱ Αὐξωμῖται καλοῦνται. Cum quo etiam consentit Procopius Gazensis in I Reg. Ὁνομάζονται δὲ οὗτοι Ὁμηρίται, κατ' ἀσπαρὸν δὲ εἰσὶ τῶν Αὐξωμιτῶν, μίαν δὲ τάττει κακείνων ἡ βασιλεία.

11 Παυσανίας ἐννάτῳ.] Sine dubio respicit hæc Pausaniæ verba: Τετράφθαι δὲ τὰ Θεσσαλικὰ, κατακαυθέντα ὑπ' Ὁμόλῃ, ἐρῶν τῶν Θεσσαλικῶν, ἐ ἄγγιον μάλιστα ἐ ὕδατι ἐπιῤῥεομένῳ. Erat hic mons omnium Thessalicorum maxime fertilis & aquis irriguus.

11 Καὶ Θηβῶν αἱ πρὸς τῷ ὄρει Ὁμολοΐδες πύλαι.] Ultima vox scribarum incuria exciderat, quam nos reduximus, auctoritate Pausaniæ, qui loco jam allegato etiam de hisce portis mentionem facit: Τὰς πύλας λέγ' αὐ τὰς πρὸς τὰ ἱππόδρομα λεγόμενα ὑπὸ τῷ Ὁμόλῃ, ὀνομάζουσι Ὁμολοΐδας. Plures scribunt Ὁμολοΐδες per ω in medio. Apollod. lib. III. septem Thebarum portas describens: Καὶ πυλὰς ἑπτὰ ὕστερ, Ἀθηνᾶς μὲν ἐπὶ τοῖς Ὁμολοΐσιν πύλας ἔτι. Sic quoque Lycophronis Schol. Ὁμολαὶς δὲ πύλαις παρὰ Θηβαίοις, ἀπὸ Ὁμολοΐδος ἢ Νύσσης θυγατρός. Ὁμολοΐδες γὰρ πύλαι Θηβῶν. Nihil tamen in Stephano mutare sustineo, cum certum sit, Hesychium eodem modo scripsisse: Ὁμολοΐδες, πύλαι αἱ Θῆβαι. Ὁμολοῖ· Ζεύς, Θεσσαλοὶ κατὰ συγκοπήν· ὁ Ζεύς, sic legendus ille locus, non Ὁμόλῃ· Ζεύς.

12 Καὶ Ζεὺς Ὁμολώϊος.] Suidas in medio habet ω, & duas illius appellationis etymologias adfert: Ὁμολώϊος Ζεὺς ὁ Θῆβαις, ἢ ὃν ἄγουσι πόλις Βοιωτικὴ· ἢ ἐν Θεσσαλίᾳ· λέγεται Ὁμολώϊος σοφιστὴς ἐ Ἕλλησι. διὰ σοφίαν ἢς Διὸς πεμφθεὶς ὡς Ἀρίστιππος ὑπὸ Διονύσου ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους. Ἔστι δὲ ὁ τῇ 18 τῶ εἰσαγωγῶν ὑπὸ Θηβαίων. ἢ ὅτι ἐν τῇ ἱερωσύνῃ ἢ ἐμπύρῳ ἐ σπανδ' Αἰολεῖσι τὸ ὁμοφωνικὸν ἢ ἱερωσύνῃ, ὁμόλαι λέγουσι· ἢ ὅτι ἢ Δημήτης Ὁμολοΐα ἐν Θήβαις. Institutum fuit quoque festum in honorem Jovis Homoloi: & Cereris Homoloiæ, quod Ὁμολοΐα dicebatur, teste Schol. ad Theocritum Idyll. VII: Καὶ Ἀλεξίδαμος ὁ Θηβαῖος, ἐν οἷς φησὶ τὸ ἱερὸν τῶν Ὁμολωΐων. Sic ibi legendum, cum mole hodie in vulgatis excusum sit, φησὶ τὸ ἱερὸν τῶν Ὁμόλων.

13 Μακεδονίας ἢ Μαγνησίας.] In omnibus libris media vox erat conjunctio copulativa, quam nos in adversativam mutavimus, quia ipse Strabo dubitat, an oppidum illud Macedoniæ, an vero Magnesiæ fit adscribendum. Urbis nomen utroque modo effertur, & Ὁμόλιον & Ὁμόλη, uti docet ibidem Geographus libro citato circa finem.

16 Τὸ δὲ Ὁμολώϊος κλητικὸν ἐστι.] In omnibus libris perperam exhibetur, τὸ δὲ Ὁμολοῦς πεμπτικὸν ἐστι. Quod nos correximus ratione & sensu sic requirente.

17 Ἔδει δὲ Ὀμφακῖνον, τῷ τύπῳ τῆς χώρας.] In omnibus libris scriptis & editis pessimo errore legebatur, ὧδ'

Ο'ΜΦΑ'ΛΙΟΝ[18], πόπ@· Κρήτης, πλησίον Θενῶν καὶ Κνωσσοῦ. [20] ἔστι καὶ Θεσσαλίας. [21] τὸ ἐθνικὸν, Ο'μφαλίτης.

OMPHALIUM, locus Cretæ prope Thenas & Cnossum. Est quoque Thessaliæ oppidum. Gentile, Omphalita.

Ο'ΝΕΙΑΒΑ'ΤΗΣ, πόλις Αἰγύπτ. Ἑκαταῖ@· βεβιωκὼς Λιβύης. [22] ὁ πολίτης, Ο'νειαβάτης τῶ τῆς χώρας ἔθ.

ONIABATES, urbs Ægypti, de qua Hecatæus in Libyæ Periegesi. Civis Oniabates juxta regionis consuetudinem.

Ο'ΝΘΥ'ΡΙΟΝ, πόλις Θεσσαλικὴ πρὲς τὴν Α'ρνην. τὸ ἐθνικὸν, Ο'νθυρι@ς· Γιανὸς ὁ δόμ.

ONTHYRIUM, urbs Thessalica circa Arnem. Gentile, Onthyriensis apud Rhianum libro VIII.

Ο'ΝΝΗ, ἐμπόριον τῆς Εὐδαίμον@ Α'ραβίας· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ. τὸ ἐθνικὸν Ο'ννα@, ὡς Ε'νναῖ@.

ONNA, emporium Arabiæ felicis, cujus meminit Marcianus in Periplo. Gentile, Onnæus, uti Ennæus.

Ο'ΝΟΥΦΙΣ, πόλις Αἰγύπτ, ἀδόκ ἄγνως@· ὁ πολίτης, Ο'νυφίτης.

ONYPHIS, oppidum Ægypti, non ignobile, cujus oppidanus Onyphita.

Ο'ΝΥΧΙΟΝ, πόπ@· Κρήτης, [23] ἀπὸ ὄνυχ@· ἀγκύρας, ἐσχεθείσης ἐν αὐτῷ, τῶν Α'μυκλαίων ἀποικησάντων.

ONYCHIUM, locus Cretæ, sic dictus ab ungue anchoræ, qui ibi inhæsit, cum eo coloniam Amyclæi deducerent.

Ο'ΞΥ'ΒΙΟΙ, μοῖρα Λιγύων. Κυάδρατ@· πεταρεσκαιδεκάτῳ Ρ'ωμαϊκῆς Χιλιαρχίας.

OXYBII, pars Ligurum, cujus meminit Quadratus libro quarto decimo Chiliarchiæ Romanæ.

Ο'ΞΥΔΡΑ'ΚΑΙ, ἔθν@· Ι'νδικὸν, ὑφ' ὧν σώσας Α'λέξανδρον Πτολεμαῖ@, σωτὴρ ἐκλήθη. [24] οἱ δὲ, ψεῦδ@· τὸ πρᾶ τῶν Ο'ξυδρακῶν.

OXYDRACÆ, gens Indica, a quibus cum Alexandrum servasset Ptolemæus, *Soter*, id est, Servator appellatus est. Alii vero hoc de Oxydracis falsum esse perhibent.

Ο'ΞΥ'ΡΥΓΧΟΣ[25], πόλις Αἰγύπτ, πμῶ-

OXYRYNCHUS, urbs Ægypti, quæ

ἴδη δὲ Ο'μφακηνὸς, τῇ πίστ τ χώρᾳ. Quot modis Siculi gentilia sua formare soleant, diximus ad vocem Α'κκαῖαι. Illa quæ adduci possent, ex Xylandria & aliis editionibus ad formationem in φ@· Siculis adscribenda, omnia sunt corruptissima, & quibus ista in φ@· sit usitata & solita, ad vocem Πλάκια, & aliis in locis inculcamus.

[18] Ο'μφάλιον, τόπ@· Κρήτης.] Propriam hujus loci nomen videtur fuisse Ο'μφαλὸς, unde facile deducitur Ο'μφάλι@, & neutro genere Ο'μφάλιον, quod est apud nostrum, ubi tamen πολίτ subintelligi velim, ut me docuit Diod. Siculus, qui plane eo modo loquutus est, ita enim ille lib. V: Φιλοφρόν@ βρ' ὑπ' ἐκ τῶν τὸν ὁμφαλὸν ἐβοί τὸν πρῶτον, τὸν πρυτάνεων Τέτταν@· Ο'μφαλὸν ἀφωσιωμένην, ἐκ τ' ἐθνικὸν πολίτ ὁμοίως Ο'μφάλιον. Ergo locus ipse Ο'μφαλὸς dicebatur, & ager circumjacens Ο'μφάλιον. Liquet hoc etiam ex Callimacho Hym. in Jovem, unde nostrer sine dubio, licet nomen poëtæ reticeatur, hanc lectionem confecit.

Ἔστι Θενὸς ἀπείρονα, ἐπὶ Κνωσσὸς φέρουσα,
Ζεῦ πάτερ, ἡ νύμφη σε, Θενὼ δ' ἔπλε ἰγνοῦσι Κνωσσῷ,
Τυτθὸς τις πέτ βαίμων ἀπ' ὀμφαλὸς· ἔνθεν ἀνάπτω
Ο'μφάλιον μαντοσύν πάλιν κυκλάς Κάδμος.

[19] Πλησίον Θενῶν.] In Xylandriana duplici N legitur, Θενῶν, & sic quoque in præcedentibus suo loco exhibetur, quod tunc non advertimus. Sequimur nunc fidem MSS codicum, atque etiam Venetam Florentinamque editionem, in quibus manifeste πλησίον Θενῶν exculum est.

[20] Ἔστι καὶ Θεσσαλίας.] Rhianus libro IV Thessalicorum apud nostrum in voce Παγασαὶ hujus urbis meminit, cum ejus incolas appellat ἀμόμους Ο'μφαλιώτας.

[21] Τὸ ἐθνικὸν, Ο'μφαλίτης.] Apud Goltzium in Thes. pag. 224. invenitur nummus cum inscriptione ΟΜΦΑΛΙΤΩΝ.

[22] Ο'νειαβάτης, Ο'νιαβάτης.] In libris scriptis & editis oppidani nomen erat vitiatum, in quibus legebatur Ο'νειαβάτης. Variis in locis noster docet urbis nomen & gentile idem esse, sic in præcedentibus loquitur, Διοσπόλις, κώμη Αἰγύπτ, ἣν ἡ πάροικος Ο'σιρεὶς ἐθνικὸν τ' αὐτὸ, Διοσπόλ. Sic quoque in alia regione: Ε'γγελίς, ἔθν@· Ι'λλυρικὸν, οἱ οἰκοῦντες Ε'γχελεῖς.

[23] Α'πὸ ὄνυχ@· ἀγκύρας.] Historia hæc de anchoræ ungue, attractione ex saxosis locis abrupto, legitur apud Plutarchum de Virtutibus Mulierum, sed circumstantiis maxime diversis, nam Amyclæorum nulla ibidem fit mentio.

[24] Οἱ δὲ ψεῦδ@· τ' πρᾶ τῶν Ο'ξυδρακῶν.] Arrianus lib. VI de Exp. Alex. Magni refert, vulgatam esse opinionem, infortunium hoc Alexandro in Oxydracis contigisse: ille tamen in alia versabatur opinione, nempe Alexandrum a Mallis, Oxydracis vicinis, ictum fuisse, ita enim ille: Αὐτίκα δὲ Ο'ξυδρακίων τὸ πεζικὸν τοῦ Μακεδόνος Α'λεξάνδρ, ὁ πρὸς λογ@· κρατηθὲν, τ' δὲ ἐν Μακεδόσι ἔθνη ἀκούσαν[τ]ες Ι'νδικὰ ξυνόδου, ἢ ἐπὶ πόλις Μαλλῶν ἐλθ, ἢ οἱ βαλόντες Α'λέξανδρον, Μαλλοί. Addit deinde rationem, quare hoc fieri non potuerit, nempe, quia Malli statuerant Oxydracis sese conjungere, atque ita prælium inire; sed Alexander, itinere per arida & siticulosa loca facto, eos præverterat, priusquam aut Malli Oxydracis, aut Oxydracæ Mallis adjumento esse possent.

[25] Ο'ξύρυγχ@· πόλις Α'ιγύπτ.] Male in Aldina Juntinaque legitur Ο'ξυρυγχ@·, & gentile nomen eodem modo Ο'ξυρυγχίτης. Perperam quoque in Comment. Eustathii ad Dionys. pag. 37. hæc urbs Ο'ξύρυγχ@· dicitur. Ex Strabone hæc videntur hausta, apud quem libro XVII legimus: Ε'ν τῇ περαίᾳ Ο'ξυρυγχ@·

πιῶσα τὸν ὁμώνυμον ἰχθῦν. [25] ὁ πολίτης, Ὀξυρυγχίτης.

Ὀ ΠΙΚΟΙ, ἔθνος Ἰταλίας. Εὔδοξος ἕκτῳ γῆς περιόδου, [27] γλώσσας συνέμιξαν. οἱ δὲ, ἀπὸ Ὀφιωνέως τοῦ τῶν ὄφεων.

Ὀ ΠΟΕΙΣ, πόλις Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδίων, [28] ἀπὸ Ὀπόεντος. τὸ ἐθνικὸν, Ὀπόεις, Ὀποΐσιος. λέγεται καὶ Ὀπᾶς Ὀπουντος, καὶ κρᾶσιν. ἔστι καὶ Ὀπᾶς πόλις Ἀχαΐας, [30] καὶ τῆς Ἠλείας ἄλλη. [31] οἱ πολῖται, Ὀπούντιοι.

Ὀ ΡΒΙΤΑΙ [32], ἔθνος Ἰνδικὸν, [33] ὡς Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ, περὶ Ἀλεξανδρείας.

Ὀ ΡΑΘΑ [34], πόλις ἡ ἐν Τίγρῃ Μεσήνης. Ἀρριανὸς Παρθικῶν ἑκκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ὀραθηνός.

Ὀ ΡΓΑΛΗΜΑ [35], πόλις ἀπὸ τοῦ Ἴστρου. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. εἰσὶ καὶ Ὀργομεναὶ πόλις Ἰλλυρίας. [36] τὸ ἐθνικὸν, Ὀργομεναῖος. καὶ τῆς διαλέκτου, Ὀργομένιος.

A quæ ejusdem nominis piscem colit. Civis, Oxyrynchita.

OPICI, gens Italiæ, de qua Eudoxus libro sexto de terræ circuitu. Linguas commiscuerunt: alii vero Ophicos dictos volunt ἀπὸ τῶν ὄφεων, a serpentibus.

B OPOEIS, urbs Locrorum Epicnemidiorum, sic ab Opoënte dicta. Gentile, Opoïsius, Opoïlia. Dicitur quoque Opûs Opuntis per crasin. Est quoque Opûs urbs Achaiæ, & Elidis alia. Cives, Opuntii.

C ORBITÆ, gens Indica circa Alexandriam, cujus meminit Apollodorus libro secundo.

ORATHA, urbs Mesenæ, quæ est juxta Tigrim, cujus meminit Arrianus libro sexto decimo Parthicorum. Gentile, Orathenus.

D ORGALEMA, urbs ad Istrum, de qua Hecatæus in Europa. Sunt quoque Orgamenæ urbs Illyriæ. Gentile, Orgomenæus. Et alterius urbis Orgomenius.

ORGON

ὀξυρυγχος πόλις, ᾗ νομὸς ὁμώνυμος· πιῶσα δὲ τὸν ἰξύρυγχον, ᾗ ἐστι ἀυτοῖς ἱερόν Ὀξυρυγχα. Vide præterea Plutarchum de Iside & Osir. & Ælian. de Animal lib. x cap. XLVI.

[25] Ὁ πολίτης, Ὀξυρυγχίτης.] Gotzius adduxit nummum Domitiani cum hac inscriptione: ΟΞΥΡΥΓΧΙΤΩΝ ΜΗΤΡΟΠ. Concil. Constantinopol. inter alios Episcopos subscripsit *Dorotheus Oxyrinchites*. Vide tom. III Concil. General. pag. 364. Et in Conc. Calched. tom. VIII. Concil. pag. 340 occurrit *Petrus Oxyrinchitanus*, quod gentile Latino ore formatum est.

[27] Γλώσσας συνέμιξαν.] Cluverius libro III cap. IX Ital. Antiq. manifestam hic notavit lacunam, in qua reddenda erat ratio, cur dicti fuerint Opici, nihil tamen adferens, quo hæc lacuna in nostro repleatur. Sunt qui lacunam hunc in modum replere conantur: Οἱ μὲν, ὅτι γλώσσας συνέμιξαν· οἱ δὲ ὅτι Ὀφιωνέως, ἀπὸ τῶν ὄφεων. Verum si ita hanc lacunæ suppleas, non tamen constabit, unde Ὀπικοὶ nominis originem deducunt. Censeo itaque totum locum ita debere emendari atque impleri: Οἱ μὲν, ὅτι γλώσσας συνέμιξαν, ἀπὸ δὲ ἄλλης. οἱ δὲ, ὅτι Ὀφιωνέως ἀπὸ τῶν ὄφεων. Hi Opici, qui sese lingua cum Ausonibus & Auruncis permiscebant, ἀπὸ δὲ ἄλλης, id est, a voce sive lingua nomen invenere: alii tamen eos *Ophicos* appellant, quia eorum regio serpentibus abundat. Servius ad lib. VII Æneid. *Osci eorumque mores. Capuenses dicit, qui ante Ophici appellati sunt, quod illic plurimi abundavere serpentes: nam Græce ὄφις, dicitur serpens.*

[28] Ἀπὸ Ὀπόεντος.] Herois nomen idem est ac urbis nomen, Ὀπόεις Ὀπόεντος & per crasin Ὀπᾶς Ὀπᾶντος. Hunc Eleum fuisse perhibet Schol. Apoll. Rhodii ad lib. I. Argon. Ὀπᾶς πόλις Λοκρίδος, ἀπὸ Ὀπόεντος τοῦ Ἠλείου. Sed Scholiastes Pindari Locri & Protogeniæ filium fuisse tradit pag. 87. ad IX od. Olymp. Quia autem hujus urbis insignem descriptionem reliquit Palmerius, plura addere supervacaneum existimo.

[29] Τὸ ἐθνικὸν, Ὀπούντιος.] Eodem modo formavit illud gentile Eustathius in comment. ad Iliad. B. pag. 277. Ἐθνικὸν δὲ Ὀπόεις, Ὀπούντιος, ὡς Σιμόεις Σιμούντιος. ὅπερ δὲ Πλακίης ἐς ὁ συνιζήσας Πλακιεύς, ἐς Σιμόεις Σιμοεύς, οὕτω καὶ Ὀπόεις ὁ πλείστης Ὀποεύς. ἐφ᾽ ἑνὸς δὲ ἐξ ἀυτῶν Ὀπόεις.

[30] Καὶ ἡ Ἠλείας ἄλλη.] Male in Aldina Juntinaque exhibetur, καὶ ἡ Ἠλιὰς ἄλλη. Hujus oppidi meminit Strabo lib. IX: Λείπεται δ᾽ Ὀπούντιοι πρὸς τῷ κόλπῳ φασὶν, ὃν οἱ ἀπὸ Ἀξίου μαρτυροῦσι, πολλὴν ὑπ᾽ συμβαίνειν ἀυτοῖς ἐξανατοπὴν πρὸς Ὀπουντίους ὑπάρχουσαν.

[31] Οἱ πολῖται, Ὀπούντιοι.] Passim apud scriptores antiquos hoc civis nomen est in usu: verum apud Goltzium aliosque antiquarios prostant nummi cum inscriptione ΟΠΟΝΤΙΩΝ.

[32] Ὀρβῖται, ἔθνος Ἰνδικόν.] Eadem est gens, quæ supra nostro appellatur Ἀρβῖται & Ἀρβίται habitantes ad fluvium Indicum, cui nomen Ἄρβις & Ἄρβιος.

[33] Ὡς Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ περὶ Ἀλεξανδρείας.] Hæc in omnibus libris sine ulla distinctionis nota circumferuntur, quasi intelligeretur opus, quod Apollodorus de Alexandria composuerat: Sed nostrum vult Orbitas circa Alexandriam fuisse sitos, & quidem circa Alexandriam, quod in ista voce quarto loco recenset.

[34] Ὀ ῥαθα, πόλις ἡ ἐν Τίγρῃ Μεσήνης.] Facile adducor, ut credam esse antiquorum τὰ Ur Chaldæorum, cui Græci scriptores solitam terminationem affinxere. Plinio, mutatis mutandis, dicitur *Ura* lib. V cap. XXIV: *Ita fertur* (nempe Euphrates) *usque Uram locum in quo conversus ad orientem relinquat Syriæ Palmyrenas solitudines.* Quæ autem sit Μεσήνη ἡ ἐν Τιμυρέναις solitudines. Quæ autem sit Μεσήνη ἡ ἐν Τιμυρέναις solitudines. Quæ autem sit Μεσήνη ἡ ἐν Τιμυρέναις solitudines docet Stephanus in Ἀπάμεια, ἢ ἐπὶ Μεσήνῃ τῇ πρὸς Τίγρητι συμπεσούσῃ

Ο'ΡΓΩ'Ν", νῆσος παρὰ τὸ Τυρρηνίας. τὸ ἐθνικὸν, Ὀργώνιος, ὡς Ἀντρώνιος. A

ORGO, insula prope Tyrrheniam. Gentile, Orgonius, uti Antronius.

Ο'ΡΔΑΙΑ, πόλις Μακεδονίας. τὸ ἐθνικὸν, Ο'ρδοι. Ἱ λέγονται καὶ Ὀρδαῖοι, ὡς Νίκανδρος.

ORDÆA, urbs Macedoniæ. Gentile, Ordi. Appellantur etiam Ordæi, uti Nicander perhibet.

Ο'ΡΕΣΘΑ'ΣΙΟΝ", πόλις Ἀρκαδικὴ, ἀπὸ Ὀρεσθέως τοῦ Λυκάονος. Παυσανίας ὀγδοῳ. ὁ πολίτης, Ὀρεσθάσιος. B

ORESTHASIUM, urbs Arcadica, quæ ab Orestheo Lycaonis filio nomen invenit, auctore Pausania lib. VIII. Civis, Oresthasius.

Ο'ΡΕΣΤΑΙ", Μολοσσικὸν ἔθνος. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. " Θεαγένης ἐ Μακεδονικῶν φησιν, ὅτι ἐπεὶ ἀφείθη τῆς μανίας Ὀρέστης, φεύγων διὰ τὴν αἰδῶ μὲν C τῆς Ἑρμιόνης, εἰς ταύτην ἦλθε τὴν γῆν, καὶ παῖδα ἔσχεν Ὀρέστην· ἃ δὲ ἔπαθον, ἐκλήθησαν Ὀρέστου. αὐτὸς δὲ ὑπὸ ἐχίδνης δηχθείς, θνήσκει εἰς χωρίον τῆς Ἀρκαδίας, " τὸ λεγόμενον Ὀρέστειον " λέγεται καὶ ἡλυκὸν Ὀρεστὶς καὶ Ὀρεστιάς· ὡσαύτως Θεαγένης, D καὶ " Διονύσιος δὲ τρίτῳ Γιγαντιάδος.

ORESTÆ, gens Molossica, de qua Hecatæus in Europa. Theagenes libro v rerum Macedonicarum inquit, Orestem, post quam a furore fuit liberatus, præ pudore cum Hermione fugientem, in istam regionem venisse, atque filium Orestem habuisse, quo imperante Orestæ nomen accepere. Ipse vero a vipera morsus, moritur in Arcadiæ munimento, cui nomen Orestium. Dicitur quoque genere fœminino Orestis & Orestias, quemadmodum ipse Theagenes perhibet, & Dionysius libro secundo Gigantiadis.

Ο'ΡΕ'ΣΤΗ", πόλις Εὐβοίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπης περιηγήσει. τὸ ἐθνικὸν, Ὀρέστης ὁμοίως.

ORESTE, urbs Eubœæ, auctore Hecatæo in Periegesi. Gentile, Orestæ, eodem modo.

Ο'ΡΕΣΤΙ'Α, πόλις ἐν Ὀρεστῖς, ἐν ὄρει ὑπερκειμένῳ τῆς Μακεδονικῆς γῆς, " ἐξ E ἧς Πτολεμαῖος ὁ Λαγοῦ πρῶτος βασιλεύσας Αἰγύπτου. ὁ πολίτης, Ὀρεστιάδης. ἔστι καὶ ἄλλη ἐν Ἀρκαδίᾳ Ὀρεστία, ἣν Εὐδαίμονα καὶ Ὦρον Διὰ τοῦ ο διφθόγγου γράφουσι, " τὴν Ὀρέστιδα.

ORESTIA, urbs apud Orestas in monte qui Macedoniæ adjacet, cujas erat Ptolomæus Lagi filius, primus Ægypti rex. Civis, Orestiæus. Est quoque alia Arcadiæ Orestia, quam Eudæmon & Orus per ω diphthongum scribunt & Orestæam appellant.

μαῖος, unde non incommode emendari posset Ὀρεμαῖος.

17 Ὄργων, νῆσος Τυρρηνίας.] Aldina Juntinaque exhibent: Ὄργυρ & gentile Ὀργύριος. Sed potior mihi videbatur Xylandriana lectio, quam expressimus. Censet Cluverius Ital Ant. lib. II, esse insulam cui nomen Urgo, inter Capreariam & Mactæ fluminis ostium, memoratam Melæ, Plinio ac Martiano Capellæ. Vulgo nunc Gorgona dicitur, quod vocabulum jam multis abhinc seculis obtinuit, unde apud Rutilium in Itinerario:

Adsurgit Ponti medio circumflua Gorgon
Ister visanum Cyrnaicumque latæ.

Ἄργυννα ἐ Ὀρδαῖοι.] Sine dubio iidem sunt populi, qui supra Ἐορδαῖοι & Ἐορδοί, præfixa fecunda vocali, ab Herodiano appellantur.

19 Ὀρεσθάσιον πόλις Ἀρκαδίας.] Utroque genere, fœminino & neutro oppidi nomen a Pausania libro octavo effertur: Ὀρεσθὶς δὲ Ὀρεσθάσιοι, Φιγαλίαν δὲ ἐκλείπουσιν Ὀρεσθασία τὸ ἔχωσι καθειλκύσαντι τὸ ὄνομα.

20 Ὀρέστης, Μολοσσικὸν ἔθνος.] Oretæ sine figma, & Orestæ populi sunt diversi, uti docet Eustathius in comment. ad Dionysii Ὀρισμοὺς μὴ Συνορεστῶν εἰσὶ δὲ οἱ Ὀρεσταὶ πλανήτορες ἐκφεύγοντες Κιμμερίους, καὶ Ὀρέστης, ὅμως δὲ σ· ἢ ἀφ' ὧν δ σ Ὀρέστης ἔσωσε εἰσὶν Ἐορδαῖοι, Μολοσσικὸν· λέγει δ' Ἀλεξανδρινὸς Ὀρέστου ἀκολουθεῖν.

21 Θεαγένης ὁ Μακεδονικῶν φ.] Sic emendavit Salmasius in margine sui Stephani, quod nobis magis arridebat, quam quod in vulgatis exhibetur, Θιαγένης ὁ Μακ. φησίν.

22 Τὸ λεγόμενον Ὀρέστειον] Euripides in Oreste hunc locum appellat Ὀρέστεον, ex quo sequentes versiculos adducit Salmasius:

-- -- Σὲ δ' αὖ χρὴ
Ὀρέστα, χωλὸς ἢν ὑπερβαλὼν ἔρημα
Παρῴδιστον διαῦλα δάπεδα, σώσαντ' κυκλεῖ.
Καὶλάσῃ) δι' ἐπὶ φυγῆς ἱππήλατον,
Ἀζόμενι, Ἀρκαδίᾳ τ' Ὀρέστειον κλεινόν.

23 Αἰγὸς ἐ θηλυκὸν Ὀρστὶς καὶ Ὀρεστιάς.] Addam verba Solini, ex quibus patebit, hanc regionem Orestidem fuisse appellatam: *Populi sunt, qui ut Oreste discerentur, inde cœptum. A Mycenæ profugus matricida, cum absessus longius destinasset, natum sibi in Æmathia parvulum de Hermione, quam in omnes casus sociam adsciverat, hic mandaverat oculendum. Adolevit puer in spiritu regii sanguinis, nomen patris sui referens: occupatoque quicquid est quod procedit in Macedonicum sinum & Adriaticum salum, terram cui imperaverat Orestidem dixit.* Atrianus in Indicis sic quoque vocavit hanc regionem: Ἐκ δὲ Ὀρεστίδος, Κεφαρῆς τε ὁ Ἀλεξάνδρου. Illud Ὀρεστὶς quod sequitur, occurrit apud Strab. lib. VII: Καὶ δὴ ἐ τὰ ἐπὶ Δογκηστὴν, ἐ Πελαγονίαν, ἐ Ὀρεστίδα, ἐ Ἀτιντανὸν τὸν ἀπὸ Μακεδονίας ὁδεύειν.

24 Καὶ Διονύσιος Δ΄στ. Γιγ.] Conjunctionem ἐ inserendam putavi, vult enim Theagenem & Dionysium ista fœminina usurpasse.

25 Ὀρέστη, πόλις Εὐβοίας.] Ultima vox abest ab omnibus libris MSS & editis: eam auctoritate Hesychii revocavi, apud quem legitur, Ὀρέστη, χωρίον Εὐβοίας. Deinde vidi, sic quoque emendasse Salmasium ad oram sui Stephani.

26 Ἐξ ἧς Πτολεμαῖος ὁ Λαγοῦ] Omnes editi exhibebant, ἐφ' ἧς Πτολεμαῖος. Libri MSS Palatini, ἐξ ἧς ἐ ἐφ' ἧς Πτολεμαῖος. Sed Vossianus calamo exaratus, ἐξ ἧς Πτολ. ὁ Λαγοῦ, quod in hac editione excudi curavimus.

27 Τὴν Ὀρέστιδα.] In omnibus editis male impressum erat τὴν Ὀρέστην, quod correctione indigebat.

Π. P.

ΠΑΛΙΚΗ, Α πόλις Σικελίας. Θεόφιλος δὲ ἐν ἐνδεκάτῳ φθινηρίσεως Σικελίας, Παλικίνην κρήνην φησὶν εἶναι. Β πλησίον δὲ αὐτῆς ἱερὸν Παλικῶν, οἵ εἰσι δαίμονές τινες, ὧς Αἰσχύλος ἐν Αἴτναις C γηγενεαλογεῖ. Διὸς καὶ Θαλείας τῆς Ἡφαίστου. Σιληνὸς δὲ ἐν δευτέρῳ, Αἴτνης, τὸ Ὠκεανοῦ καὶ Ἡφαίστου, κληθῆναι δὲ αὐτοὺς Παλικούς, ἀφ' οὗ δὶς ἀναπνεύσαντας πάλιν εἰς ἀνθρώπους ἰέναι. ἔστι δὲ καὶ κρήνη τις ἐν D Παλικοῖς τῆς Σικελίας, ὑφ' ὧς δεκάπηχυν. αὕτη δὲ ἀναβρίπτει ὕδωρ εἰς ὕψος ἓξ πήχεις



ALICE, urbs Siciliæ. Theophilus libro undecimo descriptionis Siciliæ, Palicinum fontem commemorat, prope quem Palicorum templum est, qui dæmones quidam sunt, quorum genealogiam Æschylus in Ætna deducit a Jove & Thalia, quæ Vulcani filia fuit. Verum Silenus libro secundo perhibet, esse filios Ætnæ, Oceani filiæ, & Vulcani. Appellatos autem Palicos ajunt, ὅτι δὶς πάλιν ἀνέπνευσαν, quod quum mortem obiissent, ad homines redirent. Est quoque fons quidam in Palicis Siciliæ, cujus spatium decem accubantium capax est. Ipse aquam ejicit ad altitudinem sex cubitorum, ut ad-

Πλησίον δὲ αὐτῆς ἱερὸν Παλικῶν.] Pessimo errore in Veneta Florentinaque excusum est, ἱερὸν Παλικῶν, quod, cum correxit Xylander, tuto sequimur. Fanum hoc antiquitate & veneratione pre cæteris eminebat, imo porticibus & aliis diversoriis erat instructissimum. Hinc apud Diod. Sic. lib. XI legimus: Μυθολογοῦσι δὲ, τὸ τέμενος τοῦτο ἀφιδρύσασθαι μὲν ἐκ παλαιοτάτου χρόνου βασιλεῖς, πολλῶν δὲ αὐτοῦ πεφιλοτιμῆσθαι. Et paucis interjectis versibus: Ἐστι δὲ καὶ τὸ τέμενος ἐν πόλει μεγίστῃ κείμενον, καὶ πολὺς ὁ τῶν ἄλλων κοσμοῦντων ἱερῶν πλοῦτος.

[1] Αἰσχύλος δὲ Α'ίτναις.] Placuit nobis lectionem MSS codicum, & ab Aldo & Junta divulgatam amplecti: imo rationem nullam video, quare Xylander ex Αἰτναίοις ediderit. Hoc dramatis nomen utroque numero invenitur, & apud Macrob. lib. v Satur. cap. XIX singulari occurrit, sic enim ille: *Sed hæc quæ diximus auctoritatibus approbanda sunt. Æschylus tragœdia est, quæ inscribitur Ætna, in hac sum de Paliciis loqueretur sic ait:*

Τί δῆτα αὐτὸς ὄνομα τῇδε φωτὶ βροτῶν;
Σημοῦς Παλικὸς Ζεὺς ἐφίστωρ κρανῶν,
Ἢ ἐξ Παλικῶν ἐπώνυμος ῥύμη φάνη,
Παλὼ γὰρ ἔκτο' ἐκ σπορᾶς, τ' ἐξ ἐς φῶς.

Hos versus non transcripsissem, nisi Stephanum eosdem in genuino opere habuisse mihi persuaderem. Apud Hesychium aliquoties Æschyli Ætna allegatur, sed de ea re consulendus Pricæus in Ind. ad illum auctorem.

[2] Διὸς καὶ Θαλείας.] Eadem hæc habet Macrobius ex Æschylo lib. v. Sat. capite allegato: *In Sicilia Symethus fluvius est: juxta hanc nympha Thalia compressa Jovis gravida, metu Junonis optavit, ut sibi terra dehiscaret. Factum est. Sed ubi venit tempus maturitatis infantium, quos alvo illa gestaverat, recluſa terra est, & duo infantes de alvo Thaliæ progressi emerserunt; appellatique sunt Palici* Κἀκ δὲ πάλιν ἀνέπνευσαν; *quoniam prius in terram mersi, denuo inde reverſi sunt.*

[3] Ὡς δεκάπηχυν.] In Alaina Juntinaque ultima vox legitur cum majuscula, adeo ut editores hanc vocem pro aliquo scriptoris nomine accepisse videantur. Apud Aristot. de Adm. Auscult. eadem hæc de Palicorum fonte perhibentur, & uti hcic apud Steph. sic etiam apud Aristot. vox δεκάπηχυν occurrit, & totus locus sic vertitur: *Est Fons in Palice Siciliæ, amplitudine decalini.* Cluverius transtulit: *Fons lia, amplitudine decalini.* Cluverius transtulit: *Fons amplitudine decacinus.* Verum ista interpretatione Græcarum literarum experies, non facile acquieturi, quanquam sciam aliquando Latinos hujusmodi vocabula usurpasse, ut Martial. lib. IX Epig. LX.

Et testudineum tensus quater hexaclinon,
Ingemuit citro non satis esse suo.

Apud Athenæum lib. v. in elegantissima thalamegi navis descriptione huic non dissimiles voces leguntur ἐν δὲ τῷ πρώτῳ ἐστιατόρια ἑπτὰ, ἐξαίκλινον, & ἀνακλιτήρια ἑπτὰ καλὰ, id est, *cubicula septem lectis quinque, cum lectis septem, & cœnaculum cum lectis novem.* Imo ἑξαίκλινον septem, & cœnaculum cum lectis novem. Imo apud eundem Athenæum lib. XII celebratur ἐξαίκλινον ἐπιστόλιον, *ædes centum lectis instructa.* Apud Aristot. lib. allegato circa principium de Bolinthi terrigore legitur, ὅτου συβαίνῃ τ' ἐξαίφνης κατὰ τόπον ἐπιπολαίου, *ubi fuerit delumtum, locum ubi accubantium occupare.* Et eodem libro de loco prope Apolloniam Taulanticam accolæ perhibent, ignem jugiter ardem loco

κῆς, ᾿Ὥστε ὑπὸ τ῀ θεωρούντων νομίζεσθαι καθαπλυθήσεσθαι τὸ πεδίον, καὶ πάλιν εἰς ἑαυτὸ καθίστασθαι. ἔστι δ᾽ ὁ ὅρκος ἄγιος· αὐτόθι ὅσα δ᾽ ὀμνύῃ τις εἰς πνάκιον χράψας, ἔβαλε αὐτὸ εἰς τὸ ὕδωρ. ἐὰν μὲν ἐυῶ ὀμόσῃ, βλαπλάζῃ, ἐὰν δὲ μὴ ὀμόσῃ, ᾿ τὸ μὲν πνάκιον ἀφανίζεται, ᾿ αὐτὸς δὲ πίμπρασθαι. ᾿ὁ πλίτης, Παλικῖνος, ὡς τῆς Ἐρύκης Ἐρυκῖνος, καὶ τὸ θηλυκὸν, Παλικίνη.

adspicientes existimant, campum omnem inundatum iri: sed iterum ad se revertitur. Ibidem etiam est sanctum jusjurandum: quicunque enim aliquid jurat, id tabellae inscriptum in aquam conjicit: quod si bona fide juret, tabella innatat; si vero pejeraverit, eripitur ex oculis, ipse vero perjurus comburitur. Civis, Palicinus, uti ab Eryce Erycinus, & genere fœminino Palicina.

ΠΑΛΙΜΒΟΘΡΑ, πόλις Ἰνδική. ὁ πολίτης, Παλιμβοθρηνός.

PALIMBOTHRA, oppidum Indicum, cujus oppidanus Palimbothrenus.

ΠΑΛΛΑΝΤΙΑ[10], πόλις Ἰβηρίας. ὁ πολίτης, Παλλάντιος.

PALLANTIA, Iberiæ civitas, cujus civis Pallantius.

ΠΑΛΛΑΝΤΙΟΝ[11], πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Πάλλαντος, ἑνὸς τ῀ Λυκάονος παίδων, ὡς Ἡσίοδος. [11] τὸ ἐθνικὸν, Παλλάντιος. τινὲς δὲ Παλλαντιάδα καλοῦσιν, ὡς ἐκ τῶ αὐτῶ Ἐστιαίας εἰρηκότος.

PALLANTIUM, urbs Arcadiæ, sic dicta a Pallante, qui unus fuit ex Lycaonis filiis, uti Hesiodus perhibet. Gentile, Pallantius. Quidam vero Pallantiadem vocant, uti in voce Hestiæa dictum est.

loco minime amplo, ut qui *pentaclini ſtratum* complectatur, quod ibi ſic Græce concipitur: ὁ δὲ κατάκλιτος πέντε, ἔστι δὲ πόλις, ὡς ἔοικεν, ἀπὸ ὅσου μόλιστα πενταπλάσιος τ᾽ μείζων. Ex ultimis iſtis locis manifeſtiſſime liquet, hujuſmodi vocabula a Græcis, non accurati? mo modulo & pede aliquid metientibus, fuiſſe adhibita, atque variorum locorum & rerum ſpatiis attributa. Stephanus igitur aliique veteres, hunc Palicorum fontem λιμνάκιον deſcribentes, non volunt ibi cubicula tot lectis inſtructa fuiſſe, ſed duntaxat ejus ſpatium & amplitudinem a decem accubantibus poſſe occupari. Idem eſt ac ſi dixiſſent, ἔστι δὲ ὁ κρήνη τ᾽ μείζων ὡς κλισῶν λόγῳ, & ſic plenarie loquebantur veteres, uti liquet ex Polyæno lib. IV, ubi Alexandri Mag. tabernaculum deſcribitur, ᾧ σκηνὴ τ᾽ μείζων ὢ κλισῶν ὑπῆρξε. *Tabernaculum amplitudine tantum erat, ut centum menſas poſſet capere.* Salmaſius non contentus vulgata ſcriptura, ad oram ſui Stephani διηκόντων emendare conatur, licet in MSS λεγομένων invenerit: ſed cum veteres nuſquam tradiderint, Palicorum fontem decem ſtaturgines habuiſſe, e quibus aqua proſiliebat (quemadmodum Calirrhoe apud Athenienſes, quæ ideo dicebatur Ἐννεάκρουνος, quia e novem ſiſtulis aquam fundebat) iſtam emendationem, ut ab aliis exactius examinetur, heic duntaxat propoſuimus.

[7] Ὧν ἡ ὑπὸ τῶν θεωρούντων νομίζεσθαι καθαπλυθήσεσθαι τὸ πεδίον.] In omnibus libris MSS & vulgatis ſenſu parum integro legebatur, νομίζῃ καθαπλυθήσεσθαι, ſed Ariſtotelis auctoritate νομίζεσθαι repoſuimus. Efficaciori ſenſu hæc leguntur apud Sotionem ex Iſigoni lib. II de Incredibilibus: Κρήνη ἐν Παλικοῖς, ἧς εἰς ὕψος ἀναβλύζει τὸ ὕδωρ πηχέων ιζ, ἐμφατο πεῖσαι μεθυσθέντας τοὺς ὑποκείμενος τούτῳ, καθάπερ ὑπ᾽ ἐκ ὑπερεχόντων ὄντων.

[8] Βλαπλ αὐτοῦ.] Vitium eſt in omnibus libris: vel legendum, βλαπλ ἀυτῶ, ut reſpiciat ad ὅσα, vel βλάπλ αὐτοῦ. Et hic ſenſus erit integer.

[9] Τὸ μὲν πνάκιον ἀφανίζεται.] Tabella evaneſcit, depreſſa pondere ſuo, & in aquis demerſa, & hoc vult Ariſtot jam toties allegatus, cum inquit: Τὸ μὲν πνακίδιον, βαρὺ ὂν τῷ μόλιβδον ἀφανίζεται.

[10] Παλλάντιον, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Πάλλαντος.] Elementorum ordo, & auctoritas aliorum ſcriptorum, de hac urbe mentionem facientium, duplex & poſtulabat, quod a præcedentibus editionibus aberat. Mela lib. II cap. VI: *Urbium in mediterraneis in Tarraconenſi clariſſima fuerunt Pallantia & Numantia.* Vide præterea Strab. Appian. & alios.

[11] Παλλάντιον, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Πάλλαντος.] Et hoc loco contra fidem MSS alterum A interendum eſſe, multis docuit & probavit Salmaſius ad Solinum pag. 13 & pag. 140.

[12] Τὸ ἐθνικὸν, Παλλάντιος.] Præter hoc gentile etiam invenitur Παλλαντιάδης, & poſſeſſivum Παλλαντιακὸς, quod ultimum uno in loco, primum vero aliquoties apud Pauſaniam in Arcadicis occurrit, ita enim ille: Τὸ δὲ ὀνομαζόμενον Χῶμα, ὅσῳ Μεγαλοπολίταις τῆς χῆς ἐστὶ Τεγεάτῶν ἐς Παλλαντιακὸν εἶσι· καὶ τὸ Παλλαντιακὸν πεδίον ἔστι ἐκτεταμένον ἐς ὁρίσαντι ἀπὸ τ῀ Χώματος.

ΠΑΛΛΗ'ΝΗ[11], πόλις Θρᾴκης, [14]Ἀπὸ Παλλήνης τῆς Σίθωνος μέν ἐκατὸν, [15] κλείτε δὲ γυναικός, ὡς Ἡγήσιππος ἐν τοῖς Παλληνιακοῖς. [16] καὶ Παλλήνη δ' ἐστὶ χερρόνησος τρίγωνος, τὴν βάσιν ἔχουσα πρὸς μεσημβρίαν ἐστραμμένην. καλεῖται δὲ φλέγρα τὸ παλαιὸν, καὶ ὠικῆσθαι ὑπὸ Γιγάντων. καὶ ἡ τῶν θεῶν καὶ τῶν Γιγάντων μάχη ἐντεῦθεν μυθεύεται γενέσθαι. [17] Θεαγένης ἐν Μακεδονικοῖς οὕτω ἐντεῦθεν φησὶ τὸν περὶ Παλλήνης ἔθνους λόγον· τὴν μὲν γῆν ταύτην κεκλῆσθαι φλέγραν, τοὺς δ' ἐνοικοῦντας γίγαντας· οὓς Ἡρακλέα καταχθόντα, τὴν τῆς ὕβρεως αὐτῶν, καὶ τὴν μισανθρωπίαν ἐκπλαγῆναι. ἐπεὶ δὲ καὶ μάχης ἤρξαντο, πρὸ σωτηρίου ὅπλα εἰς χεῖρας λαβόντες, ἔπειθον πενιᾷ σθένος, κλείνοντα τοὺς πόλεμον αὐτοῖ ξένια δ' καταπλέ σθαγόντας. γενέσθαι δ' ἐν τῇ μάχῃ βροντὰς πυρὸς, καὶ πρηστῆρας, ἀφ' ὧν ἡ τῶν θεῶν μάχη πρὸς

